Andover



CORPUS REFORMATORUM.

VOLUMEN XLVII.

IOANNIS CALVINI

OPERA QUAE SUPERSUNT OMNIA.

EDIDERUNT

GUILIELMUS BAUM EDUARDUS CUNITZ EDUARDUS REUSS

THEOLOGI ARGENTORATENSES.

VOLUMEN XIX.

BRUNSVIGAE

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

(M. BRUHN.)

1879.



IOANNIS CALVINI

OPERA QUAE SUPERSUNT OMNIA.

AD FIDEM

EDITIONUM PRINCIPUM ET AUTHENTICARUM

EX PARTE ETIAM

CODICUM MANU SCRIPTORUM

ADDITIS PROLEGOMENIS LITERARIIS
ANNOTATIONIBUS CRITICIS, ANNALIBUS CALVINIANIS
INDICIBUSQUE NOVIS ET COPIOSISSIMIS

EDIDERUNT

GUILIELMUS BAUM EDUARDUS CUNITZ EDUARDUS REUSS

THEOLOGI ARGENTORATENSES.

VOLUMEN XIX.

BRUNSVIGAE

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

(M. BRUHN.)

1879.

THESAURUS

EPISTOLICUS CALVINIANUS

SIVE

COLLECTIO AMPLISSIMA

EPISTOLARUM TAM AB IO. CALVINO QUAM AD EUM

SCRIPTARUM

QUAS MAXIMA EX PARTE E CODICIBUS MANUSCRIPTIS ERUTAS

ADDITISQUE PROLEGOMENIS LITERARIIS

ET ANNOTATIONIBUS CRITICIS ET HISTORICIS ILLUSTRATAS

EDIDERUNT

EDUARDUS CUNITZ ET EDUARDUS REUSS

THEOLOGI ARGENTORATENSES.

VOLUMEN X.

THESAURI

EPISTOLICI CALVINIANI

TOMUS X.

EPISTOLAE AD ANNOS 1561 (OCTOB.—DECEMB.)—1563

(IANUAR.—APRIL.) PERTINENTES.

MDLXI.

(OCTOB. — DECEMB.)

3542.

CALVINUS BEZAE.

Respondet ad plures eius literas, maxime id agens ut professor linguae hebraicae vel redeat vel successorem mittat. Ipse minime aegre fert se Lutetiam non vocatum fuisse.

(Ex authentico exemplari Cod. Genev. 107a, fol. 245 cum inscriptione et subscriptione autographa, coll. cum exemplari Turretini Cod. 111a, fol. 204, Bernensi VI. p. 908, et Simleri Vol. 102. Edidit Baum. II. App. p. 85. Anglice exstat. Tom. IV. 233.)

Binas simul literas heri abs te recepi.[1]) Si episcopis libuerit atque etiam permissum fuerit vobiscum disceptare, iam penitus ingressi estis in colloquium: sed nisi me fallunt omnes coniecturae, diffluxit tota illa spes. Utinam primo quoque die[2]) salvum te et recte valentem complectamur. Sed si quid vides in festinatione periculi, cohibeamus ambo nostrum desiderium. Interea ne eorum importunitati nimium indulgeas quibus nec tua vita nec communis ecclesiae salus curae est. Audio te maciem contraxisse, nec miror in assiduo tot negotiorum concursu: etsi autem multa extorquet necessitas nisi tamen valetudini tuae parcas, male nobis et ecclesiae consulis. Caeterum si mihi obtemperas, ita prosequere quod coepisti ut saltem ad tempus valedicas larvis illis quarum mellitae blanditiae nihil praeter mortiferum venenum spirant. Nollem alios destitui, sed nisi me fallit tui videndi cupiditas utilis erit exigui temporis absentia. Tantum opportunitas exspectanda erit ad quam sponte eris attentus.

De confessione Augustana scripsi diligenter ad Comitem *Erpachium*[3]) ut occurrat malis consiliis: fontem perfidiae ostendi et quantum diluvium inde erumperet. De fratribus nostris recipio quod scripsisti, non esse liberos, eorum nominibus in tabulas publicas relatis. Sed quia frater meus[4]) adventu suo vestras omnes contestationes delevit nihil est quod *Merlini* reditum impediat. De *Colongio* non audeo urgere, quia non potest impetrari a *Ducissa*, quod si hic esset tanta contentione eum postulant Burdegali ut eius retinendi nulla spes sit: et nudius tertius *Cevalerius*[5]) in eius aedes migravit: sustinueram hominis impetus, quos probe nosti. Tandem etsi aperte non cessi, continui me in silentio. Antequam hinc discederes scis de successore[6]) inter nos actum esse. Cur nondum res peracta fuerit aliquando cognosces. Sic quidem existimat senatus, obligatione solutum esse, quoniam de communi collegii nostri sententia petita fuit simplex missio. Sed facit mors *Antesignani* ut *Merlinum* retrahere cogamur.[7]) Causam hanc nuper subticui. Iniquissimum tamen esset *Vincentium*[8]) post tantos sumptus exhaustos a nobis deseri. Quid autem privatum unius hominis ius persequor ac non potius obiicio nefas-

---

3542. 1) *N.* 3514. 3524. *Nam.* 3535. *vix iam afferri potuerat.*
2) *Haec spes eum mirum quantum fefellit.*

3) *N.* 3538.
4) *Antoniumne significat? Sed quid hic ad rem?*
5) *qui ergo ex Lugduno* (*N.* 3369) *redierat. Ex commentariis senatus ad* 28. *Aug. discimus eum maiorem domum postulasse.*
6) *In Galliam redire cupiebat, et accepta venia, primum ad tempus tantum,* (*Reg. du Conseil.* 8. 11. *Dec.*) *ad Cadomenses se recepit ministerio functurus. Ipse Cadomensis erat.*
7) *Rediit* 23. *Oct.* (*Reg. du C.*)
8) *Vincentius typographus videtur Merlini quoddam opus sub prelo habuisse quod absente autore absolvere non poterat. Fortassis agitur de recognitione versionis gallicae V. T.* (*Cf. etiam Bezae responsum d. d.* 21. *Oct.*) *A.* 1561. *Merlinus edidit* Traduction et exposition des dix comandements (*Senebier.* II. 100, *qui tamen Riverium typographum nominat*) *et* Traduction franç. des Comm. d'Oecolampade sur Job et Daniel (*Haag qui typographi nomen non indicat*).

esse fraudari suo iure ecclesiam? Quin etiam hoc addo vestrarum partium esse vel adducere vel mittere hominem in ea lingua bene exercitatum. Si quem *Merlinus* secum adduxerit gratior nobis erit eius adventus. Sed obsecro satagite ut inter maximas curas non sit haec postrema. Tantum dispicite ut pius sit quisquis veniet, non ostentator sed ad ferendum laborem placide compositus.[9]) De linguae peritia *Merlinus* iudicabit. Qui *Viretum* tantopere expetunt, quominus pridem voto suo potiti fuerint per me non stetit. Nunc *Monspessulum*[10]) profectus est, quia hybernis huius regionis frigoribus se imparem fore credebat. Sub finem hyemis transibit in Vasconiam et toto Garumnae tractu lustrato ad Ligerim descendet unde in Normanniam usque penetrabit.

Ego autem moleste fero, me nulla causa et absque ullo colore quibusdam esse suspectum ac si qua aemulatione pungerer, quod non fuerim accitus. Perinde enim nuper mihi scripsit *Admiraldus* ac si excusatione ad me placandum opus esset. Tu autem optimus mihi es testis ut hanc provinciam semper defugerim. Mihi displicuit quum te serio obtestatus essem in discessu, ne de me verbum faceres, non satis officii, quod mihi deberi putabam, fuisse memorem. Sed vereor ne aliunde suggestum fuerit nescio quid, quia me ex suo ingenio multi aestimant: porro quum laeta simul et tristia ex omnibus provinciis istuc perferantur non dubito vos, ut par est, de sublevandis fratribus esse sollicitos. Arverni misericordia dignissimi sunt et causa eorum sua aequitate favorem conciliare debet.[11]) Lugdunensibus[12]) mature succurri totius ecclesiae magni interest. Nunc in tota vicina ditione conscientiae expergiscuntur e suo veterno. Diceres oestris pungi. Ego autem respondeo me a novitate metuere. Cur enim mala ad quae occalluerant incipiunt nunc demum sentire? donec redeas olfactum frictionis, ut iocose dicere solebas, sequentur. Quod si apud nos sis, frigebit eorum sagacitas. Vale, integerrime frater, una cum D. *Martyre* aliisque collegis quibus ego et fratres nostri multam salutem precamur. Dominus vobis adsit, vos gubernet suo spiritu et incolumes suo praesidio custodiat. Calend. Octobris 1561.

Carolus Passelius tuus.

Excuditur brevis ad *Balduinum* responsio, quam proxima hebdomade accipies.[13]) Solatium luctus mei parum suave hoc fuit, scelestam tamen nebulonis audaciam refelli necesse fuit et volui testudinis socordiam oblique ulcisci. Habeat sibi tales delitias, modo nobis liberum sit cum eius dedecore, quas alit pestes detegere atque hac de causa forte in linguam gallicam vertetur, quamquam nihildum constitui.[14])

9) *Vide omnino quae Beza respondet l. l.*
10) *imo Nemausum.*
11) *Peculiaria huc pertinentia non habemus.*
12) *N.* 3522.
13) *Vide Tom. IX. operum.*
14) *Versa non fuit. Vide ibid. Prolegg. p.* 45.

3543.

BORDAT A COLLADON.

Églises du Périgord et de l'Agenois. Suspension du ministre Villeroche.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 197, fol. 1.)

A Monsieur et frere Monsieur N. Colladon.
Ou il sera.

Salut par nostre Seigneur Iesus Christ.

Monsieur et treshonoré pere, je vous remercie bien grandement des bonnes et sainctes admonitions quil vous a pleu me faire, recognoissant en cela une affection vrayement paternelle envers moy. Au reste, Monsieur, je suis grandement marry de ce quon vous a raporté de moy choses qui vous ayent despleu, et possible telles qui jamais nont este dictes ne faictes par moy. Bien est vray que dernierement, quant nous estions assemblez a Villeneufve d'Agenois,[1]) laffaire de *Villeroche*[2]) fut mise en avant a loccasion de la letre qui avoit esté envoyee par Monsieur *de Beze*. Or suivant icelle presque tous les freres conclurent a sa deposition. Quant ce vint en mon rang de parler je commencé a remonstrer que puis que *Villeroche* nioit les choses qui estoient contenues en ladicte letre de Monsieur *de Beze*, il seroit bon de vous en escrire pour entendre le faict plus amplement, affin quil ne semblast que nous procedions a la suspension ou deposition des pasteurs trop legerement. Ce que toute la compagnie trouva bon, tellement que charge fust baillee a tous les jures de vous en escrire. Cependant conge et liberte de prescher fut laissee a *Ville-*

3543. 1) *Dépt. de Lot et Garonne. C'était sans doute un synode provincial.*
2) *N.* 2851. *Nous n'avons pas de renseignement précis sur cette affaire. La lettre de Bèse ne s'est pas conservée.*
3) *Elles n'existent plus.*

roche jusques au Synode suyvant. Si en disant mon advis je fus un peu trop aspre pour faire differer telle deposition, je ne scay si un autre Ministre ayant un compaignon et ne luy ayant veu commettre faulte auquune jndigne d'un pasteur, sil sy porteroit autrement. Et aussi je regardoys que toute nostre Eglise en seroit merveilleusement troublee. Cependant ce nestoit pas que je voulusse empescher que le mal ne fust puny, mais seulement affin questant mieux jnformez par vous nous eussions plus grand moyen pour le conveincre. Depuis sont venues les letres de Monsieur *Calvin* [3]) et quelques unes quil vous a pleu envoyer avant que les jures ayent eu le moyen de vous escrire. Par icelles son faict est plus amplement declaré: Si tout sur le champ nostre Eglise seule ou le colloque eust voulu deposer *Villeroche,* nous eussions esté reprins par le Synode, qui avoit (comme jay dict) baille congé audict *Villeroche* de prescher jusques au premier Synode. Parquoy, Monsieur, quant a ce quon vous peult avoir raporté que nous voulions estre comme schismatiques, et nous separer comme de lunion des Eglises, il me semble quon me faict tort et a toute mon Eglise. Car quant est de moy tant s'en fault que jaye et que je veille desunir et separer quen mon endroit comme les autres je tasche de rallier, et le seigneur ma faict tant de graces (ce que je neusse osé esperer pour le moins si tost) quen nostre ville et deux lieux tout a lentourt la parole y est tellement que toutes idolatries et superstitions en sont chassees. Quant est de mon Eglise tant sen fault aussi qu'aucun dicelle veille empescher ce qui est de faire touchant *Villeroche,* ny par ce moyen se separer d'avec les autres Eglises, qu'elle est preste de se submettre a ladvis qui en sera donné. Et ce que maintenant il est encores avec moy preschant en cest Eglise, cest daultant que nous attendons que le Synode s'assemble. Voila, Monsieur et pere, ce que maintenant je vous escrips a la haste, vous priant et ensemble tous les autres freres et peres ausquels il vous plaira presenter mes treshumbles recommandations ne m'avoir en mauvaise estime pourtant, priant le seigneur quil vous maintienne en sa garde et protection. Escript a Bragerac [4]) ce 1. d'Octob. 1561.

Le tout vostre tresobeissant filz et serviteur
Bordat.

---

4) *Bergerac.*

3544.

VERMILIUS BULLINGERO.

Relatio rerum ipso praesente Possiaci gestarum.

(Excerptum ex exemplari authentico in Archiv. Turic. Plut. VI. Vol. 177, olim Epp. Tom. 47, fol. 352. Simler. V. 102. Edita est in Appendice Locc. theol. ed. 1580, fol. 588. ed. 1587, p. 1139.)

— — — — — — — — — — — — — — — —

Die 24. Sept. Poysiacum venimus. [1]) Illic *Beza* concionem *Cardinalis* confutavit quoad multa. Egit de ecclesia, de autoritate scripturae et ecclesiae, de impositione manuum et iusta successione, de eucharistia. Ostensum ad haec est ex dictis Augustini, concilia errare posse. — — *Cardinalis* protestatus est nolle se ulterius progredi nobiscum, nisi de coena Domini consentiremus cum eo, nec desinebat obtrudere Augustanam confessionem, [2]) quum tamen abs ea cum suis abhorreat. Quare interrogatus est a nostris, an ipse vellet eam recipere? Ait, minime, sed tantum quoad articulum praesentiae corporis Domini illi adhaerere — — iubebatque ut ei vel assentiremus, vel non ulterius pergeremus conferre. Istam *Cardinalis* imperiosam loquutionem *Regina*, Princeps *Condensis* et *Admiralius* aegre tulerunt: videbant quippe illos detrectare colloquium, et causam quaerere ut abrumperetur. *Beza* item conquestus est. — — — — — —

Haec omnia gallice acta sunt. Quamobrem quum ego illa lingua nequeam loqui, licet eam intelligam, nihil dixi, neque ad dicendum sum invitatus. Verum ad finem petii a *Regina* ut in posterum facultas loquendi concederetur, quam clementer concessit. Quaesivi qua lingua me vellet agere? Respondit, italica. [3]) Die 26. Sept. rursus convenimus. [4]) Admoniti sumus ut detrectaremus agere primo loco de praesentia corporis Christi in coena, ut priusquam eo perveniremus de gravissimis abusibus et erroribus convincerentur. — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — — —

3544. 1) *Hottinger* VII. 728. (*N.* 3535.)

2) *Imo Brentii Wirtembergicam.* *La Place* 192: Cependant vindrent nouvelles que la conf. de foy des ministres de Wittemberg (*sic*) avoit esté envoyee avec lettres missives par eux escriptes par Bauldouin prof. en droit et un nommé Rascalion, cuidans les arrester par ce moyen comme par un prejugé, et disoit on que iceluy Bauldouin devoit luy mesme venir avec les ministres de Hildeberg (*sic*) et Wittemberg (*sic*) quil menoit avec soy, esperant de les faire combattre avec de Beze, n'ayant promis peu de soy au roi de Navarre auquel il avoit persuadé qu'il avoit trouvé un bon moyen pour appaiser les differents de la religion. (*Cf. Langue Epp.* II. 144.)

3) *Hottinger p.* 733.

4) *ibid. Hist. eccl.* 591. (*N.* 3535.)

Ibi ergo sermonem arripui et primo loco ministerium defendi nostrarum ecclesiarum.[5]) Respondi etiam insimulationi qua nos ut seditiosos traduxerat. Obieci praeterea eum vehementer fuisse hallucinatum quod ausus fuerit affirmare in Dei praeceptis, in historiis, in testamentis et sacramentis non esse tropos aut figuratas loquutiones, et ex scripturis demonstravi tropos inveniri, unde non posse ab eo concludi verba Domini, quae dicunt consecrationis, simpliciter accipienda.

Hispanus ibi Iesuitarum princeps,[6]) qui cum legato pontificio venerat, sermonem excepit, et habuit orationem acerrimam qua reprehendit *Reginam* quod harum rerum cognitionem susceperit quum ad ipsam non pertineret, sed ad papam et episcopos, nec fas esse, dum haberetur concilium Tridentinum, tale colloquium privatum celebrare. Haec oratio *Reginam* valde offendit, et nisi respexisset cardinalem *Ferrariensem* Iesuitam docuisset modestiam. Cardinalis ad me sermonem convertit[7]) et coepit causari quod meam linguam non intelligeret, quum tamen illam optime calleat. Proinde coepit mihi gallice respondere, quod ei facere non licuisset, nisi quae dixeram percepisset. Quumque solutiones eius essem confutaturus, *Regina* me monuit ut latina lingua uterer[8]) quo omnes doctores et praelati intelligerent. Parui et dixi quae tempori conveniebant. *Beza* se interposuit et rabulae Hispano paucis respondit. Deinde cum Cardinale agere coepit de coena. Ibi ego narrationem evangelistae induxi, qui ait Dominum accepisse panem, benedixisse, fregisse, et dedisse discipulis, et demonstrabam haec verba non habere alium accusativum quam panem. Frustra se conabatur explicare. D. *Depensius* coepit aliqua interponere, sed quum a strepitu et clamore Sorbonico non abstineret, res abiit in tumultuosam actionem, ita ut nec ipse *Cardinalis* abstinuerit a clamorosa vehementia. Itaque *Regina* iubente solutus est conventus quum iam nox esset. Visa est actio illa indigna regia praesentia,[9]) ita ut *Regina* decreverit non amplius adesse, neque voluit rem agitari posthac inter tam multos, sed quinque designavit colloquutores ex parte adversariorum, quinque item ex nostra. Ex adversariis delectus est episcopus *Valentinus*, episcopus *Sagensis*, D. *Botillerus*, D. *Salignacus*, D. *Depensius*. Nostrorum vero haec sunt nomina: *Beza*, *Gallasius*, *Marloratus*, *Spina* et ego. Adhibiti sunt ex utraque parte notarii, sed absque iudicibus et aliis testibus colloquimur, amice satis et placide quoniam adversarios habemus satis mites et qui non multum a nobis dissentiunt. Iam ter cum illis fuimus, et in summa tantum actum est de praesentia corporis in coena.

Ego[10]) persto in sententia nostra. Collegae mei videntur aliquid remittere. Sed tamen retinent panem et vinum re ipsa non esse corpus et sanguinem Christi et perceptionem rerum significatarum spiritualem esse ac per fidem haberi. Vocabulum autem substantiae coguntur exprimere, quod illud in suo catechismo et in confessione quam obtulerunt *Regi* ante adventum meum usurparint. Nunc sumus in ista deliberatione et nihil concludi potuit. Videor esse durus ita ut dicant aliqui ex colloquutoribus, per me stare quominus conveniatur, nec dubito hanc causam me reddere minus gratum *Reginae* matri et caeteris proceribus, qui vellent omnibus modis consensum cito inter nos obtinere. Nam quo religionis compositio magis differtur, eo magis populi seditiones metuunt. Quum aliquid certi aut constituti habebimus, non patiar te ignorare. Vale, clarissime vir et frater in Christo plurimum observande. Tuis precibus nos iuvato. Salutes universam familiam tuam et omnes carissimos in Christo symmystas. Te omnes mei collegae salutant, neque non *Iulius* et *Stuckius*. Ad magistra-

---

5) *La Place* 197: La dessus P. Martyr excellent en doctrine et ayant singulierement traicté ceste matiere deduict en langage italien, ne sçachant parler françoys, plusieurs choses servantes à tout ce qui avoit esté allegué par le Cardinal et d'Espense, tant pour le regard du sacrement que pour ce qui avoit esté dict de l'authorité des conciles et emendation d'iceux.

6) *N.* 3535.

7) *Hic series orationum alia indicatur atque in ipsius Martyris relatione ap. Hottinger p.* 745. *Ibi enim Cardinalis ante Lainesium sermonem fecit, quod et Hist. eccl.* 599 *affirmat.*

8) *Hoc caeteri scriptores praetereunt.*

9) *Hist. eccl.* 603: Entre la 2e et la 3e harangue, les prelats faisant leur conte qu'ils avoient gagné leur cause sur le poinct de la vocation, et que les ministres seroient bien aises de faire ce que l'on diroit pourveu qu'on trouvast moyen de ne les degrader du tout, s'adviserent de bastir la proposition suivante pour la leur faire signer: *Credimus et confitemur in augustissimo eucharistiae sacramento esse et exsistere verum Christi corpus natum ex Maria virgine et de manibus sacerdotum, eorum ore consecratum exhiberi et sumi a communicantibus.* La Roine mere advertie de ceci par ceux qui prevoyoient que ce chemin tendoit à empirer les matieres, en print un autre non toutesfois du tout eslongné de cesluy-cy, commandant à l'Evesque de Valence et à Despense (dont elle savoit l'un tenir plus du costé des ministres, et l'autre estre comme entre deux fers) qu'ils eussent à conferer avec de Beze et des Galards pour essayer de faire une cotte mal taillee de ces differens si faire se pouvoit ou pour au moins entretenir les affaires iusques à ce qu'elle se fust servie des uns et des autres pour obtenir le subside par elle pretendu. — *La Place* 199: La maniere de conferer fut lors changee, estans cinq d'une part et d'autre deputés pour ce faire, savoir les év. de Valence (Montluc) et de Sees (du Val), Salignac, Bouteiller et Despence, avec P. Martyr, de Beze, Marlorat, des Gallards et de l'Espine. Ils entrerent en colloque le dernier de Septembre. *Comp. Baum.* 384 *ss.*, *Schmidt, Verm.* 262. *Languet l. c.*

10) *Sequentia absunt ab edd.*

tum scribam, sed paucis. Tu vero communicabis ei quae pro tua prudentia iudicabis expedire. Die 2. Octobris 1561, in aula regia apud S. Germanum.

Legato *Cognetio* curavi significari quae de Rhaeticis negotiis ad me scripsisti. Deinde nolo te celare nos hic ali non sumptu regio, sed ex collatione Gallicanarum ecclesiarum, quod ignorabam, sed ante duos vel tres dies cognovi.

Ad [11]) Reginam raro accersor, atque id clam. Quorum opera id fiat non est obscurum: sed tibi alias exponam. Iterum vale ac me ut facis ama.

Rex [12]) aegrotavit iis duobus diebus et satis periculose. Qua de re scripsi ad senatum. Sed iam convalescit. Verum est, ut praedicant, tenuis et infirmae valetudinis. Precor ut omnes tuos ad unum meo nomine salutes nec non omnes symmystas et carissimos fratres. Die 4. Octobris. Cures ut literae quas ad ampl. senatum dedi tibi tradantur legendae, nam ibi plura sunt quam in iis tuis consignarim. Te salutant rursus omnes mei collegae. [13])

3545.

BEAULIEU [1]) A FAREL.

Aperçu général des progrès de la réforme dans le Midi et dans l'Est de la France et disette regrettable de pasteurs.

(Autographe de la Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. — Baum Vol. II. App. p. 91.)

A mon trescher et honnore pere Maistre Guillaume Farel fidele serviteur de Iesuchrist
a Neufchatel.

Salut par Iesuchrist nostre sauveur.

Pour satisfaire a vostre bon desir, trescher et honnore pere, ie nay voulu faillir vous escrire de noz affaires depuis nostre departie davec vous, qui sont telles questans arrivez en ceste saincte cite [2]) en ioy et en santé le penultiesme de septembre, fusmes fort humainement receuz de noz amys, ce qui donna grande ioye et contentement a ma compagnie, laquelle entendit mesme de bouche le rapport que honnorablement firent de nous nos seigneurs et freres de Lyon, qui expressement sassemblerent pour cela en ceste maison de la teste noyre, [3]) chose, graces a Dieu, fort contraire aux oprobres et vilenies que mes ennemis par dela mont faictes, lesquelz ce bon Dieu vueille regarder en pitie. Au reste il nest besoing que vous escrive des graces inestimables que Dieu faict de iour en iour a ceste Eglise, dautant quen cela ientreprendroys chose plus grande que mon entendement pourroit porter. Ie veux bien seullement vous raconter que de plusieurs endroictz, nommement de Lyon, Nimes, Gap,[4]) Grace,[5]) du pais dOrleans, de poictiers et plusieurs autres endroictz, il y a gens icy qui demandent ouvriers pour ceste moisson nouvelle, sur tous ceulx de Tournon en Agennois font grande instance pour en avoir: car en ces pais la il y a encores plus de troys cens parroisses qui ont mis bas la messe et nont point encore de pasteurs: le pauvre peuple crie de tous costez a la faim et ne se trouve point qui leur couppe le pain celeste. Ie ne fus pas si tost arrivé que fus sollicité de plusieurs, lesquelz pour leur importunité me rendoyent tout honteux et aussi contristé que navois le moyen les secourir en leur extreme necessité: entre autres ceulx dudit Tournon ville du roy de *Navarre* ayant mesme charge de leur Evesque, [6]) employerent toutes leurs forces pour mavoir et ne sen a faillut guieres quilz ne soyent venu about de leur pretendit*: mais monsieur de *Pacy* [7]) a surmonte pour ceux de Seaut en Othe a quatre lieues de Troyes en Champagne. Cest merveilles des auditeurs des lecons de Monsieur *Calvin* iestime quilz sont iournellement plus de mille. [8]) Monsieur *Viret* tient la campagne du coste de Nimes. *Beraldus* a obtenu de Messieurs son congie gracieux et est en deliberation partir dicy environ Noel a cause des frequentes maladies de luy et de sa femme et enfans. Ie vous envoye la harangue de Monsieur *de Besze* prononcee dernierement devant le Roy, laquelle apres lavoir veue vous prie bailler a nostre bon amy Monsieur le Chastelain Claude *clerc*. *Bolotus* [9]) est envoyé a Mascon sur Saune. Iay en-

---

11) *Haec rursus in impressis.*
12) *Haec manu propria scripta absunt ab edd.*
13) *sine subscriptione.*
3545. 1) *Jean de Beaulieu* (*N.* 3428) *ne doit pas être confondu avec le poëte Hector de Beaulieu, lequel doit être venu à Genève vers la même époque.* (*Haag.* II. 93.) *Il se pourrait que la présente lettre ait contribué à engager le vieux Farel à entreprendre le voyage dont il sera question plus bas.*
2) *Genève.*

3) *Hôtellerie sur la Rive souvent nommée à cette époque.* (*Galiffe, Genève hist. et arch.* 259.)
4) *patrie de Farel.*
5) *Grasse.*
6) *Jean Fregoso, d'origine italienne.*
7) *Jaque Spifame Sr. de Passy, ancien évêque de Nevers, maintenant à Genève.*
8) *Il faut supposer qu'il y eut un grand nombre d'auditeurs bénévoles et non immatriculés. Le chiffre reste bien au-dessous dans le Livre du Recteur.*
9) *Voyez N.* 3586. 3545 *vers l'époque de la guerre il était à Annonay.* (*Hist. eccl.* III. 187.)

tendu de gens dignes de foy que si pour le iourdhui se trouvoyent quatre voire six mille ministres du Seigneur ilz seroyent employez, louange en soit rendue a leternel, par le moyen duquel iespere partir dicy avec ung gentilhomme honnorable lundi ou mardy prochain pour aller en France, laissant icy ma femme, iusques au temps que Dieu me donnera lopportunité de la venir querir, qui ne sera, comme iespere sans vous aller encores voir une fois. Cependant nous estans recommandez a vostre bonne grace et des vostres aussi a voz sainctes prieres ie supplieray leternel vous avoir touiours en sa sainte garde. Saluez sil vous plaist nos chers peres et freres les pasteurs de Neufchatel. Ie vous recommande aussi la povre Eglise de La Bonneville. De Geneve ce 3 en Octobre 1561.

Vostre humble frere,
serviteur et amy perpetuel
I. de Beaulieu.

3546.

BEZA CALVINO.

Narrat quae in privatis colloquiis inter utriusque partis delegatis tractata sunt, et iam praevidet nihil sperandum esse ex tota actione.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 35, coll. c. Cod. 119, fol. 107, Epp. Bern. VI. p. 945, et Simleri Vol. 102. — Edidit Baum II. App. p. 93.)

Monsr. Monsr. d'espeville
a Villefranche.

S. Secundae tertiae et quartae actionis summam ad te misi. Ab eo tempore mutata est colloquii forma,[1]) ex *reginae* voluntate. Quid enim in tanta confusione obtineri potuisset? Delegit quinque ex adversariis quibuscum totidem ex nostra parte hoc ipso loco colloqueremur, adhibito utrinque notario. Ex adversa parte delecti sunt *Valentinus* episcopus, *Sagiensis* (de Saix)[2]) episcopus, *Salignacus, Spensa, Botellerius.* Ex nobis *Martyr, Acanthius, Marloratus, Galasius* et ego. Bis igitur[3]) colloquuti sumus de coena. Ita enim illis erat praescriptum. Placida et benigna fuit omnis colloquutio. Statim inter nos convenit de spirituali communicatione per fidem. De praesentia aliquid fuit controversiae. Sed huc tandem deventum est ut fidei praesens esse agnosceremus quod vere offerretur per fidem spiritualiter sumendum. Conscripta est formula[4]) quam utrique cum suis communicarent. Hinc exorta laetitia incredibilis, omnium animis in concordiae spem erectis. *Regina* ipsa coram me complecti et hortari ut pergeremus. Respondi duo a nobis summo studio quaeri, veritatem et pacem. Esse quidem haec recte inchoata sed adhuc plane imperfecta. Nam de industria nihil in illa formula expresseramus de locorum distantia, et caeteris eiusmodi quae in proximam colloquutionem reieceramus. Tum igitur ita discessum est. Postridie, id est, prima huius mensis octobris, renunciarunt colloquutores, noluisse suos nostrae formulae assentiri nisi certis quibusdam additis et quibusdam mutatis, ac se quidem indignissime ferre quorundam morositatem sed nos magnopere hortari ut paci consuleremus. Nos re collata comperimus quae addiderant magis pro nobis quam pro illis facere. Quod autem mutarant tolerabile non erat, quoniam verbo tribuebant quod fidei erat, id est, suo more volebant praesentiam inculcare, quae a verbis et syllabis penderet. Ac poterant quidem a se ipsis refelli, ut qui contraria simul ponerent. Sed placuit simpliciter respondere, nos de priore formula nihil hac in parte mutaturos. Addidit quoque Martyr explicationem pleniorem nostrae sententiae, qua tolleretur omnis *μετουσία* itemque *συνουσία*. Sed hanc explicationem placuit in proximum conventum differre, in quo videlicet his ipsis de rebus acturi essemus. Heri[5]) igitur nos et de transsubstantiatione et de adoratione acturos putabamus, quum ecce ad nos affertur quod semper expectaveramus futurum, conviciis nimirum exceptos colloquutores a reliquis, et magnum inter eos certamen exortum. Hic est

---

3546. 1) *Vide Martyris ep. proxime praecedentem et La Place* 199. *Hist. eccl.* I. 605.

2) de Saix (*lege:* Seez, *in Dept. Orne*) *ab ipso Beza superscriptum est. Simlerus legit:* sag de Saix ensis.

3) *Martyr ad senatum Turicensem d. d.* 6. *Oct. scribit ter eos congressos fuisse. Scil. a. d. III. Cal. de colloquii forma et methodo actum est, quo die Beza non adfuit. Ipsa disputatio habita est prid. Cal. et ipsis Cal. Oct.*

4) *Formulam tradunt Hist. eccl.* 608 *et La Place l. l.* (*latine Languet* II. 148)*:* Nous confessons que I. C. en sa saincte cene nous presente donne et exhibe veritablement la substance de son corps et de son sang par l'operation de son S. E. et que nous recevons et mangeons sacramentellement spirituellement et par foy ce propre corps qui est mort pour nous pour estre os de ses os et chair de sa chair à fin d'en estre vivifiés et en percevoir tout ce qui est requis à nostre salut. Et pource que la foy appuyee sur la parolle de Dieu nous fait et rend presentes les choses promises et que par ceste foy nous prenons vrayement et de faict le vray et naturel corps et sang de nostre S. par la vertu du S. E. en cest esgard nous confessons la presence du corps et du sang d'iceluy nostre Sauveur en la S. C.

5) *d.* 2. *Oct.*

igitur quintae et sextae actionis exitus. Nos vero exspectamus quid tandem sint inter se constituturi, ut et ipsi postea consilium capiamus. Quaeris autem quid speremus? nihil boni ab hominibus, sed omnia a Deo. Τῇ βασιλίσσῃ nihil mutabilius, et nihil hic fere animadverto praeter ἀναρχίαν. Acres, diligentes, imperterriti sunt hostes. In nostris nihil simile. Sed Deus plane quis sit ostendet in rebus deploratissimis. Si, quod futurum arbitror, mox solvatur colloquium, protinus me in viam dabo et ipse tibi coram nunciabo infinita quae scribere nec possum nec volo. Sin minus, perdurabo sub hac cruce quamdiu visum erit Domino. Mitto ad te duas alteras nostras orationes in tertia et quarta actione habitas. Quid illi ex adverso responderint et omnium ultro citroque dictorum summa ex ipsis actis cognosces, simulatque absolvere potuero.

Quum haec heri scripsissem nuncium exspectans, ecce nobis gratissimae tuae literae datae 24 Septembris. Redditae sunt reliquae iis omnibus quibus inscripsisti,[6]) D. *Amiraldus* promisit se intra duos dies *Merlinum* nostrum absoluturum[7]) per quem etiam respondebit. *Galasius* noster de invisendis pictonibus deliberabit. *Acanthium* cuperem mecum abducere, sed est valde infirma valetudine. De nostro *Chandio* melius quiddam spero, quam quum ad te scriberem. Pater me valde sollicitat ut se in reditu invisam quod ei negare non possum. Sed omnino ad paucos dies me retinebit quia vestri desiderium ferre amplius non possum, quum praesertim vos opprimi videam et interea nihil hic agi. Legatus hic valde friget et supra quam possis credere. Tantum vereor ne clam aliquid.[8]) Uxorem meam rogo ut sicuti facis pergas habere commendatam. Vinum quandoquidem tuo consilio vendidit, tu, ut spero, culpam lues. *Normandium* nostrum et omnes collegas et amicos ego et nostri omnes cupimus plurimum salvere. Bene vale, mi plurimum observande pater. D. Iesus tibi magis ac magis benedicat et tuas preces exaudiat. Ex Sangermano quarto nonas Octobris.

Tuus Beza.

---

6) *N.* 3530 *et seqq.*
7) *vide N.* 3550.
8) *Aliter Languet* II. 145: Audio Card. Ferrariensem habuisse mandatum a Pontifice de multis concedendis, sed haec mandata episcopi nullo modo voluerunt admittere. *Contra Martyr infra N.* 3574.

3547.

VERMILIUS CALVINO.

De colloquio iam nihil boni exspectandum.

(Ex Petri Martyris Epp. impressis ad calcem Loco. theol. ed. 1580, fol. 581, ed. 1587, p. 1141.)

Verebar eas literas [1]) intercidisse quas ad te dedi quum primum huc appuli: sed video tibi redditas quum humanissime responderis.[2]) Quomodo res nostrae hic habeant, multis non arbitror tibi significandum, quod *Beza* suis ad te literis omnia comprehendat quae sunt scitu digna. De successu autem in posterum quid boni mihi pollicear non habeo,[3]) sed prorsus despero scholasticos et pseudoecclesiasticos nobiscum esse consensuros. Habuimus colloquutores admodum placidos et, ut prae se ferunt, a nobis minime abhorrentes. Verum cardinalibus, episcopis et doctoribus ingrati sunt et ut suspecti haereseos accusantur. Hodie in cornutorum consessu[4]) Poyssiaci se purgant et causam dicunt. Fratrum consilium est ut cum adversariis tam leniter et mansuete agamus ut nullam videamur causam abrumpendi colloquii dedisse.[5]) At verendum est ne patientia ex lenitate nostra impudenter abutantur. Qui rebus praesunt[6]) aliquod INTERIM videntur meditari, ac religionem quum ex papistica tum ex Lutherana velle conflare. Faex papistarum nollet illud subire onus: id enim unice student ne de suo pestifero instituto quidquam mutetur, sed nostras ecclesias eo vellent gravari, si eis aliqua libertas concedatur. At regina utramque partem, nos inquam et illos, iisdem et decretis et edictis involvet. Ego, quum sinceriter ac pure instaurandae religionis consilia dederim, amplius non accersor,[7]) nec illa vel consilium vel institutionem a me ullam postulat. In summa, Dei providentia una est ex qua multa speranda sunt: ex carne vero aut brachio potentum aut parum aut nihil exspecto.

3547. 1) *N.* 3516.
2) *Calvini ep. non exstat.*
3) *Neque Beza habebat.* (*Vide praecedentem.*)
4) *Vide sequentem.*
5) *Frustra ita sibi cavebant quum praelati consensum fieri nollent.*
6) *Regina mater et Navarrenus politicis rationibus permoti. Languet Epp.* II. 141: Quid de Regina vidua dicam vix scio, nisi quod non dubito, quocunque se fortuna inclinet hoc ei praecipue esse curae ut regnet, nec puto eam propter pontificios aut propter Lutheranos fortunas suas in discrimen coniecturam.
7) *Vide nuperam Martyris ad Bullingerum versus finem. Languet l. l.:* P. Martyr aliquoties cum Regina est colloquutus. Is quidem est prudentissimus, sed ipsa etiam est Florentina.

Id vero iucundum est auditu, quotidie ad veritatem permultos accedere, et adeo numerus augetur fidelium ut hostes mirum in modum ringantur. Episcopi, ut dicitur, proxima hebdomada Poyssiaco statuerunt discedere. [8]) Cardinalis *Lotharingus* vellet civitatibus Gallicanis obtrudere suum catechismum, sed episcopi non recipiunt. Vale, clarissime vir et frater in Christo colendissime. Salutes omnes symmystas nec non D. *Marchionem* et *Balbanum*. 4. Octobris 1561. In aula apud Sanctum Germanum.

3548.

BEZA CALVINO.

Est quasi postscriptum ad suam praecedentem.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 87. Exstat quoque in Cod. 119, fol. 105, in Epp. Bern. VI. p. 943, et ap. Simler. Vol. 102. — Baum II. App. p. 95.)

A Monsr. Monsr. D'espeville
a Villefranche.

S. Heri ad te scripsi, nec potui fasciculo includere quae nunc mitto, tantisper dum acta integra aut saltem eorum summam conficio. Hac nocte febricitavit Rex noster, optimae spei, ut aiunt. [1]) Nunc melius habet. Responsum a praelatis hodie exspectamus. [2]) Quidquid agetur statim rescribam. Bene vale, mi pater, et fratres meo nomine saluta. Ex Sangermano 5. Octobris.

Tuus Beza.

Merlinum puto cras profecturum. *Cardinalis* orationem mittam simul atque potuerimus nancisci.

---

8) *Languet* II. 144 (9. *Oct.*): Nostri hactenus haerent in aula et fit eis adhuc spes disceptationis de reliquis articulis. Sed episcopi omnino nolunt cum ipsis disceptare, etiamsi hoc ab aula ipsis imperetur, et cupiunt discedere, sed hoc non permittitur ipsis.

3548. 1) *Languet* II. 150: Ante aliquot dies sparsa fuit fama regem esse mortuum. Consternatus ea fama statim cucurri in aulam et deprehendi eam esse falsam. Iam Dei beneficio convaluit. Faxit Deus ut diu sit superstes, nam indies meliorem spem de se praebet.

2) *Hist. eccl.* 609: Estant cest escrit proposé à Poissy le 4. d'Octobre, combien qu'une grande partie l'approuvast, si est-ce qu'apres avoir esté examiné par les docteurs il fut reietté comme captieux et plein d'heresies le 9.

3549.

BULLINGERUS CALVINO.

Iudicium suum profert de rebus gallicis, maxime de Augustana confessione ecclesiis illis commendata, et hac occasione Vergerium notat.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117b, olim Scrin. C. Epp. Tom. II. fol. 451. Inscriptio desideratur. Simler. Vol. 102.)

S. D. Literas [1]) humanitatis tuae una cum diligenti consignatione rerum gallicarum accepi per optimum et doctissimum virum D. Franciscum *Portum*, [2]) et ago tuae humanitati maximas gratias. Oro autem Dominum ut is dirigat negotium sane exspectationis maximae. Nihil sane a te dissentio qui toto coelo eos errare arbitraris qui iam sibi securitatem pollicentur et veritatem vicisse in Gallia. Agnosco sane veritatem Christi nunquam non vincere, sed historia omnium temporum testatur quanta cum molestia, quantis cum difficultatibus mendacium loco depulsum sit sua. Nec obscurum est quam potentes sint cardinales et episcopi et quam his faveat eosque salvos velit mundus et principes huius saeculi. Consolatur illud me prae caeteris in hisce curis et sollicitudinibus quod video Deum magni aliquid moliri in Gallia. Alioqui enim non perdidisset admirando modo duos intra breve tempus reges. Oremus ergo Deum sedulo ut quod coepit perficiat. Adiungemus nos nostram diligentiam operamque, exspectantes uberem eius benedictionem.

Intelligo ex Germania quosdam ex principibus, et inprimis *Virtembergensem*, [3]) qui totus est Augustoconfessionisticus, [4]) in hoc esse totos quo suam illam Augustanam confessionem obtrudant principibus Galliae. Imo non desunt ex Lutheranis qui apud suos modo se iactitent effecturos ut Calvinismus per confessionem Augustanam eiiciatur brevi et proscribatur ex Gallia. Nunc mirum in modum laborant per Germaniam ut Augustanae confessioni et novae praefationi Naumburgi nuper conditae subscribant quasi de novo omnes. Sperant enim se multitudine et concordia plurimum effecturos apud proceres Galliae. Si nondum vidisti praefationem illam mitto eam, sed ut remittas etc. Certum est multos subscibere invite, nec probare eius omnia: nihilominus quum vident potiorem princi-

---

3549. 1) *deperditas.*

2) *iam prof. l. graec. Genevae.* (*N.* 3507. 3523.)

3) *imo solum, nam Palatinus suos theologos aliter instruxit.* (*N.* 3538.)

4) *De hac voce Simlerus sine causa dubitat.*

pum partem probare illam et imperatorem non concedere pacem nisi Augustanae confessioni subscribentibus, subscribunt et ipsi. Haec est integritas fidelium scilicet. Necesse est autem ut hic invigiles sedulo. *Vergerius* ille quasi de re confecta gloriatur, denique de sua diligentia industriaque haec confecta stolide arbitratur.

Sed desino occupatissimo alias negotia augere. Utinam in Gallia inveniatur vir pius et doctus, qui scripto modesto, in quo principes Germanos non attingat odiosius, rationes proceribus Galliae exponat cur conveniat abstinere a peregrinis confessionibus et retinere patriam.[5]) Certissimum est de missa, de coena, de confessione et absolutione confessionem Augustanam non esse integram. Et nunc omnes Lutherani conantur illam explicare in negotio coenae per Apologiam, sensumque urgent crassissimum, contendentes impios ore corporis vorare realiter et essentialiter substantialem Christi carnem. Consentiunt ergo papistis et cum suo *Luthero* recipiunt canonem de Consecr. dist. 2. *Ego Berengarius.* Taceo nunc quod iniquo tempore confessio illa est conscripta, et ab his qui tunc *Caroli* potentiam metuebant et satis serviliter se submittebant in pluribus. Nec desunt nunc principes qui quaedam correcta mallent, si non aliorum multitudine impedirentur. Verum haec ipse melius novisti: plura ergo nunc non addam. Dominus benedicat tibi et servet te nobis diu incolumem. Salutato D. *Budaeum* et *Ionvillaeum* et symmystas omnes. Nostri omnes te quoque salutant, inprimis *Gualtherus* frater et affinis et tres generi mei *Zvinglius, Lavaterus* et *Simlerus.* Tiguri 5. Octobris 1561.

Bullingerus tuus.

Puto Lituanum illum D. *Martinum*[6]) meas tibi literas iam tradidisse, unde exspecto quid ea de causa rescribas et ut *Crucigeri* epistolam remittas.

Nisi tibi molestum esset, cuperem mihi per tuorum aliquem mitti libellum cui inscriptio: Impietas Valentini Gentilis detecta etc.[7]) Referet hic noster D. Franciscus *Rambolctius*[8]) de rebus omnibus nostris. Diu vixit apud *Gualtherum.* Non commendo ipsum tibi quem alias amari a te arbitror.

---

5) *Desiderium hoc omnino supervacaneum. Inter Gallos enim nemo de recipienda Augustana cogitabat.*
6) *Czechovicium* (*N.* 3539).
7) *Opp.* IX. 361 *seqq.*
8) *videtur filius fuisse Iacobi de Rambouillet legati de quo v. N.* 3298.

3550.

COLIGNY AU SÉNAT DE GENÈVE.

Il renvoie le ministre Merlin mais prie qu'on le lui laisse encore.

(Archives de Genève. Pièces historiques N. 1715.)

A Messieurs les scindiq et conseilz de Genefve.

Messieurs suyvant ce que monsieur *Despeville* ma escript [1]) ie vous renvoye Monsr. *de Montroy*[2]) present porteur lequel iay tousjours retenu au pres de moy et vous diray que iay receu aultant de contentement de luy en ses exhortations et bonnes moeurs que dhomme que jaye jamais ouy. Si esse que je vous prieray encores Messieurs que sil y avoit moyen que vous en peussiez passer, men voulloir accommoder. Jentendz que je essaye de recouvrer quelque ministre de par deca et ou je ne le pourrois fere que vous fussiez contens de me le renvoyer et pour resider au pres de moy. Car voullant fere la profession que je veulx faire je seroye bien marry de demeurer sans en avoir ung. Ce faisant vous mobligerez de tant plus a vous. Sur ce je me recommanderay bien affectionnement a voz bonnes graces et supplieray le Createur, Messieurs, vous donner bonne et longue vye.

De St. Germain en laye ce vime doctobre 1561.

Vostre entierement bien bon amy [3])
Chastillon.

3551.

GALLASIUS CALVINO.

Colloquium Possiacense non eum habiturum est fructum qui exspectabatur, neque tamen omni carebit. Londinum ipse redibit, quanquam ab aliis ecclesiis sollicitatus.

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 203.)

3550. 1) *N.* 3530.
2) *Merlin. Reg. du Conseil* 23. *Oct.:* Merlin est de retour et presente les complimens de M. l'amiral, qui demande qu'on le luy laisse encore. Resolu de prendre lavis de M. Calvin. *Sur cet avis il est arrêté le 27 que Merlin resterait à Genève.*
3) *autographe.*

A Monsr. Monsr. Despeville.

S. Redditae sunt mihi literae tuae,[1]) mi pater, quibus ostendis te statum rerum nostrarum iam satis animo praevidisse. Quid remoram iniiciat aut quae impedimenti causa sit cur non ultra progrediamur, satis, ut arbitror, ex literis *Bezae* nostri intelligis, ita ut pluribus ea me nunc perscribere necesse non sit. Ac profecto antequam Londino discederem in animum inducere non potui, tam confusis et tumultariis rationibus certi aliquid statui posse. Caecus tamen esse volui, ne consiliis humanis nimium tribuens occasionem ullam praetermitterem, mihique sapere, non aliis viderer. Spes vero mihi certissima fuit, quamvis res non omnino succederent ex animi sententia, fructum tamen ex his laboribus non levem exstiturum. Eludimur variis artibus, sed non ita astutis quin hactenus Dei beneficio nobis praecavere potuerimus. Nunc quum abrupturi sint colloquium adversarii, totis viribus conandum est ne re infecta discedatur. Qua in re nobis insigni Dei consilio, piorum hominum consilio et precibus opus erit.

Qualis fuerit ecclesiae meae [2]) status quum discessi, literis meis tibi aperte significavi. Post discessum meum permulti in Galliam se receperunt, non tantum gallicae nationis sed etiam teutonicae, quod dura illic adversus exteros edicta sanciantur. Hic mire sollicitor a multis. [3]) Si me diutius abesse sinit ecclesiola mea, consilio tuo uti statui. Sin minus, peractis hisce negotiis illuc redeo, meque ibi concludo, donec reiiciar aut operam meam nostris inutilem esse videam. Interea ut me amantissimis et fidelissimis consiliis tuis iuvare pergas atque etiam precibus subleves maiorem in modum, etiam atque etiam rogo. Collegas omnes ac fratres mihi in Domino carissimos quam plurimum salvere cupio. Dominus te incolumem ecclesiae suae conservet, tuisque laboribus perpetuo benedicat. Qui hic collecti sunt fratres te amantissime salutant. Apud S. Germ. 6. Octobr. 1561.

Tui observantissimus
N. Gallasius.

3551. 1) *deperditae.*
2) *Londinensis.*
3) *Etiam a Calvino qui eum Genevam revocabat, et a Pictaviensibus.* (*N.* 3507. 3523.)

3552.

FORNELET A CALVIN.

Demande de pasteurs. Rapides progrès de l'évangile à Châlons. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 196, fol. 198. Herminjard, prospectus p. 32. Bulletin XIV. 364.)

A mon honore seigneur Monsr. d'espeville soit donnee la presente
Au chasteau de Spon.

La grace et paix de nostre bon dieu et pere celeste au nom de Iesus Christ son fils nostre esperance, habite plantureusement en vostre coeur en la vertu du sainct esprit.

Monsieur mon honoré pere et frere, Estant occasionné et requis de demander vostre aide (comme aussi l'ayde de voz chers freres et compaignons ordonnés avec vous au royaume du grand et celeste Roy Jesus Christ) jl vous plaira me pardonner si i'use de trop grande privauté et hardiesse, et certes ie ne le feroye si ie ne vous cognoissoye tel que le plus mesprisé du monde se peut adresser familierement a vous comme a un ange de Dieu et vray serviteur de Christ, lequel par son sainct esprit vous ayant prouveu de jugement vous a aussi donné une bonne volonté de vous employer diligemment a son saint service, non seulement en l'eglise en laquelle il vous a mis ministre, mais envers celles mesmes que n'avez jamais veu en face, lesquelles se ressentent du fruict qu'il plait a ce souverain seigneur produire par vous qui estes son instrument. A luy seul en soit toute la gloire et louange, comme elle luy appartient totalement, attendu qu'il est seul le vray et fidele pasteur des ames bien heureuses lesquelles il a acquises par son precieux sang.

Pour ceste cause ie m'ose bien asseurer sans user de grandes persuasions (comme aussi ie n'y enten rien) que ne refuserez a une grande multitude de povres brebis affamees ce qu'elles requerent de vous, pourveu que l'ayez en main. C'est a savoir

---

3552. 1) *sur Marne, en Champagne. — Sur l'auteur v. l'Hist. eccl.* I. 55: A Lion au mois d'Oct. 1546 un nommé Pierre Fournelet de Louan en Normandie commença de prescher. Ayant esté tantost descouvert et contraint de se retirer Iean Fabri, depuis ministre de Geneve succeda continuant jusques à Noel 1547. [*F. ne resta donc pas aussi longtemps que le dit le Bulletin* XII. 359.] *Fournelet vint en* 1551 *à Neuchâtel où il fut diacre. L'enthousiasme qu'avait fait naître le grand mouvement réformateur en France entraîna F. à quitter son poste sans observer les formes prescrites* (*N.* 3381. 3519).

deux ou trois pasteurs pour les paistre fidelement selon lordonnance du fils de Dieu. Estant doncques occasionné par deux raisons lesquelles me pressent fort ie vous prie de nous ayder en cest affaire. La premiere raison est une telle necessité quil y a bien quinze villages par deca qui desirent le sainct ministere de l'Evangile. Mais par faute de pasteurs ils demeurent la. La seconde raison est le profit qui en sortira. Car il y a esperance de gaigner a nostre seigneur non seulement tout le peuple de ces quinze villages mais aussi les circonvoisins, comme pour vraye preuve de ce ie vous puis asseurer d'une chose que i'ay veu de mes yeux. C'est qu'ayant fait la quelques predications sans grande resistance des adversaires i'ay apperceu un merveilleux proffit. C'est que i'ay veu venir les povres gens de sept et de huit leues tant hommes que femmes, ayans seulement oui dire quon preschoit l'evangile. I'ay esté requis quelques fois d'aller en tant de lieux que i'eusse desiré me pouvoir diviser en plusieurs parties pour satisfaire au sainct desir de ceux qui me desiroyent. Ce pendant i'estoye pressé en mon esprit de suivre la speciale vocation qu'il a pleu a mon bon maitre Jesus Christ me faire declairer par vous. Je craignoye mesme que les empeschemens qui ne me permettoyent incontinent venir au lieu qui m'a esté designé[2]) et auquel ie suis a present faisant ma charge au mieulx que le Seigneur m'en fait la grace, ne fussent cause de noter mon ministere de quelque mauvaise note.

Outre ces occasions tant pressantes que i'ay eu de vous prier pour ces povres brebis sans pasteurs, on m'a requis de vous en escrire et pourtant ie n'ay peu refuser une tant saincte demande. Et combien que ie vous cognoisse tel, que vous voudriez volontier prouvoir toutes les povres eglises de bons et fideles pasteurs, sans en excepter une seule, encores que ne fussiez grandement de ce solicité par les hommes, jl m'a semblé quil n'y auroit point de danger si ie vous en escrivoye selon mon devoir.

Parquoy, treshonoré pere et frere en Christ, ie vous supplie d'assister a cest affaire. Sinon que la classe de Neufchatel les prouvoye, comme on leur en a donné quelque esperance. Que si la classe de Neufchastel les prouvoit vous le saurez bien. Car Mr. *de Dommartin*[3]) et le sire Thyeri *Morel* ayans pris charge de soliciter l'affaire vous en pourront advertir. Quant aux eglises qui desirent les pasteurs, elles se vueillent mettre en tout devoir (comme elles m'ont promis) non seulement d'entretenir leurs pasteurs, mais de se renger entierement sous le ioug de Christ.

Quant a nostre eglise elle prospere grandement, graces au Seigneur. La premiere assemblé qui fut faicte (a grande difficulté) fut de douze personnes, nous en avons fait auiourd'huy une en la nuict la ou il n'y avoit gueres moins de mille personnes. Nous baptisons, et enterrons chrestiennement noz morts et sommes en deliberation de celebrer la saincte cene, pour declairer que nous sommes une eglise de Christ entierement. Noz adversaires ne cessent de machiner a l'encontre de nous, mais nous avons esperance au Seigneur qui conserve et maintient ses serviteurs, lequel nous rend asseurés la ou noz adversaires tremblent de peur, combien quil facent des mauvais.

J'ay esté au Synode provincial qui fut tenu en la grande cité[4]) le seziesme iour du mois de septembre dernier passé et ay esté de retour en ceste eglise le vingtiesme dudit mois. Or i'ay veu audit Synode une si grande union que quant ie n'auroye receu autre bien de nostre Seigneur depuis que ie suis venu par deça que la ioye et consolation que i'ay eu de me trouver a une si saincte assemblee et compaignie de vrays serviteurs de Dieu: jl ne m'est pas possible de pouvoir assez rendre graces au Seigneur d'un si grand bien qu'il luy a pleu me faire. Mais outre tout cela le bon Dieu me fait ce bien d'avoir trouvé un trouppeau de vrayes brebis de Iesus Christ, lequel se renge tellement sous le ioug de Iesus Christ que ie m'estime trop indigne d'un tel bien. Et faut que ie confesse (comme la verité est) que Dieu qui m'a envoyé icy par vostre moyen, deploye de plus en plus sa misericorde sur moy povre et chetif que ie suis. Ie prie ce bon Dieu et pere de misericorde au nom de son cher filz Iesus Christ nostre sauveur, vous conserver longuement à son eglise et vous donner sept fois autant de consolations que i'en reçoi par vostre moyen, et non seulement a vous mais aussi au bon M. Pierre *Viret*[5]) et a tous voz freres et compaignons en loeuvre du Seigneur. Et a Dieu soyez vous, Monseigneur. De Chaalons ce 6[e] jour d'Octobre par le tout et a iamais

Vostre humble serviteur et frere en Christ
Pierre Fornelet
disciple et ministre indigne de
Iesus Christ.

---

2) *Il est évidemment question de Châlons et non de Neuchâtel. Voyez la lettre suivante.*
3) *Comp. N.* 3519.

4) *à Paris, où il s'était réuni, pour le colloque de Poissy, un grand nombre de ministres et de laïques. L'Hist. eccl. ne dit rien de ce synode.*
5) *Il paraît ignorer que V. n'était plus à Genève.*

3553.

FORNELET AUX MINISTRES DE NEUCHATEL.

État florissant des églises de la Champagne.

(Autographe de la Bibliothèque des Pasteurs de Neuchâtel. — Bulletin XII. 361. Baum. II. App. 95.)

A mes honorés et bien aymés Les ministres de la classe et assemblee de neufchastel.
A Neufchastel.

Le seigneur iesuschrist chef de son eglise qui vous a ordonnez pour paistre ses brebis (lesquelles il a acquis par son precieux sang) vous remplisse de ses graces et maintienne en saincte union par la vertu de son saint esprit.

Treshonores peres et freres, combien que ie neusse grande commodité de vous escire quant le present pourteur est arrivé par deca, comme il le vous pourra bien dire, ie n'ay voulu faillir toutef-fois selon mon devoir de vous escire de l'estat et pourtement des eglises de par deça, et specialement de celle en laquelle le fils de Dieu nostre seigneur iesus christ m'a ordonné ministre par les freres de Geneve comme vous scavez.[1]) Quant aux eglises donc qui sont en petit nombre (et ce par faute de pasteurs) le seigneur leur assiste de telle sorte que bien heureux sont les yeux qui les voyent. Si vous avez entendu comment l'eglise de loysi[2]) a esté dressee, Dieu y a monstré si evidemment sa puissance, en la dressant et maintenant, que tant plus on y pense tant plus on a de quoy s'esmerveiller. Premierement loysi n'est qu'un village, de nulle deffense ou resistance a parler humainement: il est environné haï assailli et persecuté de tout le païs et voire d'un monde de meschans, cependant le seigneur qui a opposé ce lieu foible aux puissantes villes dalentour a fait tellement croistre et fleurir ce petit ieton que sa bonne odeur esveille et fait prendre courage aux autres lieux voisins.

Touchant nostre cher frere Mre Ieremie *Valee*[3]) il est de telle edification et par sa bonne doctrine et par sa sainte vie et conversation, que l'ancienneté de science et de meurs que le Seigneur a mis en luy supplee et recompense bien l'aage. Iceluy ayant receu letres de ses parens (par lesquelles ils desirent qu'il les aille veoir) il est en deliberation de faire le voyage, ce que on ne luy peut accorder a cause que son eglise demourant sans pasteur durant le temps qu'il seroit absent, il y auroit grand danger, attendu mesme qu'ils ont gaigné le temple, la ou tout le peuple du lieu s'assemble. Or s'il absentoit le lieu tant peu que ce soit, il y auroit grand danger que le loup, qui est comme chassé, ne retornast au parc pour faire plus de mal aux povres brebis que par avant. Ie desireroye que nostre cher et desiré frere maistre Iaques *Sorel*,[4]) qui a apourté les letres, eust sceu, avant que de les envoyer a loysi, la teneur d'icelles, car i'estime qu'il ne les eust envoyé, considerant le peril. Si le dict Mre *Ieremie* va par devers vous, il vous declarera mieux de vive voix les choses que ie ne les vous puis escire par papier et par encre. Ie vous prie, s'il va a vous, exhortez le de revenir incontinent a son eglise. Quant a Mre Iaques *Sorel* ie n'ay entendu aultre chose de luy sinon qu'il est a Troyes. Ie croy qu'il ny sera sans grand fruict. Ie luy ay escri par un de noz anciens, qui partit dimanche dernier pour aller audit Troyes, pour conferer avec ceux de l'eglise d'ilec de quelque affaire que nous avons regardé pour le bien et avancement de nos eglises. Nous n'avons faute que de bons pasteurs pour dresser et garnir des eglises: si nous en avions iusqu'a dix ou douze il y auroit bien de l'oeuvre assez pour eux. Pleust au seigneur que le val de Rux fust rempli de tels personnages que Mre Ieremie *Valee*, pour nous en fornir iusqu'au nombre de cinq cens. Car on les garderoit bien destre oisifz, attendu la grande moisson qui est preste a cuillir. Or le seigneur de la moisson en envoyera comme nous esperons, tant y a qu'ilz sont de grande requeste et bien cherement gardez.

Nous allasmes au synode qui fust tenu dernierement en la grande cité[5]) le 16e iour du mois de septembre dernier passé. Mais entre les autres articles qui furent traictés on traicta le l'avancement du royaume de christ et la dessus il fut declairé que requestes avoient esté faictes a l'eglise de ladicte grande cité pour avoir des pasteurs iusqu'au nombre de 80. Ie vous laisse a penser si en ce lieu on en demande tant qui n'est qu'un petit coint de la France que peut il estre de tout le royaume. Ie puis dire hardiment que s'il y avoit auiourd'huy 1000 hommes dediés et disposez au

---

3553. 1) *Il avait donc été envoyé officiellement à Châlons, et n'avait pas manqué à sa classe* (*N.* 3381 *et la précédente*).

2) *Loisy, bourg dans la Brie.*

3) *Jér. Jean Valet ou Vallet de Boudevillers au Val de Rus* (*Neuchâtel*). *En Oct.* 1562 *il revint de Loisy et devint maître d'école à N. et l'année suivante pasteur à Motiers. Il mourut en* 1567. (*Gagnebin, Bulletin* XII. 353.)

4) *N.* 3519.

5) *Paris* (*et non Troyes comme le pense la note de M. Baum*).

sainct ministere qu'a grand peine suffiroient ils pour fornir les lieux du royaume de France qui desirent des pasteurs. Il n'y a gueres que ie suis par deça, il n'y a que 4 mois, mais au lieu dung pasteur qu'on y desiroit on y en desire maintenant dix. Or pensez que ce sera si la chose continue de bien en mieux comme on espere. Quant ie fuz arrivé par deça ie m'arrestay environ 7 sepmaines au pais de partois [6]) la ou le seigneur s'est servi de moy povre ver de terre tant mal propre, tant foible et debile comme vous scavez, et neantmoins encores que ne soye moins que rien, a fin que la gloire soit au Seigneur qui s'est voulu servir de moy son povre instrument qui ne suis digne que de toute vergoigne et mespris, il est advenu qu'au commencement i'aloye par les maisons et faisoye exhortations selon les occasions et moyens que ie pouvoye avoir, et nostre seigneur a tellement beni mon labeur qu'il y a bien 15 villages qui ne demandent que des pasteurs, au moins si ces 15 villages en avoient 3 ou deux ils feroient du mieulx qu'ils pourroyent en attendant que nostre seigneur y prouvoiroit plus amplement. On vous va requerir pour les dits villages, comme pour victry, si le seigneur assiste a ces lieux par vostre moyen, i'en espere grand fruict, qui sera non seulement la conversion des dits villages entierement a nostre seigneur mais aussi des lieux environnans. Ie vous les recommande au nom du seigneur. I'escri a Monsieur *Calvin* [7]) pour cest affaire: si daventure nostre seigneur y prouvoit par vostre moyen vous l'en pourrez advertir et ne laissera on de luy envoyer mes letres lesquelles Monr. *Farel* pourra ouvrir et reclorre si d'aventure il luy plait les veoir.

Quant a ceste eglise de Chaalons incontinent que ie suis peu entrer en la ville i'ay testiffié mon envoy a eux, ils m'ont receu comme un messagier de christ. Or on leur faisoit tellement la guerre comme ie cuide que l'ayez entendu qu'ils ne s'oserent assembler que iusqu'au nombre de douze et encore en grande crainte. Ie ne voyoie rien moins que ce que ie voy auiourdhui, au seigneur en soit la gloire. Quant ie regardoye au pouvoir des hommes ie ne pouvoye attendre sinon que ie seroye incontinent despesché. Mais le seigneur qui m'a fait esperer contre esperance m'a donné matiere de ioye. Il n'y avoit ordre d'amener aucuns de nos gens a recevoir entierement le ioug de Christ apres avoir reiecter celuy d'antechrist. Mais le seigneur qui a eu pitie de moy, son povre et indigne serviteur, et de son eglise nous a donne et nous donne plus que nous ne pouvions esperer. Nous avons noz assemblees presque tous les iours et de iour et de nuict, nous baptisons et esperons celebrer la saincte cene, mesme nos gens ont pris tel courage par la grace du seigneur, qu'ils ont enterré deux corps de nostre assemblee a sçavoir d'une femme et d'un enfant de nostre compaignie lesquels ont rendu l'ame au seigneur. Les adversaires les ont voulu desterrer, ils se sont eslevez contre nous, satan a fait ses efforts contre nous et fait encores. Mais le seigneur nous assiste de telle sorte que noz assemblees sont accreues de 12 personnes a 30, de 30 a 100, de 100 a 200 a 500. Nous feismes hier une assemblee en la nuict ou nous estions pres de 1000 personnes. Ie teinst bien deux heures et davantage mais personne ne bougeoit comme vous pourra dire le pourteur des presentes. Ceux qui me menaçoient de me tuer au commencement mettroient maintenant leur vie pour moy, tellement le seigneur les a converti a soy. Non que pour cela ie mette ma fiance aux bras de la chair, mais ie considere les merveilles du seigneur. Il advint ces iours passez comme noz gens s'en retournoient de l'assemblee en plain iour que les adversaires iectoient des huees contre nos gens ne cherchans qu'a esmouvoir sedition, ils iectoient la boue et des pierres contre les nostres, mesme on se iecta sur la sage femme qui reçoit les enfans des nostres, pour la cuider massacrer, mais Dieu la delivra comme miraculeusement par le* de quelques hommes de nostre compaignie. On a publié edit, on a fait deffense de ne nous assembler, on nous menasse et le seigneur nous assiste de plus en plus, tellement que noz ennemis nous craignent maintenant voyant que le seigneur nous assiste ainsi puissamment: non pas qu'ils recognoissent ceste oeuvre estre du seigneur, car en voyant ils ne cognoissent rien. Voila comment est l'estat present de nostre eglise. Si le seigneur de sa grace nous envoye quelque bon capitaine [8]) ou par vostre moyen ou par le moyen des freres de Geneve nous serons heureux, sinon nous ferons du mieux que nous pourrons. Cependant, chers et honorez peres et freres, ie vous supplie par les entrailles de misericorde du seigneur iesus christ, vostre maistre et le mien, qu'il vous plaise me tenir tousiours comme de vostre assemblee et estimez tellement de moy que ie suis prest a recevoir correction de vous, voire du moindre de la classe plus que iamais. Ie vous crie mercy a tous tant en general qu'en special de toutes les offenses que ie vous feis iamais, vous priant de me pardonner

6) *Le Perthois, en Champagne, avec Vitry le Français* (*N.* 3519).

7) *la précédente.*

8) *c. à d. quelque prédicateur distingué.*

et de prier le seigneur et pour leglise qu'il luy a pleut me commettre et pour moy. Ie vous desireroye a tous (outre la liberté externe qu'avez un peu plus que moy) Qu'eussiez un peuple si docille si ardant et affectionné a la doctrine du seigneur, si bening gracieux doux debonnaire et traictable que ie l'ay rencontré. I'ay trouvé des brebis qui vaillent bien de bons pasteurs et les plus doctes sont les plus humbles, se rengent tellement sous la doctrine du seigneur que i'ay plus que matiere de m'esmerveiller du bien que le seigneur me fait. Quant ie fuz dernierement au synode de la grande cyté, comme i'ay desia touché aucunement cy dessus, ie vei la une telle union, un tel ordre et une telle charité que ie pensoye estre en lassemblee des apostres et au temps de la premiere eglise laquelle sainct luc a pourtrait en son second livre. Nous ne peusmes achever tous les affaires en un iour, mais reveinsmes le lendemain que nous celebrasmes la saincte cene apres avoir fait les censures tant des ministres que des anciens. Et mesme pour ne sortir le premier iour du synode, nous disnasmes en la maison ou nous estions. Quant ie n'auroye eu autre bien que de m'estre trouvé en celle saincte assemblee il me semble que i'ay plus qu'occasion de me contenter.

De l'assemblée de poissy ie ne vous en puis rien escrire de certain sinon que Dieu a tellement fait parler son fidele serviteur Monsieur *de Besze* que son harangue premiere abat la papauté et toutes faussés doctrines pour restablir le regne de christ. Nous devons avoir la fin du colloque samedi prochain qui sera le 11[e] iour du present mois d'octobre, on en espere tout bien. [9]) Le seigneur par sa grace veuille avoir pitié de son povre monde.

Ie vous prie de presenter mes humbles recommandations a M[r] le gouverneur et a messieurs de la ville quant vous aurez la commodité. Ie desire aussi qu'il vous plaise, honorez peres et freres, me recommander a voz femmes et familles et a Dieu soyez vous, qui par sa grace benisse tellement vos labeurs que puissiez avoir vraye ioye et consolation. de Chaalons en champaigne sur la riviere de marne ce 6[e] iour d'octobre 1561. Par le tout et a iamais

Vostre humble frere en iesus christ, Pierre Fornelet, disciple et ministre indigne de christ en la ville de chaalons.

---

9) *Il a évidement été au synode tenu pendant le colloque, donc la grande cité n'est pas Troyes. Le jour de la fin du colloque est diversement indiqué. Le 13 les prélats, ayant remercié et renvoyé leurs docteurs, se retirèrent après avoir dressé leurs canons.* (*Hist. des choses mém. p.* 141.) *Ces canons furent remis à la Reine le* 14. *Le* 16 *les ministres durent quitter l'hôtel du Cardinal de Châtillon* (*Baum* II. 403). Samedi 19 fut terminé le colloque des Evesques et Prelasts assemblés à Poissy et furent portés les canons faits par eux au Conseil du Roy (*Bruslart* I. 59 *l. c.*). *La Place p.* 200, *et l'Hist. eccl.* I. 665 *n'indiquent point de jour.*

3554.

BOVENNE AUX MINISTRES DE GENÈVE.

État prospère des églises dans les vallées du Piémont. On se propose de fonder une grande école et l'on demande un régent.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 196, fol. 200.)

A treshonorez pere et freres bien aymes
Les fidelles ministres.

Grace et paix en Dieu nostre bon pere par Iesus Christ nostre Seigneur.

Treschers peres et freres bien aymez, combien quaions trouve quelque piete et affection chrestienne en ce povre peuple de pardeça, aussi y avons nous apperceu une rude et grosse jgnorance a laquelle combien quarions * desire souventefoys y estre remedie et que leurs en aurions declare les moiens, si est ce que ne lavons peu obtenir deux, tant pour les persequutions que pour leur desunion. Neantmoins et les verges et chastimens du Seigneur en nostre derniere persequution et la liberte presente [1]) les ont attirez a y penser plus sainement. Parquoy comme ainsy soit quen nostre derniere congregation de 11 daust dernier fust arreste quy auroit quelques escolles generalles en noz vallees. A ceste cause noz scindiques peuples et nous ministres du val Cluson [2]) vous supplions au nom de Dieu que continuant vostre chrestienne et paternelle affection vous nous envoyez un regent homme de bien et propre tel que scavez a cest affaire pour nostre escolle generalle soubz lequel aussi pourront profiter noz autres vallees voysines du Dauphine qui commencent a prendre levangille, nous le desirerions scavant aux langues, autrement jl seroit a craindre que se povre peuple ne demeurast avec le temps destitue de ministres.

Au parsur vous pouvez estre advertis comme (la grace au bon Dieu) ce val est purge de prestraille et ydolatrie papistique, tellement que nous les ministres sommes aux maisons des cures et prieure et le peuple sest saisi des bien revenus et decimes des curez et prieur. Mais reste encores quelques espines et nombre de papistes qui ne cessent de piquer et gronder et par tous moyens y restablir quelque prestre principalement au prieure

---

3554. 1) *depuis le traité de Cavour du* 5 *juin* 1561.
2) *le Val Pragelato avec le torrent Clusone.*

de Mantoulles [3]) et pour ce craignons quil ne facent tant, ou par resignation du vieil prieur ou par delation, qu'un Sorboniste qui presche au val de la Perouze (pais du Prince) ne vienne a occuper cedit prieure, de quoy mesme lesdicts papistes leverent desia grand bruict, et qu'a ceste fin le prince luy donnera lettre de faveur au Roy. A ceste cause tant pource que lydolatrie a este dicy deschassee sans esmotion, que si retournant, nous doutons tumulte. Nous avions tins quelques propos denvoyer a la cour, veu la faveur qu'y pourrions avoir pour (en faisant remonstrance comme ny a dautre religion en tout le val que la predication de levangille ne autres administrateurs du service ecclesiastique que les ministres, les maisons mesme biens et possessions desdits curez et prieure vacantes) tascher de dobtenir de demeurer en possession tant pour lentretenement du ministre que de ladite escolle, sur quoy navons outre procede jusque a vostre advis et conseil. Partant vous plaira nous advertir que penseriez estre bon de faire en cest endroit. Outre plus nous craignons que quelques officiers ou commissaires roiaux ne viennent sen saisir et demander grandz arrerages des usufruictz passez. Qui sera lendroit apres nous estre recommandez a voz bonnes graces prierons le Seigneur vous maintenir tousiours soubz sa protection, fortifier et enrichir des graces de son sainct esprit a ce que perseveriez tousiours constamment en loeuvre du Seigneur. Ce 6. doctobre 1561.

Vostre serviteur et frere au nom de ses compengnons
Bovenne.

Sil plaist a celuy que le Seigneur aura ordonne de venir jl donnera charge a noz gens de prendre quelque nombre de grammaires telles quil cognoistra propres.

---

3) *près de Fenestrelle.*

3555.

CALVINUS BEZAE.

Aegrotat et misere cruciatur. Quae de colloquio accepit multum consolationis attulerunt. Balduino respondit.

(Manu scripta non exstat. Edidit Beza Genev. p. 255, Laus. p. 531, Hanov. p. 597, Chouet p. 350, Amst. p. 159.

Hodie literas tuas [1]) accepi, die scilicet nostro, uberrimas et peraeque suaves. Unde cognosces in dolore articulari adhuc me delitiis vacare. [2]) Non semper tantum otii fuit: toto enim biduo passus sum acerrimos cruciatus in pede dextro. Coepit morbus mitigari quidem nudius tertius: sed non ita remisit, quin pedem teneat devinctum. Atque ut scias me nihil fingere, odor olei mihi prope est amabilis, quamvis saepe nauseam citet. Ita non est cur aulicis tuis lautitiis invideam bene et pinguiter unctus. Crede mihi, iocando non ita me oblecto, ut tibi abstergere cupio omnem molestiam: ne si forte obscurus rumor ad te aliunde perveniat anxietatem aliquam concipias. Video enim, nisi te mirabiliter sustineret Deus, non esse tibi vigorem decimae parti ferendae. Tu post dimidiam noctem mihi respondes. Ego ex lecto post horam septimam, dum commode licet. Ita providi sunt senes podagrici.

Sed extra iocum: nullis verbis exprimere queo, quam mihi iucundae fuerint tuae literae, quibus in rem praesentem sum adductus. Quae etsi non omni ex parte arridet, plus tamen laetitiae continet, quam indignationis aut fastidii. Ter et quater benedictus sit Deus noster, qui nos videtur supra nubes attollere, ut amplexi Christi triumphantis pedes ex alto despiciamus omnes eius hostes ac nostros. Non habeo quam tibi mercedem referam, ne si aere quidem loco auri contentus esses. Porro ut intelligas, dum vos in aestu et arena serio certatis, me hic in umbra velitari, mitto quod *Balduini* libello respondi. [3]) Cave ne improbes: quia dicam eiusdem te esse factionis, si cum eo sentias cui maxime displicebit. *Merlinus* operam non perdidit scribendo, [4]) quamvis paria cum eo non faciam: quia debitorem habet qui aufugere non potest. Fratres nostri te et reliquos plurimum salutant. Valete iterum atque iterum omnes. Nonis Octobris 1561.

Calvinus tuus.

3555. 1) *N.* 3535.

2) Depuis la fievre quarte de 1559 il resta tellement debilité que iamais depuis il n'a peu revenir en pleine santé. Tousiours depuis il traina la iambe droite qui par intervalles luy faisoit douleurs. (*Colladon p.* 88: *cf. ib.* 100. *Beza in praef. ad Iosuam p.* 44.) *Vita ed. Nickel p.* 25: Quartana ipsum deserente successerunt in dextro crure podagra, colici subinde recurrentes dolores.

3) *Cf. N.* 3542. *Opp. Vol. IX. Proll.* 43. *Balduinum quidem autorem suspicatus est, revera Cassander fuit* (*N.* 3518).

4) *cuius tamen pleraeque epp. deperditae sunt.*

3556.

FOLION A CALVIN.

Il désire recevoir un congé comme ministre pour pouvoir se rendre à Orléans à l'effet de reprendre ses études philologiques restées incomplètes. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 196, fol. 202.)

A Monsieur Monsieur D'Espeville
a Villefranche.

Monsieur et pere, je recognois un grand bien et honneur que j'ay receu de Dieu, de m'avoir faict compagnon de tant de doctes hommes en ce colloque, mais aussi iay recognu plus que iamais ce qui me default pour m'acquitter d'une telle charge tant icy qu'ailleurs pour exercer le ministere. Vous scavez bien dou je suis sorti et quelle nourriture j'ay eu, fort mauvaise sotte et inepte. Depuis que le Seigneur a eu pitié de moy me fesant grace de vous aller trouver je n'ay demouré que quattre moys avec vous, lesquels iay emploié plus tost a la chose domestique qu'aux bonnes lestres. * Peu apres vous m'envoyastes à Marseille, [2]) de la à Tholose, ou j'ay demouré quasi deux ans, mais ça esté avec si peu de loisir qu'en troys ans passez que i'ay exercé le ministere (sans note d'infamie, Dieu merci) il ne m'a esté possible d'estudier une seule heure en la cognoissance des langues. Tellement que quant je me trouve en compagnie de gents de bien acompagnés d'icelles, voire mesmes en mes estudes privees, je me trouve si grosse beste que iamais fust homme, et n'ay besoing que de m'en aller cacher. A ceste occasion, mon bon pere, je vous supplie humblement que par vostre conseil il me soit permis de me descharger du ministere lespace d'un an entier afin qu'estant libre je puisse estudier en grec et en hebrieu, pour plus seurement apres ce peu de loisir qu'on m'aura donné servir a nostre bon Dieu et a son Eglise. Ie scay bien que le temps que je demande est court, mais j'espere si bien travailler et nuict et iour que moyennant la grace de Dieu, avec un peu de iugement quil m'a donné, j'espere dis-ie à ladvenir si bien me conduire en la lecture des bons et purs docteurs que je seray aulcunement apte et idoine (je dis selon les hommes) de m'acquitter de ma charge. Et je vous prie, Monsieur, ne pensez pas que je vous demande cecy pour me reposer, croyés moy, s'il vous plaist, c'est pour plus travailler en la vigne du Seigneur que iamais. Estudier en ce que dessus et exercer le ministere il est impossible. Car en quelque lieu que j'aye esté iusques a present ou j'ay tousiours gens qui vont et viennent chez moy, ou il fault estre par ville aux conseils, aux consistoires, a catechiser tantost l'un tantost laultre. Puis regardez aux presches qu'il me convient faire. Ie me retireroie volontiers par dela, mais ie crain que vous ne m'y laissiez point. Apres ce colloque je me retirerai Dieu aidant à Orleans, ou est ma famille, la aisement pourray emploier le temps que ie requiers pour la liberté qui y est et pour ce qu'il y a des professeurs en toutes les deux langues. Quant aux freres de Tholose ils m'importunerent nagueres de retourner, mais attendu que par toutes les villes de son ressort ont esté faictes informations de mes presches publiques et privez qui sont au parlement, ioinct que les prisonniers qui n'agueres estoient entre les mains des Capitols m'ont touts deferé, je suis cogneu quasi de touts les habitans de ladicte ville. Le parlement scait comment je me suis saulvé à Orleans. [3]) Plusieurs malings senateurs et aultres m'ont marqué en ceste court et a Orleans. Qui faict quil n'est possible d'y retourner que la liberté plaine et entiere ny soit. Advisez a tout cecy et poisez ces circonstances s'il vous plaist et ne pensez que ce je demande par delicatesse ou pour aultre fin maulvaise ains seulement pour plus amplement desormais servir a la gloire de Dieu. Messieurs noz freres de par dela en pourront donner leur iugement encores que je sache bien que vous seul estes suffisant de ce faire sans prendre conseil d'ailleurs. Qui sera lendroit, Monsieur et pere, auquel apres avoir presenté mes humbles recommandations et a tous mes bons sieurs et freres de vostre classe, je prieray Dieu qui vous garde et maintienne en sa grace longuement pour servir à sa gloire. De Sainct Germain en L'Aye ce 8. Octobre 1561.

Vostre humble filz et serviteur
Nicolas Folion
dict De la Valée.

3556. 1) *Hist. eccl.* I. 156: Vignaux se rendit à Tholose (1558). Il besongna si bien qu'il eut bientost besoin d'avoir des compagnons, qu furent Nicolas Folion dit La Vallee auparavant Carme et docteur en Sorbonne. — *p.* 489: Plusieurs ministres s'assemblèrent à Poissy, entre lesquels les principaux furent A. Marlorat, F. de S. Pol, R. Merlin, J. Malot, F. de Morel, N. Folion etc. (*cf. N.* 3492). *En* 1560 *il avait remplacé à Castres Geofroy le Brun allé à Genève pour recouvrer des coadjuteurs* (*p.* 874).

2) *H. eccl.* I. 172: En 1559 quasi par tout le païs de Provence Eglises furent dressees, comme à Marseille .... *etc.* de sorte qu'au mois de Mars 1560 se retrouvoyent 60 Eglises de conte fait en la Provence.

3) *Probablement en Oct. ou Nov.* 1560 *à l'occasiön de l'arrestation de Condé* (*N.* 3268).

Ie ne vous mande rien des affaires de par deça estant asseuré que Messieurs mes compagnons vous en font entendre ce qui en est, comme de leur grace ilz me le communiquent.

3557.

L'ÉGLISE DE FORCALQUIER [1]) AUX MINISTRES DE GENÈVE.

Demande de pasteur.

(Autographe de la Bibl. de Genève Vol. 197aa. — Gaberel, Hist. de l'Église de G. I. Pièces p. 186.)

Salut par Jesus Christ.

Treschers seigneurs et freres, vous avez entendu (sommes asseurez, a vostre grand regret) la dissipation et la ruyne de nostre paovre eglise a cause des vagues et assaultz dont Satan et ses suppostz lont assaillie jusques a la vouloir du tout exterminer: qui nous a donne matiere de gemir et souspirer nous voyans constituez en telle famine que noz adversaires appertement nous jugeoient delaissez de Dieu, privez de la vraye pasture de vie, cest de sa saincte Parolle et ja devallez en la fosse. Toutteffois ce pere de misericorde ne pouvant monstrer envers nous que une affection paternelle apres nous avoir faict congnoistre nostre infirmite a heu pitie de nous, ayant faict cesser ces vagues du populas indiscret et ignorant, confondu et renverse les forces et entreprinses des adversaires de sa verite et tellement advance sa maison quil ne demeure que davoir ouvriers pour rassasier les paovres ames fameliques et languissantes de sa pasture spirituelle. Pour ce, Seigneurs, voyans la grace que ce bon Dieu nous a faicte et veult faire, nous vous avons bien voulu supplier comme ceux qui avez lhonneur bien et salut de voz freres en charite pour recommandes de nous vouloir pourvoir de tel ministre et pasteur que bien pourrez entendre nous estre necessaire. Car pour avoir a faire a ung peuple rude et mal traictable seroit requis davoir homme qui avec saine doctrine, vie saincte et bon exemple eust vehemence et authorite pour adoulcir les meurs des ignorans. Pour ce nous vous prions avoir pitie de nous et le Seigneur souverain remunerateur le vous rendra, et nous le prierons vous vouloir de jour en jour tellement augmenter ses graces que jusques en la fin perseveriez en la vocation quil vous a appellez du ministere de sa saincte parolle vous prians de nous avoir pour recommandez en voz sainctes oraisons. De Forcalquier ce viii. Octobre 1561.

Par voz obeyssans et affectionnez freres
au nom de tous les freres
A. Bandoly.

3557. 1) *Dépt. des Basses Alpes.*

3558.

L'ÉGLISE D'IS SUR THIL [1]) A CALVIN.

Demande de pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Carton 197aa. — Gaberel I. 151.)

A noz treschers et bien aymez Seigneurs en nostre saulveur et redempteur Jesus Christ Messire Maitre Jehan Calvin evesque et surveillant en trouppeau et esglise chrestienne de Geneve et Scindicq dicelle cite.

Supplient en humilité les paovres freres du bourg d'yz sur thille lez Dijon Sitibundes et affamez de la pure parolle du seigneur Qui vous playse de voz benignes graces en nom de Jesus Christ nostre saulveur leur eslargir faire part et envoyer un ministre pour leur distribuer et annoncer la parolle de Dieu laquelle dez long temps ilz souhaytent et desirent. Ce faisant ferez le debvoir de voz vocations.

Et pour cognoissance de noz desirs sans fiction que Dieu par sa bonté et grace veuille de jour en jour augmenter en nous partie des freres ont approuvé ceste par leurs signatures et noms. Pour le nombre aydant le Seigneur tant audit bourg que circonvoisings de cinq centz. Ce mecredi huictiesme octobre mil cinq centz soixante un.

Ainsi est

Thibaut de avex.	Chaumotz.
C. Constant.	M. lombard.
Briseleme.	J. Danviron.
Prongetz.	Tissey.
Godin.	Mortiset.
Brions.	P. Mortuet.
	Parisol.

3558. 1) *Dépt. de la Côte d'or.*

3559.

CALVINUS SARNICIO.

Laudat eius fidem, Blandratam, Gentilem et Lismaninum notat.

(Exstat in Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Scrin. B. Vol. 25, fol. 185. Simler. Vol. 102. Edidit Beza nomine Sarnicii omisso Genev. p. 257, Laus. p. 533, Hanov. p. 599, Chouet p. 351, Amst. p. 160.)

Quod mihi per literas[1]) innotescere voluisti, eximie vir, ut posthac te inter amicos meos censeam, gratissimum mihi fuit: ac sicuti libenter amplector hoc benevolentiae tuae studium, ita vicissim polliceor me fraterno et grato erga te fore animo, sicuti et tua pietas et eruditio merentur: cuius utriusque in literis illustre specimen apparet. Nam quum omnes in *Blandrata* hallucinentur, tanquam eius praestigiis fascinati, unus prudenter subolfacis non temere esse credendum. Sed ne coniecturis tantum agamus, scito Valentinum *Gentilem*, cuius deliria breviter refutavi,[2]) ex eadem fuisse factione, atque adeo alterum *Blandratam*: quamvis neuter alteri cederet. Non fuisse deprehensas eius fraudes in Polonia, nec adhuc perspici quam insidiosus sit et fallax, tolerabile forsan esset. Sed valde miror hominem, quem sola ostentatio et fastuosus vultus commendat, tanti apud vos fieri, ut quasi novus Atlas ecclesiam sustineat suis humeris. Certe tam inconsideratae credulitatis nisi me puderet, gentem vestram non amarem. Caeterum ex communibus literis, quas ecclesiis scribo,[3]) plane ad satietatem, imo ad fastidium usque perspicies quid hominis sit, vel bestiae, vel monstri. *Lismaninum* tractavi paulo asperius, quod quasi pro imperio me cogere visus est ut maculam eluerem qua dolebat aspersum fuisse *Blandratam*.[4]) Vale, eximie vir et mihi ex animo colende frater. Dominus te spiritu suo semper gubernet, sustineat invicta virtute, et donis suis in dies locupletet. Genevae, 7 Idus Octobris 1561.

3559. 1) *N.* 3506.
2) *Opp.* IX. 361.
3) *Vilnensibus N.* 3562.
4) *Hoc comma de Lismanino abest ab edd.*

3560.

CALVINUS WOLPHIO.

Nonnulla de adversa valetudine praefatus Blandratam et Lismaninum notat.

(Exemplar authenticum exstat in Bibl. civ. Turic. F. 38, olim Epp. Tom. III. 25 cum subscriptione autographa. Reperies etiam in Cod. Gen. 107a, fol. 84 v. et ap. Simlerum Vol. 102.)

Eximiae pietatis et doctrinae viro D. Ioanni Wolphio fideli Christi ministro in ecclesia Tigurina fratri et symmystae colendo et carissimo.

Utinam frequentiore literarum usu mihi liberum esset meam erga te benevolentiam testari, integerrime frater. Sed quia non ignotae sunt tibi occupationes meae, pro tua aequitate mihi condona si cesso in hoc vulgari genere officii: praesertim quum tibi commune sit quidquid scribo D. *Bullingero*. Nunc decumbo ex dolore pedis dextri qui me acerrime toto biduo cruciavit. Tandem ita mitigatus est, ut adhuc lecto affixum teneat. Spes tamen bona est plenae sanationis. Si Deo visum fuerit aliis morbis podagram adiicere, patienter ferenda erit paterna eius castigatio.

Heri quum *Bezae* scriberem mandato tuo sum defunctus.[1]) Quod ad *Blandratam* spectat incredibile est quam perfidiosus sit pravique ingenii.[2]) Per eum non stetit quominus in exitiales laqueos me coniiceret. Quocunque veniat summus erit adulator ad captandam gratiam: sed in absentes virulentiam evomet, quae apud homines stulte credulos valde esset noxia. Quam pertinax sit haereticus forte aliquando ex D. *Martyre* audisti.[3]) Quibus dissidiis Italicam ecclesiam quae apud nos est labefactare molitus sit omnes norunt. Volunt tamen Poloni solo nutu sepelire omnia. Ac graeculus[4]) noster praesertim ad suam levitatem libenter huc et illuc nos inflecteret. Non satis quod inconsiderate lupum ovibus praefecit ac ornavit superbo perinde ut inani archipresbyteri titulo[5]) nisi ab omni nota ignominiae scelestum et pestiferum hominem vindicet. Sed ubi propius cognitus fuerit, sponte, ut arbitror, eos omnes qui nunc suscipiunt eius causam, nimiae facilitatis poenitebit. Vale, eximie vir et frater ex animo colende. Dominus semper tibi adsit, te gubernet, incolumem tueatur. Genevae vij. Idus Octobris 1561.

Ioannes Calvinus tuus.

3560. 1) *in N.* 3555 *nihil ad rem.*
2) *Vide epp. sequentes.*
3) *cf. N.* 3042. *Schmidt, Verm.* 280.
4) *Lismaninus.*
5) *cf. N.* 3245.

3561.

CALVINUS CRUCIGERO.

Blandratam pro merito tractatum docet, miraturque quo pacto a quibusdam tam humaniter exceptus fuerit imo ecclesiae praefectus.

(Ex apographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Scrin. B. epp. Tom. 25, fol. 129. Edidit Beza Gen. p. 258, Laus. p. 534, Hanov. p. 600, Chouet p. 352, Amst. p. 161.)

Eximiae pietatis et doctrinae viro D. Felici Crucigero eiusque collegis ecclesiarum minoris Poloniae fidis pastoribus et ministris. [1])

Quid *Stancarus* profecerit, quibus vos gravare tentavit calumniis, ex responso nostro apparet. Nobis certe nunquam fuistis suspecti. Sed quia vobis visum est purgare, si quid conceptum esset suspicionis, libenter confessionem a vobis scriptam amplectimur, quia eius brevitas nihil habet obscurum vel ambiguum. Nec vero timendum fuit, ne ullis sinistris rumoribus a vobis alienaremur. Sancta igitur maneat inter nos coniunctio, eamque ultro citroque fraterna benevolentia colamus. Unum tamen non dissimulo, eos qui tam humaniter Georgium *Blandratam* exceperunt, [2]) parum fuisse cautos et providos, et male consuluisse vestrae existimationi. Magis etiam miror quosdam primariae autoritatis viros graviter offendi, quod libere hominem detexerim ut necesse erat. Ac ne putetis temere fuisse quidquam a me creditum, historicam narrationem dictavi, quae vos omnium certiores faceret. [3]) Tacere vero in tanto vestro discrimine fas non fuit, quum intelligerem lupum non modo in ovile admissum fuisse, sed ovibus datum esse custodem. [4]) Nunc tamen si resipiscere in animo habeat *Blandrata*, re ipsa demonstret. Quod si mihi reconciliari velit, ignoscere paratus sum, simul ac mutatum fuisse in melius cognovero. Sed profecto vobis illudit, dum se indigne traductum fuisse conqueritur. Quid? quum scirem impiis deliriis imbutum, an non fuisset proditorium de tanto periculo vos non commonefacere? Sincerae ergo de salute vestra sollicitudinis officium praestiti, cuius nunquam me poenitebit. Valete, integerrimi fratres et ex animo mihi carissimi. Dominus vobis adsit, vos gubernet ac tueatur perpetuo. 9. Octobris 1561.

3561. 1) *Respondet ad N.* 3508.
2) *Alludere videtur ad Radzivilium.*
3) *vide N.* 3563.
4 *scil. seniorem factum in Polonia minore cf. ep. ad Wolphium.*

3562.

CALVINUS MINISTRIS VILNENSIBUS.

Satis ἀποτόμως eos suo Blandrata gaudere iubet si placeat, quocum ipse conferri sibi minime honorificum ducit.

(Ex apographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Scrin. B. Epp. Tom. 25, fol. 129. Simler. Vol. 102. — Edidit Beza Gen. p. 258, Laus. p. 534, Hanov. p. 600, Chouet p. 353, Amst. p. 161.)

Quod de caritatis mutuo inter nos colendae studio scribitis, [1]) libenter amplector: ac piae vestrae admonitioni morem gerere paratus essem, si mihi iusta ratio a vobis praescriberetur, quomodo reconciliari me oporteat cum Georgio *Blandrata*. Quod sub persona Illustrissimi Ducis Palatini *Vilnensis* [2]) vos omnes hortatus sum ad cavendam illam pestem, graviter fuistis offensi: mihi certe dolet officium a sincero vestri amore profectum et pia salutis vestrae cura non placuisse. Sed quid facerem? saltem defunctus sum: nec me unquam poenitebit eius offensionis, quam mihi summa necessitas iniunxit. Magni vobis est existimatio *Blandratae*: quia integerrimum virum esse cognoscitis, nec ullius erroris suspectum. Quid autem de ipso publice testatus sim, ostendit praefatio de qua mecum expostulatis. Etsi vobis non est suspectus, plane apud me convictus est, imo coram hac ecclesia. Mihi non creditis, cur ego potius vobis credam? Multum scilicet vobis otii est, ut synodos cogatis ob tales quisquilias. Sed *Blandratae* excellentia vos movet: quia horribile scandalum nascetur, si confligere mecum incipiat. Ergo non vulgare fecit operae pretium longo itinere, quod tantum sibi nomen acquisierit. Nullus est apud alias gentes: vos admiramini non secus atque angelum e coelo delapsum. Vestras delitias minime vobis invideo. Summo etiam ut in pretio sit apud vos, per me licet: modo vicissim pro vestra aequitate mihi permittatis non nescire, quod apud nos omnibus satis superque compertum est. Si asperius loquor, vos me coegistis Caeterum ut sciatis immodica quorundam facilitate male ecclesiis vestris fuisse consultum quibus praefectus fuit, mitto breve historiae totius compendium: [3]) ex quo perspicuum vobis fiet, nisi infideliter et prodi-

3562. 1) *N.* 3453. *Mart. Czechovius qui eorum literas attulerat idem et has in Poloniam asportavit* (*Stoinii, Epit. p.* 185), *qui tamen hactenus errat quod synodum Cracoviensem cui redditae sunt ad* 16. *Sept. refert, quae teste Lubien. p.* 126, *decima Dec. habita est. Etiam Heberle in Tüb. ZS.* 1840. IV. 167 *fallitur in synodo definienda: vide ad N.* 3508.
2) *in dedicatione Actuum apost. N.* 3232.
3) *Vide sequentem.*

torie vobiscum agere vellem, tacendum non fuisse in tanto vestro periculo. Si nihil fidei obtineo, aliquid tamen et Italicae quae apud nos est ecclesiae senioribus, et eximio Christi servo D. *Petro Martyri* tribuite.[4]) Quidquid statueritis ingenue fateor mihi non esse honorificum ita conferri cum *Blandrata*, ut a vobis factum est.[5]) Valete fratres ex animo dilecti et colendi. Dominus vos spiritu suo gubernet, virtute invicta sustineat, donisque omnibus locupletet. Genevae, 9. Octobris 1561.

3563.

CALVINUS DE BLANDRATA.

Elogium in usum Polonorum conscriptum, et appendicis loco praecedenti epistolae subiunctum.

(Etiam in Codice Turicensi et in omnibus editionibus sequitur eandem, sed peculiari titulo praemisso.)

Compendium eorum quae hic egit Blandrata.

Georgius *Blandrata* medicus vixit apud nos[1]) quiete et placide ad tempus, et christianae docilitatis signa dedit. An opinione deceptus fuerit, quia non reperit quod sperabat, nescimus. Exceptus enim fuit pro nostra simplicitate tanquam unus ex aliorum numero. Coepit deinde per ambages in quaestionem trahere fidei nostrae articulum de Christi deitate, et sua somnia sparsit clanculum apud imperitos. Sed quo impunitatem sibi acquireret, suas quaestiones deposuit apud pastorem Italicum *Maximilianum*, ex celebri Comitum familia natum (*Martinengues* vocant Itali) qui etsi acuto erat ac perspicaci ingenio, oderat tamen frivolas speculationes. Itaque quamvis *Blandrata* sedulo officia medici obtruderet in curanda illius valetudine et uxoris, hominis tamen importunitate offensus eum repudiabat. Quod clarius sub mortem suam patefecit.[2]) Eodem ipse tempore suis quaestionibus fatigabat *Calvinum*: eoque magis, quod quum subinde fingeret se placatum esse, et acquiesceret responsis, postridie redibat quasi novus, nec desinebat ea ipsa de quibus saepe audierat sciscitari. Itaque coactus est ei *Calvinus* in faciem dicere: Vultus tuus detestabile monstrum mihi ostendit, quod in corde occultum foves: ac saepius eum aspere obiurgavit, ut si fieri posset corrigeret perfidiam et fallacias dolosque tortuosos, quorum fastidio erat quodammodo defessus. Nec tamen destitit *Blandratam* comiter salutare et admitterre ad sermonem. Imo huc usque obtemperavit improbi hominis votis, ut brevi scripto[3]) dissolveret omnes scrupulos quibus fingebat ille nequam se impediri. Notare autem operae pretium est pravum eius consilium. Neque enim tam optavit expediri sibi dubitationes, in quibus dicebat se perplexum haerere, quam contendit a *Calvino* ut damnaret omnium aliorum sententias. Ac saepius asseruit ab omnibus Germanis se turbari: unius autem *Calvini* doctrina se reddi tranquillum. Quum identidem urgeret ut sedandis multorum conscientiis *Calvinus* reiiceret quaecunque ab aliis erant prodita, sibi fidem omnem detraxit. Et ex eo tempore desiit *Calvinus* eum admittere: quia tantum dissidia et turbas quaerebat. Serpebat interea virus impiorum dogmatum apud Italos.[4]) Itaque seniores *Calvinum* rogarunt ut manum auxiliarem porrigeret. Condicta est hora plebi. Missi sunt duo ex senatoribus. Calvinus verba fecit. Hortatus est nomine senatus ut quisque libere proferret quid sentiret. Ac senatus nomine[5]) promisit impunitatem, si quid perperam et inconsiderate elapsum esset. Illic non dubitavit *Blandrata* obiicere *Calvino* quod falsissimum erat, iactareque illud esse scriptum manu *Calvini*. Coactus proferre tergiversari coepit. Pertinaciter tamen asseruit *Calvinum* ita scripsisse, donec charta allata fuit in templum. Deprehensus in manifesta calumnia miser ille non tamen erubuit, quum omnes fuste dignum censerent. Etsi autem non protulit ipse horribilem blasphemiam, quae mox sequetur, totam tamen eius culpam sustinet. Dixit enim intimus eius sodalis Ioannes Paulus *Alciatus*,[6]) quem adhuc pro anima sua habet, tres diabolos a nobis adorari peiores omnibus idolis papatus, quia statueremus tres personas. Si exsecrabile illud sacrilegium, ut decebat, exhorruit, cur ab eius familiaritate non discessit? Imo cum eo paulo post profectus est: et eo comite, sodali et socio, molitus est scindere ecclesias. Pepercit tamen *Calvinus*, ac depre-

---

4) *N.* 2916. 3042. *Schmidt, Verm.* 230. *Heberle p.* 166.
5) *Hoc comma abest ab edd.*

3563. 1) *A.* 1557 *et* 1558. *Vide Colladon p.* 80, *Beza ed. Nickel C.* 20. *Eiusdem Ep. m. Aug.* 1567 *scripta in Tract. theol.* III. 295.
2) *Obiit m. Aug.* 1557 (*N.* 2690. 2694).

3) *Codex praebet:* scriptos, *quod nostrum facere dubitamus. Alludit nempe ad Opusculum a nobis Vol. IX. p.* 321 *editum.*
4) *Mortuo Martinengo supererat Lactantius Ragnoni ecclesiolae Italicae solus minister, quum Calvinus frustra Vermilium et Zanchum Genevam vocasset.*
5) senatus nomine *om. codex.*
6) *N.* 2870. 2916. 2919. *Trechsel* II. 310.

catus est ne quid accideret molestiae. Exorta est rursus nova querimonia Italicae ecclesiae, quod clandestinis artibus simplices e vulgo imbuerentur perversis illis deliriis. Vocati [7]) igitur sunt ad consistorium *Blandrata* et alii quidam. Satis habere debet, quod fuerit absque ignominia dimissus. *Calvinus* etiam ore suo iussit ipsum esse securum: ac promisit se daturum operam ne fraudi essent quaecunque antea peccasset. Aliquanto post tempore [8]) quum in auditorium *Calvini* ingressus esset unus ex quatuor praesidibus senatus (quos vocant syndicos) idque ut tum legentem *Calvinum* audiret, [9]) *Blandrata* qui lectioni intererat, mox sudario naribus opposito ac si sanguis flueret, se in fugam proripuit, nec postea in urbem reversus est. Haec est *Calvini* crudelitas, qui perversum hominem et turbulentum fovere tamen [10]) studuit. Haec est innocentia *Blandratae,* quem praecipitem egit mala conscientia: fuitque illi carnifex, quum nemo esset inimicus. Concessit Tigurum: an illic se rectius gesserit, testantur D. *Petri Martyris* literae. [11]) Ex Polonia multas faces ialulatus est ad renovandum incendium. Conatus est modis omnibus labefactare simplicium fidem. Et cuidam amico scripsit, vadum se reperisse in illis profundis aquis ubi ante dubius natabat.

En cur debuerit quisquam [12]) suscipere hominis patrocinium, et privatas meas monitiones procul reiicere, quibus malum placide sanari poterat. 9. Octobris 1561.

3564.

CALVINUS LISMANINO.

Acriter ei exprobrat patronatum quo Blandratam prosequitur, hominem pessimae notae, dum ipse Stancarum Lismanini adversarium severe reprimere non haesitaverit.

(Ex apographo manu H. Bullingeri iunioris scripto in Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Epp. Tom. 25, fol. 134. — Simler. Vol. 102.)

Literas abs te scriptas 15. Maii [1]) hic demum nuncius mihi reddidit, ex quibus intelligo meas [2]) tunc non fuisse tibi redditas. Posteriores vero quas simul accepi prima Septembris datae ostendunt intercidisse. Nam quum octavo demum mense nondum ad manus tuas pervenerint periisse facile coniicio.

Porro sicuti initio tibi testatum esse volui non video cur tam anxie de *Blandrata* mihi reconciliando labores. Magnum esse virum existimas. Fruere igitur tuo iudicio: modo vicissim mihi concedas sentire quod sentio. Sincerum esse praedicas: scio nihil magis versutum esse ac omni perfidia refertum. Nullam haereseos notam homini vis aspergi. Atqui apud nos manifestae impietatis satis superque fuit convictus. Denique si tibi obsequi velim puerorum quoque ludibrio me exponerem. Male me nosti, D. *Lismanine,* qui ingenio tam servili et adulatorio esse putasti. Unde porro haec fiducia ut in gratiam tuam non modo subeam levitatis et mendacii dedecus, sed ut turpiter mentiendo Satanae ianuam aperiam ad nocendum? Cupio amicitiam nostram perpetuo manere salvam, sed non hac mercede. Itaque si pergis, quaere tibi alios amicos, quibus et veritatis et ecclesiae prodendae leges praescribas. Georgius *Blandrata,* nullius existimationis homo, vulpina fraude et blanditiis nobis persuasit se venisse Genevam ut in schola Christi proficeret. Postea deprehensus est qualis erat. Et quum pravis suis erroribus involvere ac fascinare multos tentasset, increpatus fuit, et tamen ea moderatione ut integrum fuerit inter nos fraterne versari. Quia non desistebat, vocatus fuit ad consistorium: ubi iterum severe admonitus sic tamen discessit ut nostram humanitatem laudaret. Quum nemo crearet illi periculum, furore perterritus (sic eum vexabat mala conscientia) subito in fugam se proripuit. Quam pertinax esset haereticus ex testimonio D. *Petri Martyris* cognoscere licet. [3]) Venit in Poloniam. Favore D. Francisci *Lismanini* creatur archipresbyter. [4]) *Calvinus* pia sollicitudine occurrere volens periculo quod Polonicis ecclesiis instabat, occultum venenum detegit. D. *Lismaninus* se arbitrum interponit et denunciat extrema quaeque mala nisi *Blandratae* impietatem praeclaris elogiis mature sepeliat. Si te ad tempus excaecavit *Blandratae* amor, paulisper nunc te collige, ut pro tua prudentia agnoscere incipias, non modo te mihi fuisse iniquum, sed toti Christi ecclesiae non vul-

---

7) Rogati *cod.*
8) *Pro* tempore *Codex praebet:* ipse. *Caeterum cf. Colladon p.* 84, *N.* 2908. *Beza in Ep. supra laudata.*
9) idque ut ..... audiret, *om. Codex.*
10) tamen *om. Cod.*
11) *N.* 2916.
12) *Codex disertis verbis* D. Lismaninus *scribit quod authenticum videtur.*

3564. 1) *deperditas.*
2) *Nobis ultimae fuerunt illae quas sub N.* 2981 *legisti, d.* 19. *Nov.* 1558 *scriptae. Sane recentiores aliquae desiderantur.*
3) *De quo vide in Epp. ad Wilnenses et Radsivilium.*
4) *N.* 3245.

garem fecisse iniuriam. Et adhuc mecum expostulas ac si ingrato malignoque animo hoc tuum officium respuerim. Caeterum non est quod imagineris nos a Christophoro *Leopolita*,[5]) *Stancari* discipulo, fuisse deceptos. Omnia quidem molitus est nec quidquam omisit quod ad vos damnandos faceret, non tamen persuasit. Imo cordate repuli eius calumnias. Scripsi etiam *Stancaro*,[6]) minime aequum esse eius accusationem contra vos admitti, qui optimis quibusque atrociter conviciari solitus esset. Iam cur nobis tam infestus est *Stancarus*, ut tota intemperie contra nos feratur, nisi quod fraterne a nobis suscepta est causae vestrae defensio? Dum vobis studemus prodesse, provocare non dubitavimus rabiosum canem. Nunc quoque secure contemnimus latratus et morsus omnes quibus nos impetit. Fovetis interea pessimum et salutis vestrae et communis doctrinae nostrae hostem. Nec mihi liberum erit placide monere ut ab eo caveatis. Profecto simul ac redieris ad te ipsum, pietas tua et singularis humanitas errorem discutient. Ac per me quidem inviolabilis stabit nostra coniunctio, modo ne officii mei cursum impedias. Vale, ornatissime et observande frater. Dominus tibi semper adsit, te gubernet ac tueatur incolumem. Collegae mei tibi plurimam salutem adscribunt. Genevae 7. Idus Octobris 1561.

3565.

CALVINUS RADZIVILIO. 1)

Gratias agit de munere sibi oblato pro dedicatione commentarii in acta, simul vero suam sententiam ibi de Blandrata prolatam tuetur et vindicat.

(Describimus exemplar manu H. Bullingeri filii scriptum in Cod. Arch. Turic. VI. 168, olim Epp. Tom. 25, fol. 132 cum inscriptione: *Ep. D. Calvini ad principem Vilnensem*. Ex parte edidit Beza Gen. p. 256, Laus. p. 532, Hanov. p. 597, Chouet p. 350, Amst. p. 160. Cf. Simler. Vol. 102.)

Etsi mihi, illustrissime princeps, non potuit non gratum esse benevolentiae vestrae testimonium, quum ad me humaniter scribere dignati estis, multo tamen iucundiores fuissent literae, si illis palam mihi factum esset, simpliciter meum in praefatione dicanda studium vobis placuisse quam dum ex illis intelligo memoriam dedisse magnae offensionis. Expostulatis[2]) mecum quod Georgium *Blandratam* singularem vestrum amicum, et compatrem carissimum, durius perstrinxerim: de hac privata offensione facilis et prompta est excusatio, me nihil tale fuisse suspicatum. Certe nunquam divinassem tanto in pretio apud vos fore hominem nihili. Et quoniam vos non minus praeclara apud omnes existimatione quam dignitate et potentia florere cupio, mihi non parum dolet obliquis suis artibus ita eum obrepsisse in vestram gratiam. Si mihi credibile fuisset, hominem, cuius mihi comperta erat impietas, vobis esse familiarem, certe privata admonitione fuissem contentus, idque nomini vestro dedissem.[3]) Sed aliorum potius causa publice traducendum esse censui, ut sibi omnes a peste tam noxia caverent. Ergo praecipua indignationis causa evanuit: quia mihi nihil minus fuit propositum, quam famam vestram oblique laedere, quum verba me facere putarem de homine vobis incognito, vel saltem qui nullo amicitiae vel necessitudinis gradu vos attingeret. Sed vobis est amicus. An maiore in gradu quam Iudas apud Christum? Si non parcimus Christi discipulo, quin ob suam perfidiam omnibus fiat detestabilis, non plus indulgentiae merentur principum[4]) amici. Sed ne taedio sit epistolae prolixitas, breve historiae compendium descripsi,[5]) ex quo facile cognoscat vestra Celsitudo,[6]) meritone an iniuste detexerim occultum venenum, ne diutius clam grassando multos in Polonia inficeret. Neque enim odio vel aemulatione vel invidia ad publicandum obscuri hominis dedecus impulsus sum: sed quia fratres mihi carissimos silentio et dissimulatione prodere nefas esse duxi. Quod si resipiscat, nulla in me erit mora quin praeteriti temporis memoria sepeliatur. Si autem pertinaciter contendit sibi factam esse iniuriam, quasnam mihi relinquit partes, nisi ut mihi sit pro obstinato haeretico? Sicuti mihi optabile est pro mea erga vos observantia studiose votis vestris obsequi, ita vestram excellentiam rogatam esse velim, ut inprimis caveatis ne sibi ianuam aperiat *Blandrata* ipse, vestra autoritate adductus. Aliud remedium non video. Sed fortasse ubi de re tota redditi fueritis certiores, mutare iudicium non pigebit. Quod si mihi nihil tribuitis, saltem fidem meretur testimonium Italicae ecclesiae quae apud nos est,[7]) et D. Petri *Martyris*.

---

5) *N.* 3288.
6) *Cf. N.* 3273. 3288. 3332. 3347. *Vide etiam Resp. ad fr. Polonos de Stancaro, Opp.* IX. 333. 345.
3565. 1) *Beza nomen suppressit. Est responsio ad N.* 3443. *Cf. Heberle, aus dem Leben Blandr.* 171.

7) *N.* 3562.
2) *Hinc incipiunt edd., ubique tamen plurali numero in singularem mutato:* Quod mecum expostulas *caett. Item* Celsitudo *et* Excellentia *exsulant.*
3) *et non publice in dedicatione Actuum ap. eum notassem.*
4) *pro* principum, *edd. praebent:* cuiusquam.
5) *Vide N.* 3563.
6) *edd. simpliciter:* cognoscas.

Hac de re plus satis. Toti Poloniae, et privatim Lithuaniae gratulor, quod maiores subinde illic progressus faciat purior religio, et novis incrementis longe lateque dilatetur Christi regnum. Haec etiam non poenitenda gaudii accessio, quum audio disciplinam cum evangelii professione coniungi. Et certe non immerito vocare soleo disciplinam nervos ecclesiae: quia ut propensi sunt hominum mores ad lasciviam, delitias et licentiam quamlibet, nisi contineamur sub fraeno, maior pars libertatis praetextu luxuriabitur et insolescet. Unum desidero, ut in posterum tempus prospiciatur ecclesiis, ne pastoribus orbatae et nudatae brevi intereant. Scholae autem seminaria sunt pastorum: et apte censeri possunt tanquam coelestis doctrinae gazophylacia. Quo maior danda est opera, ut quam plurimi instituantur tam in pietate, quam bonis literis. Haec vero nobilissima erit vobis liberalitatis materia, ut vestro exemplo reliqui ad imitationem incitentur. De, [8]) munere oblato quam maximas habeo gratias: agerem pluribus verbis nisi confiderem vos animi affectu contentos. Ergo ut finem faciam, Deum suppliciter precabor, ut Celsitudinem vestram spiritu suo gubernet, incolumem tueatur, magisque ac magis suis donis illustret ac locupletet. Illustrissimae etiam Ducissae mea officia reverenter defero. Genevae, 9. Octobris 1561.

3566.

L'ÉGLISE D'ISSOUDUN A CALVIN.

Demande de pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 196, fol. 203.)

A Monsieur Monsieur despeville.

Monsieur, l'eglise d'yssoulduin [1]) na cesse d'impetrer et obtenir de vous et nossieurs de par dela toutes choses necessaires tant en conseil qu'en ce qui concerne le ministere dicelle, mesme lavez quant besoing a esté pourveue de gens doctes et de vie saincte desorte quelle a graces a Dieu et vous trouvé contentement provenant de vostre bonne liberalite. Toutesfois voiant lacroissement dhommes fidelles qui ordinairement se dedient et adjoignent a icelle et que Monsr. *de la croix* nostre ministre pour telle multitude et vigilance qui la regarde avec son estandue es lieux champestres et circonvoisins, ne peult ny ne scauroit desormais seul satisfaire, naiant aussi recours qua vous ne se peult lasser de tousiours vous emploier a sa necessite, a laquelle vous supplie au nom de Dieu entandre et subvenir. Ce faisant luy accorder et envoyer encores sil vous plaist, avec les porteurs des presentes qui satisferont a tous fraiz, ung aultre ministre tel que mieulx congnoistrez necessaire a reduire et mestriser ung peuple assez entier et difficile, non pour mespriser ledict sieur *de la croix* [2]) qui pour le Seigneur semploie vertueusement au deu de sa charge et duquel on espere a ladvenir quelque plus grand fruict et avancement: mais a fin de le supporter ce pendant et plus promptement reunir et remectre ce que la longue et frequente persecution dressee contre icelle assemblee de fidelles a espandu et dissipé.

Monsieur, vous aurez doncques, sil vous plaist, esgard a lindigence et necessite de ceste eglise famelique qui en ses membres vous presente humble salut en nostre Seigneur, le suppliant vous maintenir tousiours en sa saincte garde. d'yssoulduin ce xj[e] jour dOctobre 1561.

Voz humbles serviteurs ayant charge
de la compaignie
Claude delarube.
Hippolyte Salmon.
D. Chappuis.

3567.

L'ÉGLISE DE MACON AU MINISTRES DE GENÈVE.

Demande de pasteur. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Pièces détachées Portefeuille. 197[aa], N. 1. — Bulletin XIV. 326.)

A Messieurs Messieurs les ministres de l'Eglise de Geneve.

Messieurs il y a des papistes et autres sages de ce monde qui seroient tres contans aprocher de

---

8) *Quod de munere oblato habet, et infra de Ducissa, in edd. non legitur.*
3566. 1) *Dép. de l'Indre. Comp. N.* 3400.

2) *Chandieu. N.* 3452. 3546.
3567. 1) *cf. N.* 3536. 3545.

nostre Eglise sils pensoient y ouir precher personnage qui peust les resoudre et contanter dune infinité de doubtes coustumieres de voltiger en la papaute: dautres a demy edifiez qui sous umbre de ie ne say quel savoir quils reputent en eux dedaignent dy entrer synon quon les asseure d'y trouver ministre aussy profond en savoir que familier aux langues. Il y en a dautres qui desia ont frequente nos assemblees semblent vouloir sen esloigner et refroidir parce quilz ne sont pas a leur advis vivement et dextrement admonestes, sans considerer, comme aussi tresbien le nous aves escript, que ceux sont bien dignes de mourir de faim qui naians que du pain bis laissent pour cela de manger. Voila la necessité en laquelle ces trois especes de gens sont constitues, qui au reste se rendroient assez faciles et aisez si nous avions ministre capable pour les redresser et pouvoir par effect respondre a ceux qui cuident le meriter.

Asseureement celuy que nous avez envoie [2]) est bien bonne personne, mais selon que ceste ville est composee dune telle diversite que lon vous vient de dire il est tres requis que en aions ung qui ait de quoy leur satisfaire et qui leur puisse representer au vif quelle est la maieste de la parole de Dieu. Ne trouvez s'il vous plait mauvais si presentement nous envoions ce personnage, lun de nostre compagnye, expressement pour vous suplier, comme nous faisons, ne le laisser retorner sans que soions proveu d'un personnage qui puisse bien executer ceste charge. Nous ne lairrons de donner occasion a Maistre *Pierre* de continuer la sienne, et avec alaigresse d'esprit et ou daventure ne pourriez pour ceste heure nous en fournir d'un qu'il vous plaise faire tant envers la classe de Neufchastel que puissions avoir pour deux ou trois mois ou autre temps que regarderez M. *Pharel*, [3]) et sçavons le bien heur et profit qu'apporteroit sa presence. Croiez quil est incroiable, car comme ceste ville est situee la doctrine d'un tel personnage voleroit a ung instant par toutes les villes du long de ceste riviere et es environs, ou il y a beaucoup d'hommes le cueur desquelz bondit desia de ioye louant Dieu de veoir et entendre l'avenement de nostre Eglise. En lhonneur de Dieu, Messieurs, quelle vous soit pour bien et singulierement recommandee. Nous le suplions, Messieurs, vous donner en parfaite sante longue et heureuse vie vous avoir presente noz humbles recommandations a vos bonnes graces. A Mascon ce 11. Octobre 1561.

Vos humbles et obeissans serviteurs.
Ceux de l'eglise de Mascon.

2) *Pierre Bolot* (*N.* 3545). *Hist. eccl.* III. 187. *C'est celui-là même qui est appelé plus bas M*e *Pierre. C'est par erreur que le Bulletin l. c. y voit Fornelet.*

3) *qui partait à cette époque même pour le midi.*

3568.

MERCURINS [1]) A CALVIN.

Compte-rendu sommaire de l'état des choses en Provence. Il s'est installé de sa personne à Marseille, sur un appel à lui adressé par les fidèles et demande un pasteur pour Lourmarin.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 196, fol. 204.)

Monsieur Monsr. Charles d'espeville
a Geneve.

La grace et paix de nostre Seigneur Jesus Christ vous soit multipliee par la communication du sainct esprit.

Monsieur et pere, Despuis mon partement de Geneve jusques a present j'ay esté empeché par Mr. *de Sault* [2]) de ne pouvoir exercer ma charge de sorte que despuis ce tems je n'ay rien faict que deça et della confirmé les freres destituez de pasteurs en provence l'hors que j'en ay esté requis: de sorte que comme me voyant ainsy presque inutille je deliberoye aveq mon eglise de Lurmarin [3]) de prendre son congé et m'en retourner vers vous pour estre employé ou Dieu eut volu. Il y a environ six semaines je fuz prie de l'Eglise de Marseille [4]) de volloir prendre charge de ministre en jcelle, cella me vint à gré pour estre natif du lieu, de sorte que me voyant leur estre a gré leur fis promesse, mais aveq condition que ladite eglise de Marseille porteroit les frais pour en fere venir un aultre a ma place audit Lurmarin, comme cessant la tyrannie du Sr. *de Sault* ilz se poroyent remettre, et moyennant que vostre conseil aprovast ma vocation audit Marseille. Or maintenant est advenu que Mr. *de Sault* est appellé pour estre governeur de Lyon, qui est la cause que la premiere liberté est remise sus. Parquoy, Monsieur, je vous prie affecteusement volloir tant faire a celle eglise que de la provoir d'homme, car jl n'y a eglise en Provence ou Dieu ayt plus mis de sa benediction selon l'apparence externe, et si voyes estre a bien d'approver aussi ma vocation en ce lieu. Qui sera lendroit ou me recommanderay humblement a voz saintes prieres et bonne grace

3568. 1) *N.* 3255. 3287.

2) *Le comte de Sault ou Saux, lieutenant général du roi dans le Lyonnais en Novembre, paraît avoir commandé auparavant dans le Dauphiné.* (*Mém. de Condé* II. 528. III. 339 *suiv.*).

3) *N.* 3413.

4) *N.* 3556.

prierai de rechef le Seigneur vous volloir otroyer, Monsieur, accroissement en ses graces. De Marseille ce 12. Octobre.

Vostre treshumble serviteur et disciple
De Mercurins.

Le present porteur desirant de s'advancer aux lettres sainctes pour aveq le temps servir a dieu en son eglise m'a prie d'estre recommandé et cognu en vostre endroit, ce que je fay tant comme je doy et ause.

3569.

SOREL [1]) A CALVIN.

Il demande que le ministre envoyé de Genève à Dijon, soit cédé à l'église de Châlons.

(Autographe de la Bibliothèque de Geneve MS. 196, fol. 205. — Recordon, le protestantisme en Champagne p. 247.)

A Monsieur et frere Monsieur Calvin
a Geneve.

Salut par nostre Seigneur Iesuchrist.

Monsieur et honoré frere, nous avons grande matiere de glorifier Dieu de laccroissement et prosperité quil donne de jour en jour a son eglise. Les assemblees sont fort grandes et en grande liberte tant de jour que de nuyt. Les dimenches et festes elles se font en plein jour le matin et les vespres et les aultres iours de nuyct. Car il y en a encor beaucoup de craintis comme sont aucuns riches qui nosent pas y aller ouvertement estans trop infirmes. Or dautant que la moisson est telle par la grace de Dieu nous avons bien besoin icy de bons ouvriers. Nous avons icy le ministre que vous avez envoyé à Digeon nommé *Le Roy* [2]) lequel, n'ayant peu consister ou il estoit envoye pour le trouble qui survint la du commencement et dautant que ceux de Digeon nont le moyen de le tenir avec eux, a este requis de leglise dicy de semployer en la necessite quils avoient de ministres, ou y sest fort employe et avec fruit et est bien ayme a cause des dons de Dieu. Il est puissant aux escriptures pour repoulser les heretiques. [3]) Pour ceste cause leglise ma donne charge de vous prier au nom de Dieu, et messieurs voz freres, de luy accorder ce ministre. Car aussi bien sil nestoit arresté icy seroit contraint de retourner vers vous ou il pourroit estre envoye quelque part ou il seroit demandé. Ceux de Challons [4]) l'ont desire d'avoir comme ceux de Digeon en ont escript en ceste ville le demandant pour l'envoyer là. Doncques nous vous prions d'adviser sur cecy et nous en declarer vostre bon vouloir. Surquoy, trescher frere, apres m'estre recommande a voz sainctes prieres, je prieray leternel vous avoir en sa protection et vous augmenter en toutes graces et benedictions. De Troyes ce 13. d'Octobre 1561.

Vostre humble frere
Jaq. Sorel.

3570.

SOREL AUX MINISTRES DE NEUCHATEL.

Nouvelles des églises de la Champagne.

(Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. Autographe. — Bulletin XII. 352. Baum. II. App. 103.)

Salut par nostre Seigneur Jesus Christ.

Treschers et honorez freres, la commodité ne s'est adonnee plus tost de vous mander de mes nouvelles a cause qu'apres avoir esté icy arrivé je fus envoyé sur les champs. Car il y a beaucoup de lieux circonvoisins qui sont destituez de ministres et n'ont aulcune predication que par le moyen des ministres de ceste ville. Nous avons beaucoup de peines et d'occupations et bien peu de loysir et repos. Mais aussi avons grande matiere de rendre graces a Dieu de l'accroissement et prosperité qu'il donne ici de jour en jour a son eglise. Les prestres qui sont en grand nombre et les papistes ne scavent quasi ou ilz en sont. Nous faisons assemblees et de jour et de nuyct et ny vient moins de 4 a 5 centz personnes. Il y en a de plus de mille personnes et si il ny a cloches pour les y appeler. Mais s'enquierent ou se doivent faire lesdictes assemblees pour ce qu'on change tous les jours de

---

3569. 1) *Comp. N.* 3519. 3552.

2) *Pierre le Roy figure sur une liste de ministres de l'an* 1567 *environ, dans le Bulletin* IX. 294 *et dans les Registres de l'église de Caen comme ministre en* 1570 (*ibid.* XI. 5).

3) *Quels hérétiques? les catholiques ou des sectaires?*

4) *Nous pensons qu'il s'agit de Châlons sur Saone, puisque c'est Dijon qui le réclame. Autrement, la lettre étant datée de Troyes on est tenté de songer de préférence à Châlons sur Marne en Champagne.*

lieu. Nous ne trouvons plus maison assez grande pour contenir le peuple qui accourt, pour oyr la parole de Dieu. Nous avons administré la cene du Seigneur depuis peu de temps ou se sont trouvez gens qui sont venus de bien loing. Nous sommes trois ministres icy [1]) mais il fault que lun soyt toujours sur les champs, pour secourir les circonvoisins qui sont destituez. Il y a assez bonne police en ceste eglise. [2]) Il y en a douze eleuz qui ont toute charge de l'Eglise et sont appellez le Conseil et sassemblent souvent pour consulter des affaires de l'Eglise. Oultre cela il y a le Consistoire ou assistent tous les surveillans qui sont bien jusques au nombre de 15 avec les ministres et s'assemblent un iour chasque sepmaine. Chasquun surveillant a un advertisseur pour signifier a ceulx de sa compaignie les lieux et heures de l'assemblee. Les dimenches et festes nous faisons assemblees en plein jour le matin et le vespre a la veue des papistes, nonobstant que par le Roy ayent este defendues lesdictes assemblees et neantmoins n'avons eu jusqu'icy empeschement, par la grace de Dieu. Je ne doubte que Dieu ne tiene bridez les ennemys moyennant vos sainctes prieres et des aultres Eglises. Il vous plaira doncq de perseverer de prier le Seigneur pour nous et pour les Eglises de par deça au milieu de beaucoup de dangers et qui avons beaucop d'ennemys autour de nous. Je suis joyeux d'avoir entendu qu'avez ottroye M[re] Pierre *Clement* [3]) a l'Eglise de Vitri. Si en pouviez laisser encores quelcun sans dommage de l'Eglise de par dela et nous le faire signifier on l'envoyroit querir, car il y a 4 ou 5 villes icy a lentour qui en desirent fort.

Nous navons encores des temples comme a Orleans et a Meaux ou les eglises se portent fort bien. Je n'ay eu la commodite de veoir M. Jeremie J. *Vallet* [4]) qui est à Loisir. Je luy ay escript et luy ay envoye les lettres de ses parens qui desirent de veoir leur filz. Il y a souvent icy des gens du dit lieu qui font bon rapport de luy et se porte fort bien et est en grande estime. Parquoy en telle necessité qui est par deça de ministres et que ledit frere est bien necessaire audit lieu tasches de resjouyr lesdits parens et qu'ilz soyent admonestez de prendre en bonne part si ledit *Jeremie* ne va par dela si tost qu'ilz vouldroient.

L'eglise de Challons ou est Monsieur P. *Fornelet* se porte bien. Il y avoit ces jours gens de ladicte Eglise envoyez icy qui mont dit que ledit frere se porte fort bien, Dieu mercy, et qu'ilz vouloient envoyer bientost querir sa famille.

Quant a moy, freres, estant revenu des champs de faire quelque visitation, j'ay entendu que l'Eglise d'icy avoit escript de moy a Geneve et a vous pour demander mon congé entierement et m'ont prié de vous le demander d'autant que de 3 ministres que nous sommes, il n'y a que un qui soit a eux du tout. Car il y en a un qui a esté envoyé pour Digeon [5]) qui est bien scavant, mais a cause de trouble qui advint au commencement qu'il fut la pour un baptesme, il n'a peu despuis subsister la et cependant l'Eglise d'icy l'a prié de demourer icy en attendant qu'il soit redemandé. Combien que nous sommes apres de l'avoir du tout pour ceste ville puis que ceulx de Digeon sont si froitz et en avons escript a Geneve. [6]) Et moy vous scavez que n'ay congé que pour demy an, dont ils craignent qu'ils n'ayent grande peine d'en trouver s'ilz sont en bref destituez de deux de nous et combien que nous demourissions tous trois il leur en faudroit davantage bien tost a cause de la grandeur de la ville et du grand nombre des fideles. Je vous prie, freres, quant a ce point de mon congé, advisez y comme il vous semblera bon et aussi a l'Eglise a laquelle je me tiens encore obligé. Je n'ose vous presser de costé ou d'aultre, pour ce que je suis redebvable aussi bien au pais de dela ou j'ay esté une bonne partie de mon eage, comme je le suis a ces pays icy, de ma nativité. [7]) D'aultre part je veux avoir ma conscience libre a suivre non pas mon vouloir mais ou je seray appellé legitimement. Je ne doubte pas que ces commencemens qui sont en ces pays, mon labeur ne fructifie plus selon l'apparence exterieure que par dela et que l'affection a son propre pays est naturelle. Touttesfoys jay resolu en mon cueur de suyvre vostre advis et conseil ce pendant que je seray membre de vostre corps. et ne me chault ou je finisse ce peu qui me reste de ceste paovre vie, moyennant que ce soit en l'Eglise de Dieu. Si vous jugez, que je demeure par deça et qu'ottroiez mon congé en pourvoyant en ma place, je pourrai retirer mon mesnage, au moins ma femme

---

3570. 1) *Voyez la lettre précédente.*

2) *Les articles de* 1559 *laissent aux différentes églises pleine liberté quant à leur organisation. Ce qui est mentionné ici se rapproche des règles tracées par les synodes subséquents.*

3) Clément avait succédé à Sorel comme pasteur d'Engollon et de Boudevilliers dès 1553, ensuite il remplaça Pichon à Dombresson. Vitry ayant demandé un pasteur à Neuchâtel [N. 3519] on y envoya Clément en Nov. 1561. Il n'y resta qu'une année. Plus tard il fut diacre à Neuchâtel. (*Note de M. Gagnebin*, *Bulletin* XII. 358.)

4) *Nous l'avons trouvé à Loysi* (*N.* 3553) *où il ne resta pas longtemps. Il fut plus tard maître d'école et pasteur à Neuchâtel, puis à Môtiers où il mourut en* 1567 (*ibid.*).

5) *Le Roy.*

6) *la précédente.*

7) *il était natif de Sedant en Brye* (*Hist. eccl.* I. 766).

par deca. Si aultrement est arresté je m'efforceray de suivre cela comme le conseil de Dieu. Quant il adviendroit que vous fussiez d'advis de ne me donner entierement mon congé et que l'Eglise de Pontareuze qui est grande ne puisse demourer si longtemps destituee de pasteur, je me consens bien qu'il luy soit pourveu d'un homme de bien qui en prene la charge entierement, et que vous faciez de ce qui luy competera et adviendra du bien comme si je y estoys. Et en ce cas je ne laisseray a tenir fidelité pour retourner par dela pour servir ou il plaira a Dieu. Chers freres, pour faire fin je vous recommande ce qui vous est ja assez recommandé, l'honneur de Dieu, le lien de paix et le soin du trouppeau à vous commis et qui est racheptó d'un si grand pris. Sur quoy apres m'estre recommande a vous et a vos sainctes prieres, je prieray l'Eternel vous avoir en sa saincte protection et vous augmenter en toutes benedictions. Je desire a estre recommande a Monsieur le Gouverneur et a Messeigneurs nos chastelains ancien et nouveau et a Madame *de Colombier* qui na voulu mettre empeschement a ce mien voyage qui aura servy a quelques ungs par la grace de Dieu.

Je vous prie aussy, mes freres, me recommander à vos familles. De Troyes ce 13. October 1561.

Vostre frere et amy
Jaques Sorel.

Les principaux de ceste Eglise vous saluent affectueusement se recommandans à voz prieres.

3571.

ALBERTUS MARCHIO CALVINO.

Gratias agit de nunciata sibi morte ducis alicuius militaris quem multi fecerat petitque ut scripta eius militaria, si quae reperiantur, in suum usum Calvinus describenda curet.

(Exemplar authenticum cum subscriptione autographa exstat in Cod. Goth. 404, fol. 711.)

Reverendo ac sincere nobis dilecto Ioanni Calvino sacrae theologiae doctori, pastori Genevensi dentur.

Albertus Dei gratia senior marchio Brandeburgicus et in Borussia dux, [1]) etc.

Salutem et benevolentiam nostram, reverende, sincere nobis dilecte. Etsi nuncio de morte Claudii *Drohotii* a grandi valle [2]) accepto, vehementer perturbati sumus, quod eum virum et propter ipsius virtutem et summam multarum maximarum rerum, praesertim in re militari peritiam, mirifice diligebamus, ac bona et fideli eius opera usuros nos esse sperabamus: tamen quum non sine singulari Dei consilio ex his aerumnis in meliorem vitam sit evocatus, nec divinae voluntati repugnare, nec invidere ipsi *Claudio* adeptam quietem fas esse ducimus. Vobis vero quod nos hac de re, quoquo modo de ea se haberet, per literas certiores facere voluistis, magnas ut par est agimus gratias. Verum quum ex *Claudio* audivisse nos meminerimus, conscriptos a se esse libros aliquot de re militari, etiam atque etiam a vobis petimus, ut nisi ii intercepti sunt, nostro nomine ac sumptu quam accurate exscribi eos curetis. Pergratum id nobis erit, ac nos vicissim omnem vobis benevolentiam pollicemur. Hisque Reverentiam vestram feliciter valere cupimus. Datae Regiomonti, 14° Octobris Anno 1561.

manu propria sbsp Ah. [3])

3572.

SCHENCKIUS CALVINO.

Mittit Brentii libellum tanto theologo indignum. Affirmat Augustae Calvinum suos habere asseclas, quamvis Lutherani dominentur. Cupit de rebus Galliae certior fieri.

(Ex autographo Cod. Genev. 196, fol. 206.)

Ornatissimo viro D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis concionatori primario domino et amico suo in primis observando.

3571. 1) *Fuit is ultimus Ordinis equestris teutonici princeps* (*Hochmeister*) *et primus Borussiae dux qui suadentibus Luthero et Osiandro reformationem in sua ditione instituit, et a.* 1544 *Regiomonti universitatem literarum condidit. Obiit a.* 1568. *Vide Io. Voigt, Briefwechsel berühmter Gelehrten mit Hz. Albrecht. Kön.* 1541.

2) *Viri nobis ignoti. Nomen videtur gallicum: Drohot de Grandval.* (?)

3) *Sic nobis monogramma videmur legisse:* subscripsi Albert Herzog.

Matthias Schenckius D. Ioan. Calvino S. D. [1]

Quo rariores tuas accipio literas, D. *Calvine*, hoc mihi quae redduntur accidunt gratiores. Praeter eas autem quas 4. Cal. Septembr. [2]) una cum libellis duobus tuis mihi misisti, unas tantum abs te accepi ab eo quo per literas colloquium tecum coepi tempore, unde intelligere potes quae sit tabellariorum vel fides vel diligentia. *Ἀλλὰ τὰ μὲν προτέτυκτα ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ.* [3]) Tantum in posterum ne idem accidat caveamus. Pro libellis duobus quantas debeo et possum maximas gratias ago, et *Brentii* scriptum [4]) mitto tanto theologo quantus ipse sane, si controversiam coenae dominicae excipias, est profecto indignum, et cui respondere difficile nequaquam fuerit. Nisi forte, quod nolim, D. *Bullingerus*, dum potiorem pacis et concordiae publicae quam famae suae rationem habet, ferre quam refutare calumniam malit eumque ad *Martyris* libellum reiicere. [5]) Nostri sane strenue ubiquitatem urgere et inculcare plebi pergunt, nosque de divisis in Christo naturis atque distractis falso accusare, magnis clamoribus et hoc quidem maioribus quo magis impugnari eam a doctis vident.

De rebus gallicis ad me scriptis te amo, mi D. *Calvine*, rogoque ut deinceps etiam, si quid erit literis dignum, ut certe non deerit, si per negotia potes, ad me perscribas. Quanquam enim hic plane regnant simiae Lutheranae et Calvino-Philippoque-*μάστιγες*, non desunt tamen viri boni qui et te magni faciant et, quod unum possunt, D. *Bezae*, *Martyris* caeterorumque qui in Galliis doctrinam evangelicam hodie non sine vitae utique periculo profitentur, pios conatus votis saltem et piis precibus adiuvent: quo in numero non postremum locum tenet is de quo aliquoties tibi scripsi, Zimpertus *Hoserus*, civis primarius, cuius opera in transmittendis tibi literis uti semper soleo, quique salutem adscribere tibi nunc iubet. Gratum ergo nobis feceris si quid in Galliis geratur feceris ut sciamus: ita tamen si commode possis per valetudinem et occupationes quas tantum abest ut augere cupiam, nihil ut malim quam minuere aliqua ratione eas posse. Sed desino. Fortassis enim haec ipsa legere parum vacat. Vale igitur *ἐν Χριστῷ*, cui me meosque commendare perge. Ego vicissim tui meminero. D. *Gereon* [6]) salvere iubet. Augustae 15. Octob. anno 1561.

3572. 1) *N.* 3364. 3424.
2) *Non exstant.*
3) *Homericum est, Iliad. σ.* 112. *Legendum vero: προτετύχθαι. Cf. ibid. π.* 60.
4) *Fortassis illud cuius titulus est:* De personali unione etc. *cf. N.* 3528.
5) *Imo respondit, v. eius Ep. modo laudatam. Martyris libelli titulus est:* Dialogus de utraque Christi natura. Tig. 1561. *dicatus fuit Iewelo ep. Sarisberiensi cf. N.* 3540 *et Schmidt, Verm.* 238.
6) *Seyler.*

3573.

CALVINUS BEZAE.

Crudelissime morbo vexatus vix ad haec pauca dictanda valet. Colloquii abrupti vel proxime abrumpendi cura iam ipsum minime turbat.

(Manu scripta non exstat. Edidit Beza Genev. p. 259, Laus. p. 537, Hanov. p. 603, Chouet p. 355, Amst. p. 162.)

Postridie quam tibi nuper scripsi, [1]) correptus fui colicis doloribus, qui absque ulla remissione saevierunt toto biduo. Postea interdiu nonnihil fuerunt mitigati: tres tamen postea noctes adhuc infestae. Necdum audeo mihi multum promittere de levatione, quae a clysteribus pendet semperque unctionibus mixta est. Tanta autem ex vomitionibus, pervigiliis, et doloris vehementia, simulque inedia et siti, palati et gutturis ariditas, ut nunc etiam haec pauca dictare molestum sit. Mandassem alteri scribendi partes, nisi veritus essem ne plus inde metus et sollicitudinis conciperes.

Colloquium ab adversariis quovis modo abrumpi non aegre feram. [2]) Nondum enim res maturuit, ut eorum consensu vigeat pura religio. Partem vero aliquam concedi nihil aliud esset, quam veritatis cursum abrumpere. Velim igitur hac in parte vos esse faciles. Vale, integerrime frater, una cum D. *Martyre* et reliquis. Deus vos omnes tueatur, gubernet ac benedicat in omnibus. 15. Octobris 1561.

Calvinus tuus.

3573. 1) *Cf. N.* 3555.
2) *Quod tamen magis praesagit quam iam rescivit (cf. N.* 3553).

3574.

VERMILIUS BULLINGERO.

Novissima ex Possiaco et Lutetia.

(Excerpta quaedam ex ep. Locis theologicis P. Martyris subiecta ed. 1587. p. 1141. ed. 1580, fol. 588 v.)

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

Accepisti, quinque adversarios colloquutores apud cardinales et episcopos non tantum suspectos esse [1]) verum pro haereticis habitos, quod in causa sacramentaria visi sunt nonnihil nobis assentiri. Quare noluerunt illos amplius nobiscum colloqui. Qua de causa iam a quindecim diebus [2]) colloquium suspensum est, et multum vereor ne sit omnino abruptum. — — — — Verum contigit non sine admirando providentiae divinae artificio ut ipsi episcopi, qui suum conventum ad Poyssiacum habebant, decima huius mensis ita inter se dissenserint, ut parum abfuerit quin ad manus venerint. [3]) Nunc vero in eo toti sunt ut canones condant [4]) ex quibus aliquot vidi qui adeo sunt rudes et crassi, ut inde facile agnoscas papae mancipia nullam ecclesiae velle reformationem. Retinent missam, confessionem sacramentalem, autoritatem papae agnoscunt, volunt habere imagines, approbant peregrinationes. Hodie reversuri sunt ad aulam, quo procul dubio apportabunt non vulgaria monstra.

Si spes colloquii hac hebdomada praecidatur, proxima ineunte missionem petam. Interim a colloquio indicto usque ad hunc diem non potest dici quam sint auctae numero fidelium ecclesiae. Sed non absque turbis. Nam 12 huius mensis nostri Lutetiam egressi sunt ut concionem audirent in campo, quandoquidem in urbe templum non habent. [5]) Numero erant octies mille. Quum id papistae cognovissent, illos dum redirent ad urbem moenibus excluserunt, sed frustra, quoniam urbem vi sunt ingressi: quumque adversariis nostros invadentibus pugna utrinque inita fuerit, ex utraque parte multi sunt vulnerati et aliquot occisi. Nec secus fit per alias regni partes. Quare, ut existimatur, necessitas Reginam, proceres et consiliarios adiget ut nostris facultatem publice conveniendi et aliqua templa largiantur. Hodie in magno metu sumus, quia in variis Galliae regionibus fideles occuparunt templa non exspectata regia facultate. [6]) Id autem Reginae et proceribus gravissime displicuit. Cardinales et episcopi restitui petunt. [7]) Dum haec scribo iam sunt in consilio principes ut de hac re decernant. Sed quia in consiliariorum numero sunt etiam aliqui cardinales et episcopi, nostri libellum supplicem Reginae obtulerant precantes ne contra ius et fas concedatur suffragium in hac deliberatione iis qui sunt nobis ex professo iurati hostes. Quantum vero simus impetraturi me latet. Si edicto iubeantur populi templa restituere, seditiones et caedes timendae sunt. — — — — — — — — — — — — — De confessione Augustana quaeso ne angaris, quia ecclesiastici eam non recipient. Nostrae item ecclesiae eam non admittent, quod suam gallicam sequi decreverint. Omnes nostri colloquutores eam nolunt. *Calvinus* quoque dehortatur maxime ne id fiat. Nullum ergo video inde periculum imminere.

Heri mutavimus hospitium. [8]) Cardinalis enim *Castilioneus* reversus est in aulam (dissolutus enim est praelatorum conventus) et repetiit domum suam in qua versabatur. Quare sumus iussu Reginae ablegati ad hospitium Ducissae *Ferrariensis,* [9]) quod norit, quemadmodum testata est, illi principi non

---

3574. 1) *Cf. Besam N.* 3546. 3548.

2) *Ultimus consessus fuerat a. d. VI. Cal. Oct.* (*Hist. eccl.* I. 605) *cf. etiam praecedentem.*

3) *Hist. eccl. p.* 609*:* Cest escrit (*formula de qua Besa N.* 3546) apres avoir esté examiné par les docteurs, qui n'avoient rien devant les yeux sinon la honte et le dommage esquels ils tumboient s'il apparaissoit tant soit peu qu'ils eussent erré, fut finalement reietté comme captieux et plein d'heresies, le 9 dudit mois, et ceux qui l'avoient apporté furent tenus pour suspects dont puis apres Despense mit grand peine à se purger.

4) *Ibid.* 616*:* Les prelats de Poissy, ayans le 13. d'Oct. remercié et renvoyé leurs docteurs, finalement se retirerent apres avoir dressé leurs canons qui ne touchent en rien à la doctrine chrestienne, ains seulement descouvrent quelques desordres de leur ordre de la reformation desquels ils s'en rapportoient tousiours au S. Pere et au concile de Trente. *Sequuntur ibid. p.* 616—644 77 *Canones, quos latine versos praebet Languet* II: 161 *ss.*

5) *Journal de Bruslart* (*Mém. de Condé* I.) *p.* 56*:* Le 12 se fist une assemblee pres S. Anthoine des champs (en un jardin appelé la Cerisaye, *Hist. eccl.* I. 166) qui estoit bien de 6000 personnes; là où fust faicte une Presche dont avint une grande sedition à Paris. Car voyant la multitude si grande les portes de la ville furent fermees. Toutesfois les Huguenots forcerent la porte du Temple de telle sorte qu'elle fust rompue. Sur ce faict la commune se ruast sur eux et y en eust d'en costé et d'autre plusieurs tués. (*Languet* 17. *Oct. Epp.* II. 149 *en parle comme témoin oculaire.*)

6) *Languet* 9. *Oct. Epp.* II. 144*:* Ubique fere templa ab evangelicis occupantur, ut Aureliae, Alesiae, Turonibus, Andegavi, Pictavii, Rupellae, Meldae, Lugduni, in Montepessulo et in tota Vasconia . . . Carcassonii etiam suum episcopum expulerunt.

7) *Id.* 26. *Oct. p.* 151*:* Edixerunt sub poena capitis ut occupata a nostris templa restituerentur . . . . Istius edicti causam esse dicunt, videl. episcopos ea conditione pecuniam promisisse si omnia sua sibi salva manerent, et templa restituerentur, hocque regem promisisse se curaturum. Quantum ad me attinet ego puto utramque causam concurrere, vid. contractum factum c. episcopis et metum regis Hispanici. *Idem* 9. *Oct. p.* 147. Episcopi promiserunt regi sedecim milliones francorum solvendos in decennio, singulis annis decies et sexies centena millia. Misere cupiunt discedere Possiaco sed non possunt impetrare dimissionem. *Cf. Bruslart l. l. p.* 53. *Soldan.* I. 512.

8) *Cf. Martyris relat. ap. Hottinger. H. E.* VII. 715. *Languet p.* 140. *Ipse Vermilius accepit salvum conductum d.* 25. *Oct.* (*Baum* 114. *Languet* 26. *Oct. p.* 152: Ante triduum fui c. Martyre. Is impetrarat dimissionem a Regina.

9) *N.* 3491.

fore ingratos tales hospites. — — — — — — — — — — — 17. Octob. 1561. In aula apud S. Germanum.

3575.

HOLBRACUS CALVINO.

Commendat quendam Genevam proficiscentem ut studiis ibi operam navet. Apud Metenses laeti evangelii progressus, Francofurti autem foeda ecclesiae dissipatio.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 65.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori.

Genevae.

S. Quo res nostrae ecclesiae hic sint loco, non est necesse ut ad te scribam, vir clarissime. Hic namque vir honestus nec non bonarum literarum virtutisque studiosus David *Chaletus* coram tibi narrare potest. Quum autem ad vos proficiscatur ut sacris literis det operam, ut tandem ministerio ad quod vocatur maiore cum fructu inservire possit, spero ipsius adventum tibi fore gratissimum. Semper enim Deo propitio proficiet in melius, et ut hic pie et honeste versatus est istic quoque perget. Mea commendatione non indiget: virtus enim et pietas per se est commendata satis.

In ecclesia Metensi incredibilis est evangelii progressus. [1]) De misera ecclesiae Francofordianae dissipatione [2]) aliquid scribere piget, nec etiam est opus. Ex literis *Eustachii* et *Datheni* postremo ad me missis intellexi nonnihil spei superesse restitutionis ecclesiarum. Communibus votis a Domino id nobis obnixe petendum est. Vale, vir optime et pater mihi observande. Dominus te diu incolumem suae ecclesiae his turbulentis temporibus conservet et tandem concedat frui ingentium tuorum laborum ubere fructu in Gallia nostra: cui si absens tantum profuisti, etiam, (quando volet Dominus) praesens magis ac magis prodesse potes. Argentinae 19. Octobris 1561.

Tuus Gulielmus Holbrachus.

3575. 1) *Cf. N.* 3432.

2) *Frankf. Rel. Hndl. I. Beil.* 31, *p.* 59. *Rathsconclusum v.* 22. *Apr.* 1561*:* Ist beschlossen dasz man den Welschen Predicanten untersagen soll sic fürterhin des Predigens gentzlich zu enthalten biss sie sich zuvor mit den hiesigen Predicanten allerdings gentzlich verglichen und vereinigt haben.

3576.

VERMILIUS LAVATERO.

Pergit in sua relatione et pauca superioribus addit.

(Excerptum ex Appendice Tomi Locorum theol. ed. 1580, fol. 589. 1587, p. 1142.)

Una cum literis D. *Bullingeri* tuas quoque accepi. De nostris rebus fuse scripsi nudius tertius ad D. *Bullingerum*, [1]) quare ut nunc tibi illa repetam non arbitror esse necessarium. Sed postquam literas ad eum dedi haec gesta sunt. xvij huius mensis ad vesperam decretum factum est a regiis consiliariis, ut a fidelibus templa redderentur quae occupaverant, quod non exspectata regia facultate id ausi fuerint. [2]) Interea nostris fit spes ut libertas ipsis concedatur publice conveniendi, nec non ut certa loca iis assignentur. Sed an id futurum sit ignoro, quoniam incredibilis est ecclesiasticorum potentia. Hodie Cardinalis *Lotharingus* et Dux *Guisianus* ab aula discesseruut, [3]) et conventus praelatorum qui Poysiaci habebatur solutus est: [4]) unde cardinales et episcopi hinc discedunt. Sed antequam abirent confessionem gallicanarum ecclesiarum damnarunt. [5]) Inceptum vero colloquium prorsus est abruptum, quod praelati noluerint illud continuari, nostrum congressum et lucem fugientes. Nos vero, quando hic nihil agitur, missionem petimus, quam adhuc non impetravimus. — — — — 19. Octob. 1561. In aula apud S. Germanum.

3576. 1) *N.* 3574.

2) *Vide ibid. not.* 7.

3) *Languet* 26. *Oct. Ep.* 153*:* Cardinalis et Guisius ex aula discesserunt nescio quando revocandi. Guisius discedens facto ridiculo dolorem suum testatus est. Ad arcem in qua iam agit Rex Sequana traiicitur pontonibus. Est autem ab utraque ripa fluvii religatus cento non minor rudentibus quibus magnae naves in portibus alligantur. Eum centonem manibus apprehendunt qui praesunt traiectui quo pontones facilius agant . . . Postquam Guisius traiecit respectans ad arcem prae indignatione centonem bipenni dissecuit.

4) *Cf. N.* 3574, *not.* 4. *De die non sibi constant scriptores. Bruslart p.* 59*:* Samedy 19. Oct. fust terminé le colloque de MM. les Prelasts et Evesques assemblés à Poissy *etc. Languet de* 17. *Oct. p.* 149 *scribit:* Solutus est conventus nudius tertius.

5) *Hist. eccl.* I. 613*:* La dite assemblée s'est resolue qu'en cas que ledit de Beze et sa compagnie ne veulent presentement confesser et souscrire la confession du s. sacrement cy dessous escrite, qui est selon l'institution de N. S. et la doctrine de son Eglise catholique, ... de ne les plus ouir, en façon que ce soit ni avoir aucunement affaire à eux comme demeurans obstinés et séparés de l'union et obeissance de la dite eglise, et à telles peines que S. M. avisera pour le bien et repos de ses bons et fideles suiets, leur sera defendue la demeure en son Royaume, auquel depuis que la foy y a esté plantée n'y a eu qu'un Dieu, un Roy, une foy et une loy.

3577.

VIRETUS CALVINO.

Cupit aliquid audire de colloquio Possiacensi.

(Ex autographo Cod. Genev. 111ª, fol. 118. coll. c. Cod. 116, fol. 125. Exstat quoque in Epp. Bern. VI. p. 914, ap. Simlerum Vol. 102. Edidit Baum II. App. p. 108.)

Clarissimo Viro D. Ioanni Calvino.
Genevae.

S. Ex quo nuper ad te scripsi, omnia hic pergunt, ut prius, nisi quod multus est rumor de praesidiariis militibus, qui in hanc mittuntur regionem: metuunt enim fratres, ne qui inter eos sint insolentiores qui aliquid ausint tentare contra ecclesiam, et ne eorum adventu hostes nostri maiores sumant animos insolentioresque reddantur. Quod si acciderit magnae inde orientur et seditiones et caedes. Sed Dominus, ut spero, sua providentia cuncta moderabitur. Quid fiat in aula, et in Colloquio Poissiaco non nisi raro audimus, et quae audimus pauca sunt, nec admodum certa. Tu igitur, si quid habes, quod nostra scire intersit, iube per aliquem collegarum ad nos perscribi. Non enim peto ut tu occupatissimus magis occuperis. Salutem multam dico fratribus et collegis omnibus, et fratri tuo, et *Normandio*, et D. Passelio, [1]) si quando te rogent de me et rebus meis. Te nostri omnes plurimum salutant. Vale optime atque diutissime in Domino, qui te nobis diu servet incolumem, ac semper magis atque magis tuis sanctis laboribus benedicat. Nemausi 20. Octobris.

Tuus Cephas Tervius.

3578.

VERMILIUS BULLINGERO.

Haec ultima est iamiam abituri.

(Exceptum ex Opere supra saepius laudato Ed. 1580, fol. 589 v. Ed. 1587, p. 1142.)

3577. 1) *Simlerus quidem putat oblique ipsum Calvinum designari. Verum huius nomen supra diserte expressum erat, ψευδωνυμία ergo nullo modo opus erat. Tu cogita de Iacobo Spifamio domino de Passy.*

Ante quatuor dies scripsi [1]) satis fuse de nostris rebus, deinde respondens literis *Lavateri* adieci [2]) ea quae post duos tresve dies consequuta fuerant. Nunc illa scribam quae postea sunt consequuta. Primum Lutetiae publicatum est edictum [3]) quo prohibentur arma et λιθοβολίαι, interdicuntur hae voces: Papistae, Hugonothi (sic enim evangelicos appellant) cavetur item ne religionis ergo alter alteri maledicat, et ne aliqui audeant in domos irrumpere ut solebant, quando aliqui conventus a nostris habebantur.

Aquitanicae ecclesiae reddiderunt templa et eis loca sunt assignata ad quae fidelibus convenire liceat. — — Consiliarii videntur quasdam leges nostris ecclesiis imposituri. [4]) Primum, ut in unaquaque concione ultra numerum 300 aut 500 non conveniant. Deinde requirunt ut ne invehantur ministri acerbe in papam et missam. Non impediunt quominus descriptionibus haec taxent ita ut astantes intelligant, sed nominibus vellent parci, pro communi pace, ne gravius animi exacerbentur. Haec tamen a nostris non temere admittentur. Dabuntur item nomine regio ad ecclesias diplomata quibus commendabuntur magistratibus et praesidibus urbium ac provinciarum, auferentur arma nostris et adversariis ad pugnas et caedes impediendas.

Quum haec scriberem iam ex collegis tres discedebant. [5]) Regina cogitat me remittere in comitatu Dominae *Rotelin* matris principis de *Longavilla*, ad quem pertinet oppidum Neoburgi. [6]) Est muliter admodum pia, et intra paucos dies eo se vult conferre. — — — — — — — 20. Octob. in aula apud S. Germanum.

3578. 1) *N.* 3574.
2) *N.* 3576.
3) *Bruslart l. l. p.* 57: Le 16. Oct. fust publié à son de trompe et affigé par les coings des rues de Paris ce qui s'ensuit *etc.*
4) *Iam edicto de Restitutione d.* 18. *Oct. decretum erat ut arma traderentur et ut concionatores a conviciis abstinerent. Cf. etiam proximas Besae epistolas N.* 3579. 3594.
5) *Languet* 26. *Oct. p.* 152: Iam omnes ministri redierunt ad suas ecclesias praeter Bezam et Gallasium.
6) *Huius tamen profectionem non opperiens a. d. III. Cal. Nov. Lutetiae valedixit. Acceperat literas laudatorias ad senatum Turicensem a Regina Rege Navarrae et Condaeo* (*Baum p.* 115) *Languet l. l.:* Navarrus, Condaeus et Admirallius adiungunt ei singulos praefectos cum aliquot satellitibus qui eum deducant. Navarrus curarat ei lecticam qua reveheretur, sed noluit ea uti.

3579.

BEZA CALVINO.

Exitus colloquii Possiacensis. Ultima componendi dissidii conamina. Adventus theologorum Germanorum. Balduini tricae.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 38 coll. c. apographo Cod. 119, fol. 109, Epp. Bern. VI. p. 963 et Simler Vol. 102. Edidit Baum. II. App. p. 109. Inscriptio desideratur.)

S. Accipe tandem nostri colloquii exitum.[1]) Episcopi tandem aliquando affuerunt et canones[2]) suos ediderunt quorum exemplar intra paucos dies mittam. Nam heri primum obtinere potui, idque non sine arte, quoniam describi nolunt, et archetypum summa diligentia asservabatur. Quum de pecunia agerent, simul petierunt ut edictum illud mensis Iulii perpetuum esset, atque inviolabile. Non impetrarunt. Sed nihilominus partim eorum astutia, partim quorundam negligentia, partim etiam illorum impatientia qui temperare sibi non potuerunt quin templa occuparent, factum est ut proderetur Christus, sed multo carius quam olim venditus sit a Iuda. Promiserunt enim sedecim milliones francorum intra sex annos una cum foenore persolvendos, et ita impetrarunt ut nostri cedere templis iuberentur, quorum tamen ex statuum postulatione impetrandorum spes nobis toties facta fuerat. Utrinque adimuntur arma,[3]) sed hac in re certum periculum est ne cum nostris mala fide plerisque locis agatur. Prohibentur privati inspicere in vicinorum mores, et alii aliorum aedes invadere, sed interea fit magistratibus potestas inquirendi neque saevum illud edictum abrogatur, quo publici privatique coetus prohibentur.[4]) Additur praeterea nescio quid de proscriptione eorum qui antea fuerunt capitis poena damnati, quique deinceps ad tres breves, ut aiunt, dies citabuntur neque additur ulla exceptio. Scis autem nos non iam religionis, sed seditionis argui. Itaque hoc praetextu non dubium est quin facile sit omnes ministros exigere, quod unum isti praecipue spectant. Hoc edictum cudi vix prius sensimus quam ad Parlamenta missum esset. Nos quum haec cognovissemus, tentavimus omnia et privatim etiam ad exprobrationes veni, simulque coepi profectionem parare. Quid enim aliud agerem? Tum vero nostri illi[5]) monere, rogare, obtestari ut bono animo essemus: concedenda haec fuisse certis de causis, sed statim fore ut nobis conveniendi libertas concederetur. Interea dimissi sunt omnes collegae. P. *Martyr* autem intra tres dies cum honesto comitatu revertetur, aut Marchionissae *Rotelini* ad vos intra quindecim, ut ferunt, dies profecturae committetur. Me vero et *Galasium* volunt ad aliquot dies permanere.[6]) Recusavimus, sed censuerunt fratres ut extremum actum una cum ecclesiarum legatis[7]) exspectaremus. Quae nobis promittuntur haec sunt:[8]) Ut fratribus liceat designatis locis convenire ad quingentos. Nemini nostrorum a quoquo fiat vel publice vel privatim iniuria, utrinque prohibeantur rixae et convicia, sobriae et modestae conciones ab utraque parte habeantur, facessant papistarum, Lutheranorum, haereticorum et caetera eiusmodi nomina. Si haec impetrabuntur, quod omnino pollicentur nostri Oligarchae, praeclare nobiscum actum putabo. Sed idem plerisque non videtur, qui sicut sua impatientia graviter hactenus peccarunt, ita nisi nunc et templa et quidquid expetunt obtineant, non aliter quam rebus penitus perditis ac deploratis tumultuantur. Itaque multo magis anxius quam unquam antea, et quasi intra mortem et vitam dubius pendeo. Hoc unum me solatur, quod de nostrae caussae aequitate ita constat ut ne adversarii quidem ipsi aliud iam nobis quam vanum seditionis crimen obiiciant. Discedere invitis omnibus non possum. Itaque ad aliquot dies necessitate victus perstabo. Si illa obtinuerimus, novum erit capiendum consilium, quia nisi prorsus perditas velimus ecclesias, rationibus et autoritate cohibendus erit quorundam impetus, qua de re tempestive ad te scribam. Sin minus, statim viae me committam. Dominus autem videbit et requiret. Cur autem aliquid adhuc spei habeam, illud etiam in causa est quod nudius tertius *Guisiani* omnes serio discesserunt, omnibus

---

3579. 1) *Cf. etiam Martyris epp. proxime praecedentes.*

2) *ibid.*

3) *edicto restitutionis d.* 18. *Oct. promulgato.* (*Mém. de Condé* II. 520.)

4) *Edictum Iulii quod dicebatur.*

5) *proceres protestantes, Condé, Coligny etc.*

6) *Languet ep.* 149, *d. d.* 17. *Oct.:* Manent in aula sex ex ipsis (*episcopis*) qui cum nostris deliberent de ineunda concordia et de componendis dissidiis. Delecti sunt autem ii qui nostris partibus maxime favent, ut Card. Castilioneus, episcopi Valentinus et Trecacensis ex Melphitana familia. Aliorum nomina nondum scio. *Hist. eccl.* I. 665: Th. de Bese voulant se retirer il luy fut respondu par la Royne mere quon avoit encores afaire de luy pour essayer si par autres moyens et conferences on pourroit pour le moins adoucir les troubles de la religion ce qui le contraignit de demeurer plus longtemps en France quil ne vouloit.

7) *scil. laicis Lutetiae praesentibus.*

8) *Cf. N.* 3578. *Languet N.* 153, *d. d.* 26. *Oct.:* Dictum est mihi in aula, Reginam et Navarrenum permittere ut a nostris conventus fiant, dummodo non plures quam ducenti conveniant et sine armis. Hoc tamen nondum est significatum publice. Admodum severe iam hic exsequuntur edictum de usu armorum interdicto, quod puto ideo fieri ut populus facilius compescatur, si tumultuetur quando conventus publici concedentur.

bonis invisi, ac plerisque etiam malis.[9]) Abiit quoque *Turnonius* et *Conestabilis*, Legatus, frater tuus,[10]) discessum parat probabile est aliquid simul moliri, sed tamen incerto eventu. [De hoc intra paucos dies certi erimus. utinam ne nostro malo.][11]) *Nemorsi* dux in nostras regiones contendit. Itaque prudentia et excubiis opus est.[12])

Habes incertissimum nostrarum rerum statum, quandoquidem ita Domino placet. Quae consequentur si laeta fuerint, ex meis literis: sin vero tristia, ex me ipso, brevi favente Deo, accipies, et censeo ut ante illud tempus precibus potius vacemus, quam moerore nos conficiamus. Toties enim Dominus, ex quo huc veni, nos velut ad inferos detrusit, toties etiam inde mirabiliter nos reduxit, ut nunc quoque contra spem sperare non desinam.

Venio ad literas tuas quas nonis Octobris dedisti, ego nudius tertius accepi. Ac citius quidem eram scripturus sed in rebus tam perturbatis, dum laetius et certius aliquid exspecto, aliquot dies effluxerunt. Tua ista podagra utinam potius cuiusvis alterius fiat. Sed bene habet quod tam cito migrarit, modo ne more suo recurrat. Literas meas tantopere tibi gratas fuisse gaudeo, utinam et istae tam gratae esse possent. Sed proximas spero tanto tibi iucundiores fore. *Merlinum* puto iam ad vos pervenisse.[13]) *Balduinum*,[14]) Dei gratia, non vidi, fuit hic ad paucos dies, ut audio. Inde Lutetiam rediit. Notus est omnibus bonis, si miserum illum[15]) excipias, quem ne ipsa quidem salus, si velit, servare possit. De aureolo tuo libello[16]) magnam tibi gratiam habeo, mi pater, atque sic statuo, nec brevius nec melius nec magis tempestive quidquam scribi potuisse.

Quod ais me scripsisse de literis quas *Posidonio*[17]) non ostenderim, ne ipse quidem intelligo, quamvis diu multumque de ea re cogitarim. Itaque si rescripseris, id est, nisi brevi istuc rediero, integrum locum ex epistola mea rogo ut describas, quo possit mea memoria excitari. Hoc quidem scio redditas illi suo tempore fuisse literas tuas a *Merlino* nostro. Certe quae ad me consilia misisti, mi pater, non modo non improbavi, sed etiam (quod sine adulatione dictum sit) pro oraculis habui: nec me unquam poenitebit tuo potius quam meo consilio regi. Hominem hebraicae linguae peritum et omnino qualem requirebas puto me *Acanthii*[18]) nostri opera nactum esse, qui brevi omnino ad vos perveniet. Conditiones petit multo meliores quam aut tu aut ego istic habeamus, sed quoniam virum egregium esse intellexi, et negotium illi erit cum homine satis locuplete autor illi fui ne dubitaret profectionem suscipere et aequa omnia spopondi a *Vincentio*[19]) nostro impetraturum. Quaeram per amicos qui *Baduello*[20]) nostro succedat, sed de successu paene despero. Pauci enim sunt in illis disciplinis solide eruditi, et si qui sunt tenuitatem nostram refugiunt. Itaque Nemausensem illum saltem probandum existimarim.

Caetera brevi, vel coram vel per literas. Bene vale, mi pater, cum collegis omnibus. Dominus Iesus ecclesias suas in his angustiis soletur et te inprimis salvum et incolumem nobis conservet. Ex Sangermano 21. Octobris.

Uxori nihil scripsi ne illam pertubarem. Rogo ut vicem meam hic suppleas.

Tuus Beza.

---

9) *Cf. N.* 3576.
10) *Lusit olim in nomine Calvinus N.* 3507.
11) *Haec in margine.*
12) *Fuit is patruelis ducis Sabaudiae. Cf. Calv. ad Bezam d. d.* 19. *Nov.*
13) *Genevae appulit d.* 23. *Oct.* (*Reg. du Conseil.*)
14) *Heveling de Bald. p.* 27*:* Mense Octobri in Galliam rediit . . . Per paucos dies Possiaci commoratus Parisios iterum se contulit. Optimo iure negavit se Possiaci gravem partem gessisse. — *de la Place p.* 193*:* B. vint durant le colloque sans amener avec soy aucuns ministres [*de Heidelberg et de Wurtemberg*] s'estant hasté pour pendant iceluy presenter un livre latin [*de Cassandre N.* 3513] de l'office et devoir à tenir par l'homme chrestien durant le differend de la religion, s'estant bien persuadé que par ce moyen il seroit le bien venu. Il faisoit monstre dudit livre comme d'un thresor propre pour moyenner la paix et tranquillité que tant soigneusement l'on cherchoit, parlant d'iceluy comme voulant donner à entendre à un chascun qu'il en estoit l'autheur, le louant neantmoins avec telle modestie feincte et contrefaicte que niant en partie et en partie confessant, il faisoit entendre qu'il avoit esté faict à son instigation et poursuyte, mesme qu'il estoit celuy qui l'avoit faict. Et bien qu'il eust ceste opinion de soy que par ce moyen il seroit incontinent appellé et ouy au colloque, ayant donné à entendre à maintes personnes de qualité qu'il avoit moyen de composer tout le differend de la religion, il advint qu'il ne fut appellé d'un costé ny d'autre, pour la suspicion que les uns et les autres eurent de sa legiereté et inconstance *etc.*
15) *regem Navarrae. La Place l. c.:* B. avoit soufflé peu auparavant aux aureilles du Roy de Navarre qu'il avoit trouvé un bon moyen pour recouvrer son royaume de N. (*quod unice illi in votis erat cf. Epistolas legati Hispani in Mém. de Condé* II. 13 *ss.*) luy produisant des coppies de quelques vieilles chartres par lesquelles il l'avoit mis en bien grande esperance dudit recouvrement, qui fut un premier commencement d'appast si bien continué qu'à la fin ce bon roy trop prompt à croire eu fut miserablement seduict et abusé. B. en sceut bien faire son profict par une bonne somme de deniers qu'il en tira, avec la charge de son fils bastard qui luy fut donné pour l'instruire aux lettres avec une pension de mille à douze cents livres.
16) *Contra Balduinum.*
17) *Coligny.*
18) *Cevallerius*, *cui aliquis sufficiendus quaerebatur Genevae mansit* (*Reg. du Conseil* 11. *Dec.*). *Spina vero Genevam non venit sed ministerium capessivit in provincia Pictaviensi* (*Fontenay le Comte*) *et postea Rupellis.*
19) *An typographo?*
20) *qui mathesin et philosophiam docuerat.*

Ecce nunc audivi quosdam theologos a *Palatino* et *Wirtembergico* venisse.[21]) Bene est quod tam sero. Pestis hic incipit grassari, quae utinam me saltem in vestrum portum extradat. Scio tibi molestum esse quod tamdiu taceam et dum cogito quam multa et quam varia tibi possint in mentem venire, de isto velut extremo actu,[22]) scriberem libenter quid singulis horis audiam et aspiciam, nisi omnia tam essent dubia tam incerta ut nihil possit a me constitui ne vel immerito te torqueam vel de nihilo gaudeas. Idcirco totum biduum has literas apud me retinui dum certi aliquid exspecto. Vix credas quae hic sit trepidatio in iis quos firmissimos esse oportebat. Sed haec est merces eorum qui Deum non timent ut omnia timeant, et nisi me fallunt omnes coniecturae brevi monstrum aliquod erumpet. Bene vale et pro nobis serio precare. 23. Octob. Adhuc spero.

3580.

CALVINUS BEZAE.

Usque morbo confectus anxie reditum collegarum cupit quorum vices obire ipse iam non valet.

(Manu scripta non exstat. Reperies apud Bezam ed. Genev. p. 260, Laus. p. 538, Hanov. p. 604, Chouet p. 355, Amst. p. 162.)

Ex quo cessarunt tormina [1]) vel aliquantulum laxata sunt, gravedo me invasit: quae tamen minus acriter me infestat. Pes nondum convaluit. Nudius tertius concionatus sum, sed delatus sella in templum usque. Quanquam haec melius ex *Normandio* nostro intelliges, qui forte has praeveniet. Colloquium mature abrumpi mihi nunquam displicuit:[2]) modo absque vestra culpa fiat. Nolim tamen, dum sinistros rumores fugitis, vos esse nimis verecundos: quia semper vereor ne vobis et causae noceat facilitas. Ergo a fraude cavendum. Una in re insistere oportet, ut fidelibus tolerabilis sit libertas. Severe tamen obiurgandus erit eorum fervor, qui metas transsiliunt: ac de eo fraenando consultandum vobis erit, ut quod statueritis omnes provinciae sequantur. Si qui parere nolint, sero agnoscent quanto potior moderatio sit quam temeritas. Utinam soli poenas luerent. Sed nisi eorum intemperantiam compescat Deus, omnia pessundabunt. Vide quam acre sit telum necessitas, quae prodigos facit in maxima inopia. Si *Merlinus* huc se receperit ante finem mensis,[3]) nobiscum bene actum putabimus. *Colongius* ne revocaretur, accurate me rogavit D. *Ducissa*: cuius de te spem etiam frustrari vix fas esset.[4]) Ea enim cupide exspectat te et D. *Martyrem*: quos sibi promissos esse asserit. Tot remorae plus aequo tempus producent, ut longius non abscedas. *Martyrem* quoque relinquere non esset humanum. Sed in primis vide, ut scholae desertae cito succurras. Ego enim, cui obeundae erant tuae vices, iam toto fere mense decubui. Quia paulo post quam has acceperis ad iter, ut opinor, te accinges, posthac a scribendo desistam: nisi forte consilium te mutasse cognovero. Vale, eximie vir et integerrime frater, cum D. *Martyre* et reliquis fratribus, apud quos excusa quod non scribam. Dominus vos omnes tueatur, gubernet studiaque vestra benedicat. 21. Octobr. 1561.

Calvinus tuus.

3581.

LENTULUS CALVINO.

A quo ecclesiae commendatus iam ministerium feliciter auspicatus gratias patrono agit. Haec perspicua, plura nescimus.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 41.)

---

21) *Languet* II. 152: Palatinus Elector et Dux Wirtembergensis huc miserunt suos theologos qui dicunt se esse accersitos a Navarro (*cf. Kluckhohn, Briefe Fr. d. Frommen* I. 208) . . . . Palatini pulcre cum nostris consentiunt et habent libera mandata a suo principe, Wirtembergenses non item. Quantum ex sermonibus eorum colligere potui proponent nostris formulam Naumburgensem et alia quaedam decreta sui Principis quae non licet ipsis transgredi. Audio etiam Wirtembergensem duriter expostulare cum Navarro quod in regno Galliae sacramentarios ferat. Rectius meo iudicio faceret si sua negotia curaret. Heri fuerunt in aulam vocati isti theologi, ut quae habent proponerent. Sed manserunt hic eo quod D. Burlinus inciderit in morbum . . . . *Plura praebent Hist. eccl.* I. 615 *sqq. Kluckhohn, l. l.* 215 *ubi leges Dilleri et Boquini relationem, Andreae vero exstat in l. Fama Andreana a Io. Val. Andreae edita* 1630, *p.* 120. *Cf. Baum* II. 419. *Soldan* I. 535.

22) *supra not.* 6.

3580. 1) *morbi sui.*

2) *de cuius fine nondum certior factus erat quum haec scriberet.*

3) *Adfuit d.* 23. *Octobris* (*Reg. d. Conseil*).

4) *Videtur a Ducissa epistolam accepisse. De Colongio v. N.* 3528. 3535.

D. Calvino pastori insigni et domino meo colendissimo.

Observandissime domine,

Quum existimem precibus tuis inprimis et aliorum, qui Iesum Christum unice amant, me esse adiutum, quo incolumis cum familia et comitibus in meam ecclesiam a Deo et clementissimo patre nostro deducerer: nolui praetermittere quin tibi magnas agerem gratias. Est quoque alia causa, quae me ad hoc officium impellit, quod adeo amanter tantaque cum diligentia meae ecclesiae me commendaveris ut amantius diligentiusve fieri minime potuerit. Precor Deum Opt. Max. ut per Iesum Christum me ita spiritu suo regat, quo digna tanti viri ac tali commendatione gerere valeam, teque ecclesiae suae diutissime servet, quem habeamus verae caritatis christianae specimen. *Stephanus* noster publice concionatur Cherii, cuius concioni adfuisse fertur, mille et quingenti auditores.[1]) Quare speramus in illis oppidis, quibus Gallia dominatur, amplum esse habiturum locum Iesu Christi evangelium, si Deus pro sua immensa bonitate dignabitur quae coeperit perficere. At noster Ἀρχός utraque aure lupum tenet hactenus, puto nihil solum esse ausurum: quamvis nihil magis exoptat, quam perdere bonos. Nos vero fruimur pace, quam largitur Dominus, nihil morantes homines utut sint in nos animati. Dominus Iesus Christus te servet, optime domine.

Ex Pratis 22. Octobris 1561.

Tui studiosissimus
Scipio Lentulus.

3582.

L'ÉGLISE DE NISMES A CALVIN.

Communication du récit fait par ceux de Montpellier d'une sanglante échauffourrée arrivée dans leur ville.[1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 196, fol. 209.)

A Monsieur Calvin.

A Geneve.

Listoire de lentreprinse faicte contre les fidelles de la ville de Montpellier par les meschans descripte par lesdits fidelles a l'eglise de Nisme. Ensemble de la victoire quen ont eue du 22. Oct. 1561.

Messieurs.

Il y a envyron dix jours que noz adversaires advertis du massacre de Beziers se mirent en debvoir de nous en faire autant et a ces fins mirent garnisons a leur forteresse appelle de St. Pierre avec a force armes vivres et munitions et ne se contentans de cela saysirent la tour dela porte des carmes qui est la plus forte, propre pour ceulx de la ville ayans par ce liberte dentrer et sortir et faire tout ce que bon leur sembloit. Joinct que toute la rue despuis le temple jusques a la dite porte estoient papistes et de leur forteresse montoient aussi sur les murailhes de la ville, davantaige ilz se seroient saysis de deux pieces dartillerie que la ville avait mis dans la maison de Monsr. le gouverneur, lesquelles mirent au hault d'une de leurs tours braquees contre la ville. Si nous feusmes lors en crainte vouz le pouves penser, joint que nuict et jour sembloit que le fouldre feust en la ville, des coups de canons, arquebouses et autres pieces a feu quils lachoient et aultres de leur secte des autres temples respondans lung a laultre tant ceux de dedans que ceulx de dehors, qui feust cause [*que*] nous retirasmes au magistrat, et appres leur avoir faict plusieurs offres, mesmes a leur bailher cautions, jusques a telle somme quilz vouldroient, quil ne leur seroit faict aulcun dommaige. Comme n'avoit este quilz ne seroient empesches en leur service ne en aucun aultre temple qua celluy que nouz avions, ains promis de vivre ensemble en bonne paix Et quilz auroient refuge. Commencames chacune nuict faire guet de toute une surveilhance en armes. La ville reduicte en quattre surveilhances. Les principaulx habitans prevoyans le danger par la bravade et temerite des adversaires, moyennarent de nous faire parlamenter quattre de nous avec quattre des leurs. Ce qui feust fait sabmedy dernier apres dyner a la maison et presence de Monsr. le general des finances, Monsr. *Chefdebien* presens les consulz et aultres gens nottables de la ville. Mais pour la bravade des adversaires ne feust rien accorde si nest que chascune partie esliroient ung homme et avec ledit Sr general *Chefdebien* qui seroit tierce, seroit fait accord: a quoy ilz s'accordarent, parce que ledit Sr *Chefdebien* est grand papiste, et par ce auroit deux de leur part. Non obstant cest accord jlz saysissent une grande et haulte tour des murailhes de la ville le seoir dudit accord. Que feust cause que la nuict nostre guet mis en ordre L'assault feust donne a la tour et tellement poursuyvy que la place feust saysie et recouverte. Ce faict daultant que la dite tour est

---

3581. 1) *sic.* — *De Lentulo v. N.* 3129.

3582. 1) *Les faits dont le récit se trouve consigné ici sont rapportés également dans l'Hist. eccl.* I. 883 *suiv.*

haulte pas dessus ladite forteresse y feust delaisse bon nombre d'arcquebousiers, lesquelz traicterent tellement leur garnison quilz noserent monstrer le nez. Lendemain dimanche jlz meotent une enseigne desployee sur leurs creneaulx et accompaignee de plusieurs pieces a feu, tellement que d'un couste et daultre sembloit un tonerre. et le peuple se mutina fort avec ce que ceulx des habitans passans dehors la ville avoient este blesses de coups d'arcquabouzade, tellement que tout le peuple se miot en armes. Or les moyeneteurs de paix avec les magistratz feirent assembler ung conseil general en la maison commune et feust conclud que le moyen propose le jour precedant seroit execute, et cependant chacun de son couste travalheroit a appaiser telle fureur. De nostre couste le peuple feust tost retire et appaise bien que ung des nostres eust este tue. Et venant ledit S[r]. *Chefdebien*, les consulz magistratz et autres les acompagnans aupres de la forteresse, faisant tous signe de parlamenter et de paix, la guarnison leur auroit tire coups d'arquebouse et pierres don les aucuns auroient este blesses dequoy le peuple adverti seschaufa de plus en plus tellement quil gaigna ladite forte tour des Carmes et ung autre joignant presque leur forteresse. La nuit lon miot le feu a la porte du clos de la dite forteresse et brusla. L'assault feust donne et quelque arcquebouserye quil y eust lon entra audit clos, feust gagne la maison du prevost joignant la dite forteresse ou feust murdry lun de noz freres. Lendemain on travaille a rompre murailhes tousjours poursuyvant dans la dite maison. Les moyenateurs de paix tous papistes prevoyant le danger accordent avec toutes les parties que la guarnison sortiroit de la dite forteresse, et les pieces d'artillerie ostees et portees a la maison du dit Sr. *Chefdebien* avec lenseigne et que les chenoynes continueroient leur service sans empeschement. A cest accord tant humble Dieu s'opposa tellement que ne restant que de joindre les parties pour leur faire faire les promesses et jurement requis ung des nostres fut tue dun coup darquebouzade par lun de la guarnison. Quoy voyant lesdits moyenateurs de paix feurent en grand dangier, prethendant le peuple quilz eussent moyené la trahison, et converti se rue a lassault a corps perdu passe dans un petit trou quon avoit faict a la forteresse, suffisant a deux hommes pour le guarder contre mille. Mais les adversaires feurent tellement espouvantes quilz quitterent le lieu et le peuple entra et de premiere arrivee a la furye feust tue ce qui feust rencontre et ne feust que le magistrat y estait venu et que les plus principaulx des nostres se mist en debvoir chacun en son endroict se mist en debvoir de saulver le reste, jl y eust eu grande boucherie. Il y a eu de huit a neuf de murtris de leur part avec plusieurs blesses: de nostre part il y a eu troys murtris et aultant de blesses qui sont sans dangier graces au Seigneur.

3583.

BULLINGERUS CALVINO.

Bezae narrationem legit et probat. Molimina Germanorum circa Augustanam Gallis obtrudendam notat. Emserum episcopum creatum nunciat. De Blandrata Radzivilio scripsit.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Epp. Tom. 30, fol. 414. — Simler. Vol. 102.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori domino suo colendo et fratri longe carissimo.

Genff.

S. D. Non licuit rescribere per syndicum vestrum, virum sane ornatissimum, quia detinebar adhuc negotiis nostrae synodi. Quinimo cogor etiam nunc esse brevis. Verum conducit hoc tibi occupatiori utilioribus rebus quam prolixis meis legendis literis. Exemplar literarum *Bezae* [1]) accepi et pro eo ingentes ago gratias, maximas vero Deo nostro gratias ago pro singulari sua gratia qua dignatur Galliam. Intelligis ex illis actionibus quid moliantur crassi illi Lutherani et quousque provexerint in Gallia suam illam Augustanam confessionem, quam quum papistae ferre possint qualis sit apparet. Non frustra nuper me copiosius ea de re scripsisse deprehendis. [2]) Audiuntur adhuc thrasonum voces: Brevi recipietur nostra confessio in Gallia, eiicietur Calvinismus. Proinde vigilandum arbitror. Qua de re scripsi et ad *Martyrem*. Video perversos illos homines malle cum papistis hac in causa facere quam nobiscum.

Narrationem istam D. *Bezae* communicavi D. *Blaurero*, communicabo et cum *Hallero*. Pro exemplaribus eorum quae misisti in Poloniam ago gratias, ac ea hic remitto. [3]) In eandem sententiam scripsi et ego, ac gaudeo ex uno spiritu eadem nos loqui. Prolixius tamen principi [4]) exposui quae hic

---

3583. 1) *Ultima, quam quidem legere potuerat, nobis fuit N.* 3548.
2) *N.* 3549.
3) *N.* 3559 *et seqq.*
4) *Radzivilio.*

egerit *Blandrata* et quam turpiter contra me mentitus sit apud principem. Quum autem existimem *Balduinum*, licet librum eius [5]) non viderim, artificem esse religionis aut fidei Samaritanae, operae pretium fecisse te iudicio qui detexeris eius artes pessimas. Fortassis utuntur hoc homine in obtrudenda sua confessione Augustana. Dominus confirmet robur tuum, ut diu utilibus scriptionibus prodesse possis ecclesiae. Oremus sedulo Dominum ut benedicat rebus Galliae et infringat consilium Ahitophelis. Datus est nobis superioribus diebus vicinus omnium pessimus cardinalis *Empsensis* [6]) factus Constantiensis episcopus. Hic exercebit nos abunde. Foederati nostri heri demum ingressi sunt iuridicam actionem cum Claronensibus. [7]) Fortassis extorquebunt se ex illa aut abrumpent eam pro sua libidine. Si intellexero legatos principis Sabaudiae vel in illis comitiis vel hic aliquid moliri, non ignorabitis: mature significabo. Bene vale. Dominus servet te nobis diu incolumem. Saluta symmystas et fratres, inprimis D. *Rosetum*, D. *Budaeum* et *Ionvillaeum*, *Badium*, *Normandium* et *Crispinum*. Tiguri 23. Octobris 1561. Salutant te symmystae et fratres mei.

Tuus ex animo
Bullingerus.

3584.

KNOXUS CALVINO.

Ex adventu reginae missa restituta quod proceres indulgentiae praetextu permittunt. Quaerit an Calvinus talem probet indulgentiam.

(Autographon possidet V. Cl. Feuillet de Conches Parisiis, edita est in Teulet, Pièces et documents relatifs à l'histoire d'Ecosse au 17e siècle. T. II. p. 12 sq. et in Opp. Knoxii lat. et angl. ed. Laing T. VI. p. 133. Satis quidem humilis est Knoxii latinitas sed passim nobis editores textum male legisse videntur, ita quidem ut nos emendare eum in uno et altero loco ausi simus.)

Servantissimo viro et domino suo colendissimo D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori vigilantissimo

Dentur Genevae.

Perpetuum S. F. incrementum.

Tranquillitatem rerum nostrarum interturbavit adventus Reginae. Nam triduo postquam illa appulerat [1]) erectum est rursus idolum illud missalicum. Semetipsos opposuerunt viri, [2]) etsi pauci, graves et autoritate clari, ratiocinantes se non posse sana conscientia permittere ut terra illa, quam Dominus verbi sui efficacia ab externa idolatria purgarat, rursus ipsis adspicientibus eisdem inquinamentis foedaretur. Verum quia maior pars, etiam eorum qui nobiscum adhuc in doctrina consentiunt, diversum suasit, vicit tunc impietas, quae et hodie sibi vires acquirit. Habent posteriores quod indulgentiae suae praetexant, affirmare secundum Reginam omnes verbi ministros (et te quoque) in hac esse sententia, quod nobis non licet prohibere quominus illa suam religionem aperte profiteatur. Quem rumorem tametsi ego ut falsissimum subinde reprehendo, radices tamen in multorum cordibus sic egit ut ego revellere non possim, nisi ex te sciam an huiusmodi quaestio ad vestram ecclesiam proposita sit, et ad illam quoque quid responderint fratres. Tibi perpetuo molestus sum, et alium non habeo in cuius sinum curas meas reiiciam. Ingenue fateor, mi pater, me nunquam antea sensisse quam grave et difficile fuerit adversus hipochrisim pietate fucatam pugnare. Apertos hostes nunquam sic timui, quum in mediis aerumnis victoriam sperarem: at ita nunc me vulnerat haec perfida a Christo defectio (quae ab illis indulgentia tantum nominatur) ut indies mihi vires deficiant.

Multa hic feruntur de *Cranstono* [3]) quodam nostrate quem mentiuntur papistae argumentorum vehementia adegisse te ad multarum rerum palinodiam quas prius in scriptis tuis affirmaveras. Sed haec tanquam ridicula praetereo. Scripsisset ad te comes *Arrianus*, [4]) sed aberat. Salutat te *Iacobus*

---

5) *imo Cassandri* (*N.* 3555. 3579).

6) *N.* 3528.

7) *Ruchat* VI. 381: A la diète de S. Jean on ne convint de rien sinon qu'on se rassembleroit à Einsiedlen le 28. d'Octobre, pour décider la question si les cinq cantons étaient obligés de répondre en droit à ceux de Glaris pour un fait connu . . . . . . a Einsiedlen la question fut vivement débattue de part et d'autre, mais les cantons désintéressés, n'ayant pas le pouvoir d'obliger les partis à se soumettre à leur décision se bornèrent à leur proposer un nouveau plan d'accommodement qui fut pris *ad referendum*.

3584. 1) *Quod factum est d.* 20. *Augusti* 1561 *in portu Leithensi postquam per tredecim annos absens fuerat.*

2) *inter quos ipse acerrimus fuit, qui vel missam in privato Reginae sacello celebrandam esse negabat.* (*M'Crie, life of Kn. Ed.* III. 1814. II. 24. *Weber, akath. K. in Grossbr.* II. 600.)

3) Mr. William Cranstons that passed latlie by you, a great favorer of papystes, is happelie ded in thys myschevous worlde. (*Randolph to Sir W. Cecill* 24. *Sept.* 1562, *ap. Laing. l. l.* VI. 144.)

4) *James Arran, filius ducis de Chastellerault, regni Scotiae nuper procuratoris. Illum Hamiltoniana factio reginae maritum destinabat, altera Stuartum.*

ille frater Reginae, [5]) maxime senex, qui solus inter illos qui aulam frequentant impietati se opponit. Ille tamen inter reliquos fascinatur in hoc quod veretur idolum illud violenter deturbare. Salutat te ecclesia tota et tuarum precum subsidia flagitat. Dominus Iesus te diu ecclesiae suae incolumem servet. Amen. Edinburgi 24. Octobris 1561.

Tui observantissimus
Ioannes Knox.

3585.

L'ÉGLISE DE VALENCE A CALVIN.

Demande de pasteur. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 196, fol. 207.)

A Monsieur Monsieur Despeville
a Geneve.

Monsieur, les pouvres brebis de ce pays esgarees et affamees de la viande celeste desirans fort estre rassemblees et repeues ont pris advis et couraige de vous envoyer ce present porteur pour vous prier et exhorter au nom de Dieu de vouloir prendre la peyne de leur trouver ung pasteur de tel poidz meurs et scavoir que cognoissez estre requis pour ce lieu et charge. Et pour ce faire vous adresser a noz anciens et peres. Lesquelz ung infiny nombre de peuple prie tresaffectueusement nous vouloir ayder de leur conseil ayde et bon jugement en ce sainct oeuvre. Nous aurions besoing d'ung homme qui peult non tant veullement exercer le ministere de la parolle en françois, mais aussi de faire quelque leçon en latin et qui peult servir quasi comme ung chef a cause de la circonstance du lieu et des gens qui sont ung peu delicatz. Ioinct aussi que cela serviroit beaucoup aux circonvoisins qui ont de coustume et de necessite de s'adresser aux lieux les plus fameux. Il nest besoing de user de longues remonstrances a vous qui cognoissez assez la nature du lieu et des gens, seullement vous plairra y mectre peyne et bien en advertir nosdits anciens et peres. Que si par la grace de Dieu, vostre et d'iceulx, nous sommes une fois bien pourveus, nous mettrons peyne den faire nostre proffict et den rendre graces a tous. L'on nous a escript et parle de quelqu'un lequel nous avons aultrefoys veu et ouy en ce pays, et lequel lon dict a present estre es terres de berne, ville de Lausanne.[2]) Pour ce temps la il estoyt en bonne estime, tellement quon ne le laissa guieres habiter icy. Il a escript a quelques ungs de ses amys Que si nous avions affere de son oeuvre jl viendroit volontiers. Ceulx ausquelz il a escript lui rescripvent. Vous verrez les lettres et si nosdits peres nen ont poinct en main de suffisant et leur plaisoyt de veoir ouyr et approuver cestuy cy, vous luy pourriez envoyer le present porteur affin quil vous vint parler pour se preter a nosdits peres de la main et jugement desquelz nous desirons destre pourveuz. Si lon ne trouvoit si tost ce que nous demandons vous y penserez et pourvoirez selon vostre soing et diligence, a la charge recepvoir vostre part des biens quil plairra au Seigneur dieu nous despartir par ce moyen.

Quant a son estat et tretement nous le ferons en suyvant ladvis et mandement de nosdits peres. Et quant nous envoyerez nous manderons homme et argent ou pour lentretenir la quelque temps si besoing est, ou pour sen venir quand besoing sera. Nous ne vous escripvons rien des afferes de ce pays. Ilz sont ou peu sen fault en tel estat que les avez laissez. Quant a ceulx de France vous en scavez plus que nous. Il vous plairra donc au nom de Dieu et de Jesus Christ son filz tenir tellement la main en cest affere comme le petit troupeau s'en fie a vous, et nous en faire ample et bonne responce, et ce faisant vous ferez une oeuvre de charité et obligerez plusieurs bons personnaiges a vous faire service et a prier Dieu vous y favoriser et conduire par sa saincte grace: lequel vous vueille conserver et garder par la communication de son st. esperit. De Valence ce xxiiij jour d'Octobre 1561.

Voz obeissans freres et serviteurs
Faure horace Aurryer
Mathieu morin Francois doyras
P. Loubat pierre pizon.

---

5) *James Murray, qui tamen non multo post Knoxo adversarius exstitit propter illa certamina.*

3585. 1) *Sur l'église de Valence voyes N.* 3185. 3196.

2) *L'Hist. eccl.* I. 343: *nomme François de St. Paul comme ministre de Valence en* 1560. *Mais depuis celui-ci s'est trouvé à Dieppe* (*N.* 3350). *Arnaud, hist. des prot. du Dauphiné P.* 1875. I. 75 *dit:* La Motte-Goudrin expulsa le ministre Jacques Roux de Valence et lui défendit d'y prêcher, sous peine de mort. Il interdit au second ministre Ruffy de présider des assemblées. L'église resta ainsi sans pasteur et en demanda un au Synode du Dauphiné et du Lyonnais, le 25. Nov. 1561. Peu après arriva le ministre Jean de la Place.

Le present porteur attendra vostre response et fera ce quil vous plairra luy demander, a quoy Monsieur *desaillene* s'employera aussi.

3586.

DUCHAT AUX MINISTRES DE NEUCHATEL.

L'église de Troyes demande qu'on lui laisse Sorel comme ministre. [1])

(Autographe de la Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Bulletin XII. 355. Recordon, la Prot. en Champagne p. 250.)

A nos bons seigneurs et peres la classe de Neufchastel.

Grace vous soit et paix de par nostre Seigneur Jesuschrist. Amen.

Tres chers Seigneurs et freres, nous vous remercyons grandement de ce quil vous a pleu nous fayre tant de bien que de nous envoyer nostre frere Monsieur *Sorel* affin quil peut icy travailler en l'oeuvre du Seigneur et servir a son pays auquel il estoit grandement desiré et ou nous esperons grand fruict de son labeur comme aussi pour telle fin et en ceste esperance vous nous l'avyes ottroyé. Or maintenant nous sentons, graces a Dieu, vostre esperance et la nostre n'estre vaynes, mais plustost estre surmontees par l'issue qui s'en est ensuyvie. De quoy nous avons a vous remercier grandement. Nous premyerement, a qui le fruict en revient par l'accroissement de nostre Eglize et vous aussi de la compagnie desquels est sorti celuy pour lequel tout le pays vous est grandement obligé. Mays parce que vous ne fistes mention que de six moys par lesquelz il pourroit demeurer avec nous, voila pourquoy nous vous avons voulu supplyer que continuant vostre bonne affection, laquelle vous avez monstré iusques icy et le zele a l'avancement de l'Evangile, qu'il soit vostre plaisir le nous accorder pour tousjours comme nous esperons que feres, aydant Dieu, veu que pouves substituer en sa place quelque homme docte desquelz le nombre est grand entre vous, qui pourra fayre la charge non avec moyns edification et contentement de ceux de la paroisse que pourroit fayre ledit Mr *Sorel*. Et cependant nous esperons que Dieu se servira tellement de luy de par deca qu'aures encore plus grande occasion de glorifier Dieu avec nous a cause de luy qui a este recu de ceux de son pays et est oui d'aultant plus attentivement qu'il avoit esté longuement attendu et desiré. Nous croyons aussi que l'obligation qu'il a particulierement à ceulx de sa nation l'excitera à travailler davantage et faire diligence en son debvoyr. Il ne se pourroit maintenant departir de ce trouppeau sans le grand dommage de l'Eglize et grande joye des adversayres d'icelle. Ce que ne permetres comme nous esperons mais l'exhorteres par letres, sil vous plaist, que voyant loeuvre que Dieu veut fayre par luy quil poursuyve bien et heureusement a glorifier Dieu at amener les hommes a sa cognoissance comme nous tous ne demandons aultre chose. Et ce faisans nous vous serons de plus en plus obligés et demeurons voz serviteurs à jamais. Qui sera fin apres nous estre recommandés à vos bonnes graces et prieres, nous prions Dieu quil vous augmente ses graces et benedictions à sa gloyre et edification de son Eglize. Ce 25. jour d'octobre 1561.

Duchat au nom de toute l'eglise de Troyes. [2])

3587.

L'ÉGLISE DE MÉZIN A CALVIN.

Demande de pasteur. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 196, fol. 211. Crottet, Chron. N. 56.)

A Monsieur et tres honoré pere Monsieur Calvin a Geneve.

Grace et paix de par Nostre Seigneur Iesus Christ.

Monsieur nostre pere, pere disons a bon droit et cest par regeneration desperit et auquel nous

---

3586. 1) La classe l'accorda, mais pour dix mois seulement, et ce ne fut que sur les instances réitérées de l'église qu'elle finit par le lui laisser tout à fait, elle ne le remplaça à Bondri que le 12. Avril 1562.

2) *Au dessous est écrit d'une autre main* (*de Calvin?*): Seigneur Jehan André, Drapier, demourant a Geneve entre la fusterie et le Molard, a esté le porteur de ces presentes. (*Ce marchand-drapier avait émigré de Troyes en* 1556.)

3587. 1) *Sur les progrès de l'évangile dans la circonscription du parlement de Bordeaux Hist. eccl.* I. 785.

sommes plus atenus que a nous propres peres naturelz aulxquelz par le comandement du Seigneur Dieu debvons honeur et obyssansse, mais vous estes pere de tous les crestyens organe et ministre de dieu vivant par la Influxion du sainct sperit et par vostres labeurs et nocturnes lucubrations aves regenere nos speris ensamble nous aves tires de la maudicte et damnable Idolatryee et superistition papale en laquelle nous et nous peres avons long temps demeure et par la grace du seigneur dieu vous nous aves conduys a la droyte bergerie du seigneur dieu et mantenant vous asurons que somes comme povres ovelles esgarees sans pasteur. les enfans demandent le pain vif mais ny a guere persone que leur en coupe. la moyson est grande et meure Depardesa et pour ce vous subplyons de bon cueur que soyt vostre bon playsir de nous vouloyer envoyer ung bon pasteur et que soyt aces fort pour nous couper ce vray pain vif que nest aultre chose que la parolle de Dieu et ses saincts sacremens et de ce derechief vous subplyons a lonneur de nostre bon dieu et pere lequel prions tous de bon cueur et bonne affection que vous doint sa grace et acomplissement de vous souvetz et bons desirs nous recommandant homblement a vous et a vous bonnes prieres et oresons. De Mezin en Gasconye[2]) ce 26e jour du Moys de Octoubre 1561.

Par vostres hobeyssans filz du consistoire de la seurdicte ville.

Michel lesgiradz diacre Delabalut survelan
De maidrus diacre
Francoys gennardes surveillan.

3588.

COLONIUS ET TAFFINUS MINISTRIS GENEVENSIBUS.

Res Metenses bene habent. Theologi nonnulli germanici a Navarrae rege arcessiti Metis transierunt. Rogant quid circa baptismum a privato homine administratum faciendum sit. [1])

(Ex autographo Cod. Genev. 196, fol. 213.)

Fidelibus Christi servis pastoribus et ministris ecclesiae Genevensis.

Genevae.

Etsi quod hoc tempore ad vos scriberemus singulare nihil erat, ornatissimi viri, occasionem tamen nacti eam praetermittere noluimus. Intellexisse vos iam arbitramur, locum nobis in urbe habendis concionibus designatum et concessum, qui parietibus undique cinctus tecto suo propediem vestietur. Iter hac fecerunt *Dillerus* et *Boquinus* [2]) a Palatino, Iacobus *Andreae* cum duobus aliis a Wirtembergico missi, quum hac de re *Navarrae* rex, ut intelleximus, per virum nobilem eos sollicitasset.

Superioribus literis consilium vestrum expetiveramus super baptismo administrato ab homine privato. Non dubitamus baptismum huiusmodi pro nihilo habendum esse: sed circumstantiam temporum ponderamus. Veremur enim ne, si aut ab obstetrice aut privato quovis homine baptizatum infantem ad legitimam administrationem revocemus, multorum hoc nostro facto vulneremus conscientias, qui quum non aliter baptizati fuerint in dubium vocabunt suum baptismum. Etenim in papatu, etiamsi infantes hoc modo baptizati ad baptismum deferantur, non tamen rursus eos baptizat sacrificulus, sed tantum sordibus suis conspurcat. Iudicium vestrum exspectamus.

Magistratus pars altera ecclesiae nostrae iuncta est, ac propediem sequuturos plerosque ex reliquis speramus. Si quid de eius reformatione ac christiana constitutione ad nos perscribere non gravaremini, gratissimum nobis id esset. Neque enim urgere audemus quod variis occupationibus districtos vos esse non ignoremus, Dominus vos spiritu suo protegat ecclesiaeque suae diu servet incolumes. Metis 26. Octob. 1561.

Vobis addictissimi
Petrus Colonius
Ioannes Taffinus.

3589.

VENDROGOVIUS [1]) CALVINO.

Gratitudinem et observantiam erga magistrum effuse testatur.

2) *Dépt. de Lot et Garonne, arrond. de Nérac.*
3588. 1) *Cf. N.* 3432. *Hist. eccl.* III. 450.
2) *N.* 3579.
3589. 1) *Nicolaus Wendrogowski Czechowicii collega in ecclesia Wilnensi, fervidus et firmus Calvinismi fuit vexillifer*

(Ex autographo Cod. Genev. 196, fol. 214.)

Doctissimo ac verae pietatis studiosissimo viro D.D. Ioanni Calvino ecclesiae Christi Genevae custodi vigilantissimo domino et seniori observando.

Deus noster qui magnus et misericors est inter caetera beneficia quae orbi terrarum assidue largitur hoc quoque unum non postremum praestitit, clarissime vir D. Ioannes *Calvine*, quum te virum tantum ad propagandam filii sui Domini nostri Iesu Christi ecclesiam excitavit. Quo nomine dum plurimae provinciae verbo divino spiritus sancti opera per te illustratae gratias habent Deo suo, non potest etiam haec nostra septentrionalis Lituania tui non meminisse in qua nunc tandem lux vera apparuit evangelii, quum Deus spiritu suo nos ad te delati [2]) eunuchum ad Philippum in arduis rebus reduxit. Ego unus, quum haec tanta Dei opera mecum reputo, penitus omnem ingratitudinem reiicio, tibi vero, optime praeceptor, hoc meo scripto, meam promptitudinem offero. Et gratias Deo primum per Christum ago, qui te nobis tam diu servat incolumem. Sim, precor, apud te parentem in eo numero in quo veros filios quos per evangelium genuisti reponis. Dabo ego operam omnem ut tuum beneficium non tantum mihi, qui alioqui tuum nomen nunquam deseram, sed omnibus hic commendetur. Vale, singulare orbis decus. Dominus Iesus consoletur te suo sancto spiritu et gubernet in aeternum.

Vilnae 28. Octobris Anno Christi Domini 1561. in Lituania.

Tuus Nicolaus Vendrogovius
ecclesiae Christi quae Vilnae et minister.

3590.

L'ÉGLISE DE ROQUEFORT A CALVIN.

Plusieurs églises de la Guienne auraient besoin de pasteurs. Mesures proposées pour utiliser le ministre qui y est et qui demande à quitter, et pour en avoir d'autres.

Quum ille Geneva redux a Petro de Goniadz Wengroviae in Podlachia ministro edoctus ad Antitrinitarismum declinasset, et Wilnae baptismum infantum oppugnare incepisset, ipse fortiter restitit et Czechovium coegit Wilna relicta in Cuiaviam se recipere ubi placita sua libere propagavit. (*Lubien.* 176; *Lukassewicz, Gesch. d. ref. K. in Litthauen* 1848. I. 18. II. 96.)

2) delatos?

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 196, fol. 215.)

Monsieur de caluin mynistre en leglise nostre seigneur Iesucrist.

A Genefve.

Salut et paix vous soyt par Iesuchrist nostre Sauveur.

Nous louons nostre bon Dieu, Monsieur et pere, de ce que par vostre moyen et solicitation, estans plonges et du tout acables sous la puissance et loy de ce maudict antechrist de Romme, feusmes pourveus en ceste ville de Rocquefort au pays de Marsan, terre du Roy de Navarre, avec la ville de Mont de Marsan en ce mesme pays distant lune de laultre troy lieulx, dung sainct et excelent personaige en leuvre du Signeur nommé *des Brandes* ou aultrement Nicollas *le More*, [1]) homme de telle condition et doctrine que le Seigneur Dieu cest tant manifesté en luy que son laveur na poinct este inutille ains a tellement profitté durant lespace dung an aux dictes villes de Mont de Marsan et Roquefort que les troupeaulx du Seigneur y sont creulx et agrandiz tellement que en nostre dicte ville de Rocquefort il preche ordinairement dans le grand temple y administrant les sacremens en toute liberté (Dieu mercy) et combien que le dict *Desbrandes* se soyt plainct aux conscistoires tant dudict Mont de Marsan que de ceste ville que vous aultres messieurs et peres, ne lavies envoyé que pour ung an seullement ce que luy feust ratiffié au Synode tenu à Clayrac au pays d'Agenoys (comme il dict) et depuis de noveau accorde et promis au Synode dernier tenu à Villeneufve dAgenoys. Lequel Synode nous commanda tant a ceulx dudict Mont de Marsan que de ceste dicte ville de faire noz deligences d'en trouver un aultre, chose a nous impossible de faire ez cartiers de par deca, et voyant limportunité que ledict *Desbrandes* nous faict de nous en pourvoir, et protestation de nous laisser improveulx, en advenant que nayons faict noz diligences den recourir dans ledict temps ordonné par ledict dernier Synode, quest en briefz et au plus loing dans le premier synode qui ce tiendra en ceste guascoigne, et aussi parce que nous est necessaire davoir un pasteur tant pour nous en ceste dicte ville de Roquefort, tant pour lacroisement du troupeau que de toutes les paroisses circonvoisines, que sont pour le moings en nombre quinze ou seize, que aussi pour la grande liberté que Dieu nous a donnee, y a fort a moysoner, qu'est la cause que

---

3590. 1) *Il est nommé plus tard comme prédicateur du roi de Navarre Henri IV. Il périt dans la nuit de la St. Barthélemy.* (*Bulletin* IX. 38.)

alla sollicitation de nostre dict pasteur avons sommé les freres et concistoire de ladicte ville du Mont de Marsan silz voulloient bailler argent de leur cousté pour envoyer homme expres en la ville de Genefve pour recouvrer ung mynistre et pasteur, ung pour chascune desdictes villes. Lesquelz nous ont faict responce quilz n'entendoient y envoyer ny contribuer aulcunement pource quilz pretendoient estre pourveuz dung nommé le docteur *Dayre* qui puis n'aguieres sen est party pour aller par dela en compaignie de Messieurs et peres *De la Porte*[2]) et *Sarraziet*,[3]) qui est cause que nous avons par plussieurs foys prie et requis ledict *Desbrandes* quil luy pleust se voulloir arrester et attacher en ceste dicte ville, lequel nous ayant par plussieurs foys reffuzés de ce faire s'excusant quil est trop jeune d'eaige et quil veult aller estudier encores davantage de par della, auquel pour la bonne affection que nous luy portons pour ce bien et honesteté qu'avons trouve en luy avons offert que sil ce veult attacher en ceste Eglise que pour accomplir le bon voulloir et desir quil a daller estudier de par della que nous luy baillerons argent et cheval pour s'en aller estudier six mois entiers et ung moys pour aller et venir, et ung moys pour aller marier à Poitiers duquel lieu il est natifz, cy bon luy sembloit, et mettre ordre a ces biens, et que durant le dict terme de son absence prierons les pasteurs noz voisins de nous voulloir visiter et combien que ce pais par deça soit rude parce quil ny a que landes et buissons cy est ce que esperons luy bailler telle pension que luy sa femme et famille sil en a esperons auront moyen de sen entretenir moyennant la grace de nostre bon Dieu, laquelle condition neantmoing il a reffuzé, ne nous mettant toutesfoys aulcune raison ni plaincte en avant, si non seullement quil est jeune et quil veult estudier. Combien, Monsieur, quil nous semble estre suffizant et capable pour sa charge et nous en sommes fort bien trouves, Dieu mercy, quest la cause que voyans que Monsr. nostre bon pere *de Bellair* present pourteur sen va de par della luy avons baillé ces presentes ensemble vingt escuz sol. affin quil vous plaise au nom de Dieu nous faire tant de bien de nous envoyer ung pasteur pour ceste dite ville de Roquefort seullement, tel que cognoistres estre necessaire pour nous, combien que nous n'ygnorons pas la grand difficulte quil y a par la chrestienté a trouver de bons et fidelles moissoneurs du Seigneur, et si d'aventure il nen y a pardella quil vous plaise, Monsieur et pere, nous envoyer attestation au Synode prochain de noz diligences, et quil vous plaise aussi exorter ledit *Desbrandes* a ce quil luy plaise accepter la dicte charge affin que ne demeurions despourveuz dung pasteur et que le loup n'entre dans le tropeau du Seigneur: aultrement cy ce n'est par vostre moyen que aussi de noz tres honnores peres vos compaignons en loeuvre du Seigneur de la dicte ville de Genefve, sommes en danger de demeurer du tout despourveuz et hors d'esperance d'en recouvrer, s'il ne plaist a nostre bon Dieu de nous reguarder de leuilh de sa saincte misericorde et nous en susciter quelcun particullier, et du tout hors de lesperance des hommes, ny par aulcun moyen ny remede quilz y puissent et saichent mectre, et avec les autres biens et benefices que le Seigneur nous a donnés et multiplies par voz bonnes et sainctes prieres et dilligences, prions nostre bon Dieu, Monsieur et pere, quil luy plaise vous continuer et augmenter les graces de son sainct esprit, par lesquelles les pouvres infirmes puissent tousjours de plus en plus estre instruictz et amenes a la vraye cognoissance et intelligence de sa tressaincte parolle. amen.

Nous nous recommendons treshumblement aux sainctes prieres et oraisons de tous les peres et vostres, nous recommandons aussi treshumblement aux bonnes graces de tous. Escript en la ville de Rocquefort[4]) ce 28 jour d'octobre 1561 par

Voz treshumbles serviteurs ceulx du consistoire de l'Eglise de nostre Seigneur Jesus Christ A Roquefort, de Marsan etc.

2) *ministre à Condom* (*Hist. eccl.* I. 805).
3) *ministre à Nîmes* (*Viret à Calvin* 30. *Déc.*).

4) *Le nom de Roquefort est fréquent dans le midi de la France. Mais ici il ne peut être question que d'une petite ville, chef-lieu de canton dans les Landes, arr. de Mont de Marsan.*

3591.

CALVINUS FARELLO.

Matisconenses ministrum petunt et vel de ipso Farello cogitarunt.

(Exemplar authenticum cum subscriptione autographa exstat in Bibl. pastorum Neocomensium Vol. A. N. 38.)

Eximio Christi servo D. Guilielmo Farello, Neocomensis ecclesiae fido pastori, fratri et symmystae colendo.

Antequam mihi reddita esset scheda *Christophori* iam ad iter accinctus erat *Thomassinus* [1]) qui paucis post diebus appulit. Eum ita remittunt Matisconenses ut cupiant eo in solidum potiri. [2]) Id si impetrari nequeat te ipsum sibi concedi postulant. Quia vero persuasi sunt multum momenti in nostra suffragatione apud vos fore, rogarunt nos communibus literis et me privatim, ut suis precibus nostras quoque adiungeremus. Optant quidem fratres illis esse consultum sed non audent se interponere in re dubia. Me quoque tenet religio aliquid tentare quod aliis ecclesiis dispendium afferat. Itaque de *Sorello* [3]) et reliquis negavi me verba facturum. Et hactenus ab his partibus abstinui. Nam quum durum sit spoliare ecclesias, mihi temere facturus videor, si rerum vestrarum ignarus vel dubius me ingeram. De te volitavit quidem nuper rumor, profectionem in patriam suscipere, quod mihi non placebat. [4]) Quemvis enim locum potius visendum tibi censeo. Nunc videbis quid ecclesiae vestrae conditio ferat. Utinam Matisconenses concepta de vobis spes non frustretur. Nihil tamen scribendum duximus, donec facti essemus de statu vestro certiores.

Tandem princeps vester vos inviset: [5]) qui in viam se daturus erat cum matre circiter finem huius mensis. Antehac misi tibi duos libellos, nunc tertium [6]) accipies. Vale, eximie vir et integerrime frater, cum tuis omnibus collegis, quibus multam salutem ego et collegae mei omnes precamur. Deus vos omnes spiritu suo gubernet, tueatur laboresque vestros benedicat. Praefectum quoque et decuriones reverenter meo nomine saluta. Genevae 4. Cal. Novemb. 1561.

Iohannes Calvinus tuus.

3592.

HOUBRAQUE ET ZANCHI A CALVIN.

Ils lui envoient une somme d'argent recueillie en Lorraine pour les Vaudois de Piémont. [1])

(Autographe d'Houbraque avec la signature de Zanchi MS. de Goth. 404, fol. 781.)

A Monsieur Calvin.

Monsieur, nous vous prions de recevoir par les mains de Monsieur Jaques *Campaignola* Italien la somme de septante talers douze baches et un fenic laquelle monsr. *Zanchus* avoit receu des freres de Lorraine [2]) pour les eglises de la valee dangronne et autres voisines, vous priant leur faire tenir. Fait a strasbourg le 29. doctobre 1561.

Guillaume Houbraque.
Hier. Zanchus S.

3593.

BLAURERUS CALVINO.

Mittit Brentii libellum. Caetera pro more quasi e suggestu. Iterum funera sua proxime instantia votis amici commendat.

(Ex autographo Cod. Genev. 196, fol. 217. Inscriptio desideratur.)

S. De rebus nostris et Helveticis omnibus abunde tibi exponet *Linerus* hic noster, quam sint eae periculoso valde loco, quando ad continendam hanc gentem nonnulli qui in visceribus eius habitant plus quam insano impetu rapiuntur, quos nisi Dominus potenti sua manu quam primum coerceat exitiosi motus mox coorientur. Est igitur ut supplicibus votis coelestis patris praesentissimum numen quanta potes maxima contentione cum tanta vestra ecclesia interpelles, ut solito benignitatis erga nos suae auxilio nobis adsit, ut ne commeritas iam dudum ingratitudinis nostrae poenas de nobis iam sumere, sed magni nominis sui et hostium impiae confidentiae rationem habere nostri misertus velit. Scio efficacissimas esse coram oculis Domini vestras precationes, sincerae fidei vestrae virtute coelos penetrantes. Nos Galliae nostrae statum et sermonis Dei cursum, ut inoffensus et felicissimus sit, magnis vicissim et perpetuis votis Christo commendamus, ut qui dominus messis huius est multae multos etiam ac fideles operarios in hanc mittat.

Brentii libellum, [1]) qui germanicus primum,

3591. 1) *De quo vide N.* 2469. 2577.
2) *N.* 3567.
3) *Qui tum apud Tricasses erat (N.* 3569).
4) *Revera eo ipso tempore profectionem parabat, de qua ergo Calvinum certiorem facere neglexerat. Et quum haec epistola Neocomum pervenit iam abierat. Cf. eius ep. d. d. Cal. Nov.*
5) *Cf. N.* 3580. *Adfuit cum matre quum Farellus iam abesset.* (*Kirchh.* II. 159.)
6) *Contra Balduinum?*
3592. 1) *Comp. N.* 3309. 3394. 3473.
2) *naguères persécutés eux-mêmes.*
3593. 1) *N.* 3371. 3401. 3486.

nunc etiam quo latius malum hoc pateat latinus prodiit, ad te mitto, quod te hunc nondum vidisse existimem. Missus est Augusta ad *Bullingerum* superiore mense, sed nostra lingua excusus. Quod si forte latinum iam ante accepisti remitte hunc obsecro per *Linerum* nostrum. Unum enim hoc exemplum ad nos perlatum est.

Quod proximis literis tuis exhilarare me adeo volueris expedita iam pridem missa ad te quaestione,[2]) gratiam tibi multo maximam habeo. Tuum enim iudicium hic ut in aliis hactenus lubentissime amplector. Dominus tibi omnia tua numinis sui dexteritate felicissime semper expediat. Amen.

Bezam nostrum ut meis verbis, ubi ad eum scripseris, amantissime honorificeque salutes multum te rogo. Nos ipsius certamina, quemadmodum optimi Christi martyris, et aliorum etiam nunquam adiuvare auxiliaribus sacrarum precationum copiis cessamus, ut vir belli Dominus Zebaoth per illos de mundi sapientia et potentia gloriose triumphet: in quo tu quoque, mi anime et singulare decus et ornamentum ecclesiae Christi, felicissime vale. Salveant fratres symmystae et quotquot istic Dominum Iesum Christum vere diligunt, inprimis optimus consul vester M. *Rosetus*, cui ut me accurate commendes multum te quaeso. Iterum iterumque vale et proxime impendentia funera mea piorum votorum tuorum comitatu officiose prosequere. Vitoduri iii. Calend. Novembris 1561.

T. Ambr. Blaurerus.

Dominum sedulo precemur ne monstruosum aliquod Interim parturiant isti qui in Gallia nunc hoc iam agunt ne evangelica sinceritas obtineat.

---

2) *de Iudaeis* (*N.* 3371. 3431).

3594.

BEZA CALVINO.

Novissima tradit ex aula et ecclesiae, discessum parans, Perrucelli adventum, Nemorsii coniurationem etc.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 42, coll. c. Cod. 119, fol. 91, Epp. Bern. VI. p. 968, Simler Vol. 102. Edidit Baum II. App. 117.)

A Monsieur Despeville
a villefranche.

S. Valde sum sollicitus de tua valetudine,[1]) mi pater, quod ex postremis tuis literis cognoverim, ad podagram cholicos quoque dolores, cum infinitis incommodis coniunctos, accessisse. Utinam aliqua ratione praesens possem te sublevare et meam in te pietatem testari. Sed quando id fieri non potest precibus saltem assiduis et te iuvabo quantum potero et me ipsum solabor. Sed rogo ut per amicos saepe de rebus tuis certior fiam. Nunc accipe laetiora.

Tandem impetravi, Dei gratia, ut fratribus nostris liceat secure suos conventus habere, sed ex tacito duntaxat consensu tantisper dum solenni edicto meliora et certiora constituantur.[2]) Nam ex singulis parlamentis duo huc evocantur ad diem Decembris vicesimum, qui supremas omnes Curias repraesentent, ut auditis eorum suffragiis quod a regio consilio fuerit de statu religionis constitutum deinceps firmum et ratum habeatur.[3]) Interea, ut dixi, literis ad provinciales magistratus scriptis fratrum securitati cavetur, idque diversis conditionibus. Nam in Aquitania spero fore ut nihil mutetur.[4]) In Normannia quoque optima est futura conditio. Alibi minor erit libertas, prout se habet fratrum multitudo et pro populorum ingenio: volunt enim simul et regni tranquillitati et Dei gloriae consulere. Atque utinam utriusque parem saltem curam gererent. Lutetiae fieri non potest, in tanta populi rabie, ut publici conventus concedantur. Tantum

---

3594. 1) *Respondet ad N.* 3573.

2) *v. Languet N.* 3579 *not.* 8. — *Mém. de Condé* II. 531: Extraict d'un mandement qui doit avoir esté faict en France touchant les assemblees des sectaires envoyé à Chr. Herman facteur des Fuquers (*Fugger*) de Paris 26. Nov. 1561: Ayant regard aux Remonstrances et requisitions qui nous ont esté faictes par la pluspart des Deputes des trois Estats de nostre Royaulme et affin de eviter les inconveniens qui pourroient advenir à cause des assemblees particulieres, semblablement pour la verité de la Doctrine pour le faict de la Religion, qui pourroient facilement aporter differentes et reprouvees sectes et opinions: Nous avons deffendu et deffendons à toutes personnes de quelque estat qualité et condition qu'ilz soient, soubs peine d'estre punis comme sedicieulx et rebelles de ne dire ou faire injure, force ou violence à ceulx qui seront en Assemblees publicques pour ouyr la Parolle divine, et faire prieres et autres actes concernantz le faict de la Religion, pourveu que ceulx de ladicte assemblee ne soient armés ny abastonnés, et soient les lieux où ilz peussent estre, veus et visitez par nos Officiers à ce que ne se face ne dise aulcune chose subjecte à repréhension (*Baum* II. 433).

3) *Languet* II. 155: Audivi ad proximum mensem convocandos ex quolibet parlamento praesidem et assessorem unum, et ex qualibet provincia ex ecclesiasticis, nobilitate et populo singulos, ut is conventus opponatur illi qui habitus est m. Iunio et Iulio tanquam magis solennis, et rescindatur senatus consultum tunc factum, ac communi decreto concedantur nostris templa.

4) *Idem* 151: Istis edictis (*restitutionis templorum*) audio non comprehendi Vascones, quia sciunt gubernatores ipsos non obtemperaturos.

licebit fratribus in aedibus privatis occulte ad ducentos usque in singulis coetibus convenire. Quod si tumultuetur populus, autoritate gubernatoris [5]) compescetur. Hoc ut illis nunciarem nudius tertius eo sum profectus ex Reginae mandato. Gubernator omnia se facturum promisit, modo se contineant nostri intra suos fines. Nostri quoque mihi visi sunt acquiescere. Si quid moliantur hostes, novis remediis opus erit. Ego vero quid hic interea? Remansit mecum solus *Galasius*, sed ad paucos dies. Nam *Martyr* hodie discedet. [6]) Nullum non movi lapidem, ut saltem mihi liceret istuc excurrere, sed nondum impetravi. Interea non deest quod me strenue exerceat. Providendum enim est ut viri boni ex Parlamentis evocentur et ecclesiis consulendum, quae durissime quibusdam locis vexantur, et quotidianas querelas ad nos adferunt. Praeterea habendae frequentes conciones, ut Principes in officio contineamus. Itaque totus nunc sum in eo ut ex tribus familiis nempe reginae *Navarrenae*, *Condensis* principis et D. *Amiraldi* unum corpus ecclesiae constituam, suis omnibus partibus, quoad eius fieri poterit inter istos aulicos tumultus, compositum.

Perocelius [7]) suasu *Secheli* nostri accersitus est a principe. Ostendit nobis sententiam absolutoriam Senatus Francfurtensis et honorificum ecclesiae suae testimonium, cui subscripserunt 112 fratres. Quid igitur ageremus? Hortati sumus ut se placidum et modestum deinceps ostenderet et *Hobracho* scriberet de reconciliatione atque etiam sese submitteret ecclesiae iudicio, si quid adversus eum vel Francfurto vel aliunde afferretur. Quae omnia nobis spopondit. Subscripsit etiam confessioni et disciplinae nostrarum ecclesiarum et *Castalionis* blasphemias diserte et articulatim damnavit. Quamdiu autem hic versabor sedulo observabo hominem et officii admonebo. *Amiraldus* apud se *Virellum* [8]) habebit, tantisper dum rescribatis, quid de *Merlini* nostri reditu possit sperare. [9]) *Navarrena* destituta est, neque illi prospici potest Lutetiae. Itaque curandum nobis censeo modis omnibus, ut idoneus aliquis, id est, satis doctus et disertus et maturae aetatis mittatur. Ubi vero nanciscemur? dices. Ubi et quando dederit Dominus. Sed plane digna haec est cuius maxima ratio habeatur. Simul atque vero nacti fueritis, curabitis me admonendum, vel, quoniam fortassis abero, ecclesiam Parisiensem, ut accersendus curetur quem delegeritis.

De meo reditu scis quid cupiam. Quid expediat dum cogito, nescio quid constituere possim, vel etiam debeam. Sed quod dederit mihi consilium Dominus in ista ἐπιτάσει id sequar et rogo te una cum caeteris fratribus, ut me hoc tempore, si unquam alias, precibus iuvetis. Pudet me tam diu stipendia accipere a nostro magistratu, [10]) cui nihil prorsus praesto, et si meae facultates ferrent, pecuniam uxori mitterem. Sed Dei beneficio ita adhuc vixi, ut nihil pecuniae a quoquam vel acceperim vel petierim, sed interea nihil supersit quod mittam quoniam in alios sumptus ac praesertim vestes omnia paene consumsi quae attuleram. Si tamen ita censueris, potius accipiat uxor de eo, quod magister ex me habet, quam gravetur ullo sumptu civitas, cuius scio decrescere copias, non onera. *Sanravisium* puto iam ad te pervenisse. Nondum inveni qui *Baduello* nostro succederet. *Sanellus* fortassis is erit. Sed nihildum certi possum constituere. *Normandium* nostrum exspecto cupidissime. Germani theologi adhuc haerent Lutetiae: [11]) exspecto dum adhaereant, quamquam, ut arbitror, potius revertentur invisi. *Balduinus* [12]) quoque intra illa pomoeria se tenet, sive nos metuat, sive contemnat. *Navarrena*, *Condensis* cum socru [13]) et uxore, *Amiraldus* cum optima sua coniuge hodie expressis et solennibus verbis mihi imperarunt ut suo nomine tibi totique ecclesiae plurimam salutem adscriberem. Ego vero, mi pater, et oculis et toto pectore te fero et absentem, atque utinam non iacentem osculor et amplector, Deumque rogo ut te nobis conservet atque una tecum fratres et amicos omnes plurimum salvere et valere iubeo. Ex Sangermano tertio Calendas Novembris.

Tuus Beza.

---

5) *La Roche-sur-Yon id ministris Parisiensibus promiserat post tumultum d.* 12. *Oct. factum.* (*Languet* 150.)

6) *Cf. N.* 3579.

7) *De discessu eius a Francfortensibus haec habent ministri urbis in suo* Gegenbericht (*Frkf. Rel. Hndl. II. Beil. xiv p.* 100): *In colloquio cum iis habito declaravit*, er hette jnen mehr nachgeben denn er für seiner Gemein bekennen dürffte. Denn die were von andern Lerern vor jm dermassen abgericht, das sie in allen diesen puncten kein wort weiter würden nachgeben. Derhalben er nicht gleubte das zwischen vns vnd jnen eine vergleichung geschehen vnd sie zu jrer Kirchen widerkomen würden. Er were in Franckreich beruffen, da wolt er hin ziehen. Darneben wolte er die seinen weiter vermanen das sie sich vmb dieser spaltung willen von vnser Kirchen nicht sonderten. Ist also freundlich von den vnsern geschieden vnd in folgender Herbstmess in Franckreich zu dem Herrn v. Condé gezogen.

8) *videtur fuisse concionator Parisiensis et colloquio Possiacensi interfuisse.*

9) *Reg. du Conseil* 23. 27. *Oct. Ibi Amiralii literas referuntur qui Merlinum diutius sibi concedi cupit.*

10) *ibid.* 11. *Nov.*

11) *Languet II.* 158. *d. d.* 10. *Nov.*: Iac. Burlinus mortuus est 28. Oct. et quidem peste ut medici affirmant. Reliqui theologi Wirtembergenses et Palatini iam sunt in aula et parum adhuc profecerunt. (*Baum.* II. 422 *sq.*)

12) *N.* 3579.

13) *Mad. de Roye.*

Heri demum penitus patefacta sunt nefaria hostium consilia de abducendo Aureliensi duce. Organon coniurationis fuit vicini nostri consobrinus[14]) qui nunc undique conquiritur. Reliqua sensim patefaciet Dominus, qui nos mirabiliter adhuc servavit, et, ut spero, servabit. Sed precibus opus est, si unquam alias opus fuit, in ista ἀναρχίᾳ quae me valde anxium reddit.

3595.

VIRETUS CALVINO.

Pauca ex occasione missi fasciculi aliarum literarum tradit.

(Ex autographo Cod. Genev. 111a. fol. 119. Habent etiam Cod. 116. fol. 125, Epp. Bern. t. VI. p. 915. Simler. Vol. 102, et Baum. II. App. p. 120. Inscriptio desideratur.)

S. Mitto ad te exemplaria literarum, de quibus memini in postremis meis ad te literis, et historias seditionis Monspessulanae.[1]) Tu illa communicabis, quibus videbitur. De morte *Vivis*[2]) nostri certiora iam accepimus testimonia, ut iam nulla supersit dubitatio. Dominus aliquando sanguinem illum ulciscetur. Hic apud nos omnia sunt pacatissima, Dei beneficio. Ego, quoad possum, studeo in officio continere non solum nostros Nemausenses, sed etiam vicinos omnes: Sed interea multis in locis et templa occupantur, et idola deiiciuntur sine nostro consilio. Ego omnia Domino committo, qui pro sua bona voluntate cuncta moderabitur. Vale optime ac diutissime cum fratribus et symmystis et amicis omnibus.

Nemausi 31. Octobris 1561.

Tuus Petrus Viretus.

14) *Is fuit Jac. Sabaudus dux de Nemours. Condaeus scribit Turicensibus d. d.* 10. *Oct.* (*Baum* 102)*:* Je nay voulu faillir de vous advertir des entreprinses des Sgrs. de Guyse et de Nemours, ennemys de la vraye religion, qui voyants que soub le regne du roy de France le regne de J. C. sestoit tellement advance que facillement lon pouroit appercevoir que la Tyrannie de Lantechrist de Romme seroit en brief totallement dechassee dudit pays, apres sestre bande du coste du roy d'Espaigne pour maintenir ladicte tyrannie papale delibererent de desrober et emmener en Espaigne le second fils de France Mr. d'Orleans, esperans que soub le nom dudit jeusne prince ils auroient occasion de faire la guerre en France et contre les Evangelistes, estimans que bientost le pape donneroit le royaulme au premier occupant selon sa tyrannique coustume et que par ce moyen le roy Philippe au nom dudit petit duc d'Orleans, se portant son curateur, entreroit aysement en France avecque l'ayde des Gascquons et aultres papistes. Laquelle entreprise as este tellement descouverte que le Sr. de Nemours sen est fouy en diligence et bientost apres ledict Sgr. de Guyse sen est aussi fouy et retire du royaulme. (*Mém. de Condé* III. 375*; Languet* II. 156. 160. 186*; Mém. de Castelnau* I. 88. 774*; Hist. eccl.* I. 668*; Baum* II. 414*; Soldan* I. 528.

3595. 1) *Cf. N.* 3581 *seq.*

2) Ant. Vives, qui dressa à Beziers le corps de l'Eglise et prescha en diverses maisons selon l'opportunité. (*Hist. eccl.* I. 879). *Iussu D. de Joyeuse, praefecti Occitaniae in vincula coniectus est m. Oct. ineunte et submersus periit.*

3596.

GALLASIUS CALVINO.

Lutetiam venit maxime res domesticas curatum, et ab ecclesia retinetur, a Pictaviensi vocatur, sed Londinum rediturus est. De statu rerum obiter.

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 204.)

A Monsr. Monsr. Despeville.

S. Quum omnia quae hic geruntur plene ex literis *Bezae* nostri[1]) intelligas, neque me ea repetere necesse sit, paucis tantum agam ne desim officio meo. Nudius tertius in hanc urbem veni cum D. *Martyre,*[2]) qui se nunc recipit ad suos, tum ut ipsum comitarer, tum etiam ut convenirem propinquos et negotia mea curarem.[3]) Negliguntur enim a meis qui sua curant, et plura mihi exhibentur quam credideram. Soror, quae mihi unica supererat, peste obiit cum duobus liberis. *Faucherius* vir eius ita se conclusit domi ut vix cuiquam ipsum convenire liceat. Dum ita de propinquis et rebus meis cogito ad alia vocor quibus libentius operam dedi et longe gratiora fuerunt. Rogant enim me fratres et ministri ut concionem habeam atque ipsos adiuvem ineundo ordini coetuum et concionum qui nuper institutus est. Nam post illam seditionem[4]) quam hic plebs adversum nostros movit qui extra urbem aggregati erant, concessum est ut intra urbem duceni in privatis locis posthac aggregari possent. Mandatum etiam magistratibus, ne quid afferretur ipsis incommodi, ut plebem in

3596. 1) *N.* 3594.

2) *ibid.*

3) *Parisiensis erat et iam a.* 1547 *cum familia de patrimonio rem habebat, in qua causa usus fuerat Balduino advocato.* (*Biga resp. p.* 158 *cf. N.* 941.)

4) *N.* 3574.

officio continerent. Id quidem edicto publico cautum non est, sed epistolis [5]) quae ab arctiore consilio ad ipsos missae sunt. Heri igitur coepimus ita palam convenire infremente plebe atque etiam graviter minante. Observavit exitum nostrum ac turmatim nos in compitis exspectabat. Nihil tamen ausa, quoniam magna aderat nobilium multitudo, sed potissimum repressa est a praefecto rerum capitalium, qui obvios quosque antequam moverent fuste caedebat. Ita metu incusso dilapsi sunt, ac nostris viam patefacerunt. Tantum verbis lacessebant nonnullos, qui a nobis moniti contumelias neglexerunt. Aderant etiam quidam e decurionibus civitatis quibus idem mandatum fuit. Ita placide res peracta est, maximaque spes allata, maiorem posthac nostris libertatem fore. Ego hic ab ipsis expetor. Sed Londinum, ut iam antea scripsi, mihi redeundum est, nec de me quidquam adhuc possum statuere. Rursum mihi instant Pictavienses. [6]) Animus quidem mihi est in tanta messorum penuria omnem operam adhibere ut ipsos iuvem. Sed impetrata prius libertate. Adhuc tamen incertus sum quibus me potissimum addicam, nec velim ea in re sequi consilium meum. Dominus te conservet, mi pater, tibique integram valetudinem reddat, ut quam diutissime tuis laboribus frui consiliisque tuis uti possimus. Fratres et collegas atque etiam amicos omnes quam plurimum salvere cupio. Lutetiae ultima Octob. 1561.

Tui observantissimus
N. Gallasius.

D. *Martyr* hinc discedens petiit a me ut te ipsius nomine perofficiose salutarem.

---

5) *N.* 3594.
6) *N.* 3546.

3597.

BULLINGERUS CALVINO.

Theologi Germani Lutetiam missi, scilicet Augustanae obtrudendae causa. Comitia Rhaetica et Heremitana infacta re dissoluta. Trecius commendatur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 415. — Simler. Vol. 102.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori, domino suo colendo et fratri carissimo.

S. D. Si nescis, *Navarrus* petivit sibi a Principibus Germanis viros aliquot doctos mitti. [1]) Certo autem scio *Wirtembergensem* misisse *Beurlinum*, *Palatinum* Elect. *Dillerum* et *Boquinum*. De aliis an miserint et quos miserint nescio. Audio synodum Luneburgensem [2]) damnasse Wittenbergensem et in primis *Peucerum*. Quae superioribus diebus scripsi ad te de conatibus Lutheranorum et confessione Augustana Gallis obtrudenda, quotidie magis magisque confirmantur. Non male spero de *Palatino* Elect. et *Hesso*. De aliis varia referuntur. Rursus ergo vigilandum et orandum esse puto.

Comitia Rhaetica [3]) sunt finita. Discesserunt summa cum indignatione legati. Oleum enim et operam perdiderunt. Rhaeti manent in religione constantes. Comitia Heremitana [4]) inter Claronenses et 5 pagos sunt et ipsa finita. Oblata sunt rursus a 4 iudicibus quaedam pacis capita quae non possunt recipi a Claronensibus citra religionis verae perniciem. Arbitror itaque vel sententia iudicum iuridica causam terminandam, vel armis, quod absit, discutiendam.

Principes aliquot in Germania coeperant conscribere militem, quem iam rursus dimittunt. Non perspicue quae causa fuerit rescire adhuc potuimus. D. Christophorum *Trecium* Polonum [5]) tibi, domine colende, commendo. Integer est et spes de eo maxima est. Amat te et colit. Hybernabit apud vos ut te audiat. Si hunc amaveris et studia eius iuveris universae Poloniae inservies. Amatur ab optimis etc. Vale, carissime frater, una cum symmystis et fratribus, D. *Roseto* inprimis. Salutant te nostri omnes. Si quid ex Gallia habes communica. A postremis illis tuis nihil audivi. Tiguri 31. Octobris 1561.

Bullingerus tuus.

3597. 1) *N.* 3579. 3594.
2) *De conventu Luneburgensi a statibus Saxoniae inferioris convocato m. Iulio* 1561, *quo illi se Numburgensi opposuerunt, v. Salig.* III. 763.
3) *N.* 3498. *Ruchat* VI. 384 *sq.*
4) *N.* 3588.
5) *N.* 3394. 3404.

3598.

FARELLUS MINISTRIS NEOCOMENSIBUS.

Ex itinere in patriam. Agitat quaestionem quo pacto Matisconensibus satisfieri possit citra damnum aliarum ecclesiarum.

(Legitur in eadem scheda scripta ac N. 3591 sine inscriptione. Ex quo collegeris fortasse, Neocomenses Farello epistolam Calvini iam profecto misisse, ipsumque eadem charta usum responsionem iis mittendam hic adumbrasse. Edita est ad calcem Opusculi Farelliani: *Du vray usage de la croix* a Fickio a. 1865 recusi p. 304.)

S. Habui obvium optimum fratrem [1]) cum eo quem mittit ecclesia summe flagitans fratrem sibi dari: contulimus paucis de iis quae fusius audietis. Precibus valde est opus, ne quas nobis concredidit Dominus ecclesias desolemus. *Sorelus* quam sit nobis necessarius nostis. Hoc fratre quomodo carere possumus? Nec minus curandum est, ne in Deum et ecclesias tales ac tantas peccemus, si progressum evangelii et qui palam est fructum remoremur ita si mordicus nostra retineamus. Mature hic omnia sunt dispicienda ut secundum Deum fiant omnia. Quod ad me attinet, admiror ea quae Dominus proponit per hos, [2]) quum omnes dissuadeant transitum per Cameracum ob ducem tam infensum, ut dicunt, mihi, et montium asperitatem et rigorem hiemis qui apud nostros durior est. Hic ecclesiae nomine offert ut via commodiore, licet longior sit, possim ad nostros tandem deduci: ubi aliquamdiu apud eos haeserim. Multum me movet cum persuasione fratris *Calvini* consilium. [3]) Sed hic nihil praeter vestrum consensum volo agere. Si vobis probatur ut consilio fratrum qui Genevae docent agam, indicate, et praefectum salutatum horum conscium facite et eos quos oportet, ne levitatis arguamur, sed pateat nos in sancto perseverare proposito de sequendo Genevensium consilio, quum norint quid Gallicis ecclesiis expediat. Valete fratres. Christus Iesus suo vos plene spiritu dirigat, vos servet et ecclesias omnes vestris et ecclesiarum precibus adiuvari opto. Ex diversorio Sarrano [4]) Calen. Novemb. 1561. [5])

Vester Farellus.

3598. 1) *Nomen praebet editio supra laudata:* Rychele.
2) *In ea vocatione Matisconensium videt providentiae divinae monitum ne per Sabaudiam Vapincum petat, sed iter per Burgundiam praeferat.*
3) Videbis quid ecclesiae vestrae conditio ferat, *dicentis.*
4) *Cogitabamus de La Sarra, inter Orbam et Cossonex. Libellus a Fickio editus Serrières prope Neocomum indicat.*
5) *Hist. eccl.* I. 891*:* Farel allant de Neufchastel à Gap ville de sa naissance et passant par Grenoble y fit une vive et ardente exhortation . . . . et y laissa pour ministre Aynard Pichon. — *Appulit Vapinci d.* 15. *Nov.*

3599.

BEZA CALVINO.

Pro tempore Lutetiae et Sangermani diutius remanebit si quidem Genevenses id concedant. Interea conventus celeberrimi habentur, nimia sane fiducia et audacia.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 44. Reperies porro in Cod. 119, fol. 101, in Cod. Epp. Bern. VI. p. 953, et ap. Simlerum Vol. 102. Edidit Baum II. App. 120.)

A Monsr. Monsr. Despeville
a Villefranche.

S. Nihil hic accidit novi ex quo ad te scripsi. *Nemorsus* vel alicubi latet vel fuga sibi consuluit. [1]) Quid iis sit futurum qui abusi sunt ipsius stultitia, nondum resciri potest. Sed Deum spero paulatim eos ad iudicium pertracturum, quanquam id fortassis tardius fiet, quam optandum esset, quoniam mirae sunt illorum fraudes, et in tanta consciorum multitudine plurima metuuntur. Summa coniurationis erat: abducto maiore regis fratre urbem occupare, impetum in nos facere, denique et domesticis et externis armis omnia perturbare. Dominus qui in ipso articulo ista iam maxima ex parte patefecit, caetera, ut speramus, perficiet. Pridie Calendas Novembris solenni epulo celebravimus *Condensis* soteria, quod eo die superiore anno captus, nunc in oculis adversariorum vivat et Deo vivo serviat. Mitto ad te exemplar literarum, quas tandem impetravimus. [2]) Utinam nostri sese saltem ad duos menses contineant. Nam ex eo conventu qui tum futurus est, maiora etiam et certiora spero. Parisienses iam non possunt affluentium turbam continere, adeo ut pro ducentis interdum sex millia conveniant. [3]) Ego, etsi gaudeo propagari Dei reg-

---

3599. 1) *Latebat ap. Guisium in Nanteuil* (*Languet* II. 156) *cf. omnino N.* 3594 *not. ult.*
2) *Vide ibid.*
3) *Languet* II. 155. *d. d.* 10. *Nov.*: Calendis huius mensis nostri primum prodierunt in publicum, et sunt concionati et sacramenta administrarunt. Non quidem hoc fuit plane permissum a rege, ne edicta de ea re facta rescindi viderentur, sed tamen erat ex aula significatum, si convenirent non plures quam ducenti regem hoc toleraturum. Convenimus igitur, non CC aut CCC sed duo, tria, et interdum novem aut decem millia. Hodie vero existimo non pauciores quindecim millibus interfuisse concioni . . . . . Conventus fiunt extra urbem, et diebus profestis tantum ad vitandas seditiones: quod si diebus festis fierent concurreret infinita multitudo opificum et aliorum tenuiorum hominum. Quum convenimus, recipiuntur mulieres in medium. Ipsas mulieres undique cingunt viri pedites qui ipsi cinguntur ab equitibus. Dum habetur

num, tamen non desino monere et obtestari ut sese modis omnibus contineant, quoniam istos impetus existimo fraeno potius quam calcaribus indigere et vereor ne impatientia certam victoriam nobis ex manibus eripiat. Denique nostros potius quam adversarios metuo.

Iam venio ad meum reditum. Simul atque literas tuas accepi instare coepi multo etiam acrius quam antea, ut mihi fieret abeundi facultas. Tantum abest ut impetrarim ut etiam regina ipsa me accersitum expresse rogarit ut saltem ad tempus manerem. Ego nec renui aperte, nec annui, sed me staturum arbitrio eorum dixi quibus sum mancipatus. Ideo sese istuc scripturos dixerunt, ut trium mensium tempus mihi prorogetur. Rogo ut semel statuatis me nihil prorsus cupere, nisi quod censueritis expedire. Causae cur mihi manendum multi existiment, hae sunt. Regina nescio quo modo libenter me videt, quod est apud multos testata, et re ipsa sum expertus. Ideo cupiunt nostri proceres me hic manere, quasi fidei et obedientiae nostrarum ecclesiarum obsidem, tantisper dum in futuro illo conventu aliquid certi constituatur et ipsi conventui me volunt interesse. Huc accedit quod quatuor familiae (quarta enim iam, quae est D. *Cursolii*, iam accessit) cupiunt in unum ecclesiae corpus coalescere, et consistorii etiam disciplina regi, quod confici, nisi aliquo temporis spatio, ab alio fortassis quam me uno, ut nunc res sunt, non potest. E contrario valde torqueor quum te laboribus opprimi et scholam nostram iacere video, ut privatum tui et urbis nostrae desiderium omittam, quod sentio quotidie non modo non imminui sed etiam crescere. Vos igitur, si ad vos scribatur, statuetis quod censueritis expedire. Ut scribant nunquam postulabo, sed ut vel me dimittant, vel statim vobis satisfiat, hoc urgebo. De mea valetudine satis bene hactenus habui. Nunc obrepsit catarrhus partim ex aeris et loci intemperie, partim ex importunis et assiduis laboribus. Huic igitur malo ut tempestive medear, cras Lutetiam cogito, triduum ibi ad summum haesurus. *Normandius* heri venit, quem quum ego viderem visus sum mihi te conspicere et veluti renasci. Caetera ex ipsius literis cognosces. *Martyr* noster cum honesto comitatu et bonis conditionibus tandem dimissus est, et iter, ut opinor, ingressus est cum Marchionissa *Rotelini*. Ea si ad vos venerit, ingenue monebis ut maiorem habeat filii curam, ipsum vero etiam obiurgabis quod omnium improbissimos sibi coniunctissimos adhuc habuerit. *Burlinus* unus ex Wirtembergensibus legatis, peste interiit Lutetiae. Reliqui tres nempe *Dillerus*, *Bocquinus*, *Andreae*, ubi sint nescio, nec fortassis etiam resciscam. Qui illos suo unius consilio accersivit lupum nunc tenet auribus.[4]) Ita fit ut nullis placeant qui omnibus placere student. Haec nunc habui quae scriberem. Mi pater, rogo ut pro me precari pergas una cum caeteris fratribus quos una tecum Dei gratiae commendo. Ex Sancto Germano 4. Novembris.

Tuus Beza.

Uxoris factum moleste fero, neque id dissimulare potui in iis literis quas ad eam scribo. *J'adjousteray ce petit mot que, graces a Dieu, les choses sont bien changees, en peu d'heure, estans maintenant faicts gardiens des assemblees ceux la mesme qui nous menoyent en prison. Je crain seulement qu'il n'y en ayt qui par leur impatience en abbatent plus en un iour que ie n'en ay peu bastir en un moys. Loué soyt nostre Dieu quoy qu'il en adviene.* Exemplar literarum quas ad te mitto vide ut diligenter asserves, ne a quoquam describatur. Ita enim promisi et causam facile potes suspicari. Iterum vale. *Galasius*, qui solus adhuc mecum est, vos salutat. *Balduini*[5]) successorem adhuc quaero.

---

concio equites et pedites principis de la Roche sur Yon praefecti urbis occupant vicina loca, et si quem videant insultantem, eum coniiciunt in vincula aut verberant aut alio modo coerçent, et cavent ne quis tumultus exoriatur. Sub finem concionis colliguntur eleemosynae quae statim distribuuntur in pauperes qui magno numero occurrunt. Conventus fiunt sub dio . . . . . sed fiunt alii clandestini in variis locis urbis . . . . . . *Journal de Bruslart* (*Mém. de Condé* I. 59): Le 1r et 2d jour de Nov. se firent plusieurs grandes assemblees et conventicules en la ville de Paris, jusques au nombre de 2 à 3 mille personnes en divers lieux, quod non fuit sine magno incommodo reip. christianae, et le pis est que combien que M. le Prince fust lieutenant pour le Roy, ce neanmoins ny donna aucun ordre, disant quil avoit bien charge de empescher la sedition, mais de empescher presches et conventicules cela n'estoit de sa charge etc.

3600.

FARELLUS LIBERTETO.

Ex itinere. Usque exspectat collegarum consilium, dum ipse haesitat.

(Ex autographo bibliothecae pastorum Neocomensium, Fick. l. c. p. 305.)

Christi servo Christophoro Fabro patri et collegae in munere evangelico valde caro Neocomi.

4) *Balduinum notat, sed forte magis quam merebatur. Certe Palatini legati cum Gallis potius faciebant quam contra, ut Beza suspicari videtur.*

5) *lege:* Baduelli.

S. Exspectamus, sed non admodum grata mora, quid vos sentiatis. Et utinam congregatio accelerata fuisset, ac consensus vester fuisset ut nostros viserem. Nam cum *Nicolao* nostro, qui nunc solvit, ivissem ac potuissem interesse synodo vicinae quae in Provincia habebitur. Sed quod visum est Domino fiat. Cupio adiutum Matisconensem, ut si fieri possit hic sit Veneris, aut ad summum Sabbati. Mora fratribus hic est valde gravis sed mihi quam gravissima. Ideo maturet oro. Valde mihi displicet quod tandem huc inclinare omnes videam, ut meo consilio permittant quid agendum sit. Vellem enim simplicius dici: Hoc age! Deus quod optimum est officiat. Via nihil viribus detraxit, sed aucta sentio omnia: unde spero Deum sua clementia effecturum ut in gloriam sui nominis successus sequatur. Iube nostros bono esse animo et Deum precari. Spero omnia quae oportet me rescire per Matisconensem intellecturum. Iube omnes salvos esse. — — — — — — Vale. Genevae 4. Novembris 1561.

Tuus Farellus.

3601.

CALVINUS BULLINGERO.

Satanas Germanos theologos Lutetiam accersit et Rex Navarrae se papae vendit a quo luditur.

(Manu scripta non exstat. Habet Beza Genev. p. 260, Laus. p. 538, Hanov. p. 605, Chouet p. 356, Amst. p. 162.)

Sero admonitus fui de nuncii discessu, quum me ad legendum traherem.[1]) Sic enim loquendum est: quia nunc pedis, nunc totius cruris dolor vix me lente reptare patitur. Imo aegre me sustineo nisi alterius brachio innixus. Nunc fere hora quarta est post meridiem, et cras etiam proficiscitur nuncius, qui meas ad *Besam* et quosdam alios exspectat.[2]) Peto igitur, venerande frater, ut meae brevitati des veniam. Quanquam si plus esset otii, et ad scribendum essem alacrior, nescio an operae pretium facturus essem res Galliae narrando. Mitto enim a *Martyre* nostro literas,[3]) quae te, opinor, totius summae certiorem reddent: ac ipse brevi coram vobis exponet quidquid actum fuit. Pridem subolfeci diabolum in Germania clandestinis artibus moliri quod nunc tandem apparuit:[4]) et ante tres menses diligenter hortatus fueram Regem *Navarrae*, ut sibi ab insidiis caveret. Quam parum vero profecerim, quia chartae mandare piget, malo ex D. *Martyre* cognoscas ubi istuc reversus fuerit. Promiserat mira: et quo plus fidei acquireret, non dissimulabat se fuisse tentatum: sed silentio repudiasse eius postulata. Atqui ex Germania mihi scriptum est eius rogatu[5]) missos fuisse quinque theologos, qui nunc sunt in aula: nisi forte dimissi fuerint, quia sero advenerant tota actione abrupta. Quid si Deus perfidiam miseri illius frustretur, qui nefariis obsequiis papae se venditat, qui tamen eum ludibrio habet?[6]) Sed propediem aliquid sciemus. Vale, ornatissime vir et frater ex animo colende. Dominus tibi semper adsit, te gubernet ac benedicat tuos labores. Symmystis omnibus, uxori totique familiae multam salutem precor. Genevae 5. Novemb. 1561.

3601. 1) *N.* 3580.
2) *Nulla omnino hoc tempore scripta exstat.*
3) *item deperditas.*
4) *missis Lutetiam theologis.*
5) *cf. praecedentem Bezae.*
6) *alludit ad regis spem recuperandae Navarrae hispanicae.*

3602.

VERMILIUS BEZAE.

Ex itinere. Trecis cum episcopo conversatur qui sacris pontificiis valedixit. Divione tumultus ortus.

(Epp. Petri Martyris eiusdem Locis theol. subiunctae ed. 1580, fol. 582 v. ed. 1587, p. 1143. Exstat in Cod. Goth. 405, fol. 327. Simler. Vol. 102.)

Dei benigno favore adiuti 5. huius mensis Troiam[1]) salvi et incolumes pervenimus, ubi fratres una conveniunt ad Deum pure colendum, idque pacifice atque tranquille citra ullam adversariorum molestiam. Numerosa est admodum ecclesia et indies augetur. Episcopus[2]) nos perhumaniter excepit: qui iam Christi regnum serio promovet, nec tantum suas oves ipse pure docet, sed quia ei gravis scrupulus iniectus est de sua vocatione (quod

3602. 1) *i. e. Tricassium oppidum hodie Troyes. De ecclesia loci v. N.* 3569.
2) *Ant. Carraccioli, principis Melphitani filius, qui sub Francisco I. Pedemontii gubernator fuerat. Vermilius Possiaci ei innotuerat. De eo v. Hist. eccl.* I. 88. 86.

in ea populi electionem et confirmationem non habuerit) seniores ecclesiae reformatae accersivit, rogavitque ut pie ac prudenter dispicerent an eum vellent eligere, confirmare ac pro episcopo habere: quod si iudicarent faciundum, se daturum operam ut, sicut coepit, ita pergeret ecclesiam sibi commissam docendo et hortando pro viribus aedificare. Sin vero existimarent illum minus idoneum ad tantum munus, libere et aperte dicerent: se paratum esse loco cedere, modo ei liceat in ecclesia reformata vivere iuxta sanctam evangelii disciplinam. Rogavitque ut ea de re mature cum ecclesia deliberarent. Quod quum factum esset ab omnibus unanimiter ut verus episcopus agnitus et receptus est. [3])

Divione [4]) tumultus ortus est, non sane fidelium vitio, sed adversariorum petulantia et rabie. Nostros enim, quum sacrum coetum haberent, invaserunt, et quasi iusta pugna confligendum esset tympana adhibuerunt. Septem domus direptae sunt, quamvis nostri superiores evaserunt. Mittuntur ad aulam qui causam expositam secum adferunt. Voluissent ut ego rem eorum *Admiraldo* et principi *Condano* literis commendarem, sed existimavi satis esse si te rogarem ut apud eos id faceres, quibus etiam oro ut meo nomine plurimam salutem dicas. — — — — — — 6. Novembris [5]) Tresis 1561.

---

3) *Hist. eccl.* I. 767: Sur la fin de Septembre messire Ant. de Carracciol Ev. de Troys revenant du colloque de Poissy où il avoit aucunement profité, estant aussi solicité par quelques princesses et autres dames de la cour, se presenta au consistoire de l'eglise de Troys recognoissant ses fautes solennellement et requerant estre admis au ministere. Surquoy les advis se trouvans contraires, les uns estimans que ce seroit un grand avancement de l'attirer de leur costé, les autres ayant pour suspecte, et non sans cause, la legereté et vie impudique dudit Evesque iusques alors par trop cogneue, la resolution fut d'en demander advis aux ministres assemblés à Poissy, lesquels s'y trouvans aucunement perplex à cause de plusieurs circonstances qui se publioient, on envoya demander conseil à l'eglise de Geneve l'opinion de la quelle se trouve par escrit ès responses latines de Jean Calvin (*vide* Opp. X. 184). Cependant passa par Troys ce grand personnage P. Martyr, retournant de Poissy à Zurich, par l'opinion, duquel l'Evesque ayant faict abiuration et signé la confession de foy et promis de quitter son Evesché, fut reçu au ministere, non toutefois sans contredit, s'y estant opposé l'un des ministres nommé Pierre le Roy.

4) *Quod hic de Divionensibus narrat, hoc ei fortassis a Sorello traditum fuit. Hist eccl.* I. 778: Diion n'a esté des dernieres à recevoir la lumiere de l'Evangile. Mais ceux ausquels Dieu avoit ouvert les yeux n'ont iamais esté sans grande crainte, pour avoir esté, depuis la mort de l'amiral Chabot, gouvernés sous la maison de Guyse et ayant eu en ce temps pour lieutenant du Roy le Sr. de Tavannes, homme d'autant plus dangereux qu'il avoit eu autrefois la cognoissance de la religion. Mais outre ceux qui ont esté les plus rudes adversaires il faut compter Benigne Martin maire de la ville, lequel voyant au commencement du regne de Charles IX. que ceux de la religion venoient en avant, se delibera de les empescher tellement que encores que l'Edict de Iuillet defendit de recercher les personnes en leurs maisons pour le faict de la religion, ce neantmoins ne laissa de recercher et emprisonner hommes et femmes et s'oublia iusques à esmouvoir des gens par troupes pour saccager certaines maisons etc.

5) *d.* 21. *Nov. redux fuit Turici.*

3603.

L'ÉGLISE DE CASTRES [1]) A CALVIN.

Demande d'un second pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 219.)

A Monsieur Monsieur Calvin
a Geneve.

Grace et paix par Jesuchrist.

Monsieur, combien que ces jours passez vous aions fait entendre par un de noz freres le besoin que ceste Eglise ha d'un autre pasteur n'ayant que Monsr. *Floris* tout seul, toutesfois estans asseurez de la bonne affection de laquelle nous avez tousjours cheriz, avons pris hardiesse vous escrire ce mot par le frere present porteur, tant pour vous remercier des benefices quavons receus par vostre moien que pour vous supplier derechef si le maistre de la moisson vous presente quelqu'ouvrier propre a ceste Eglise vous plaise nous en pourvoir comme nous avons fait les Eglises circonvoisines, aiant en cest endroit plus desgard a lavancement de lhonneur et gloire de Dieu qu'a nostre particuliere commodité. Nous prions donc le Seigneur que comme par vostre moien ceste Eglise a prins un fort heureux

---

3603. 1) *Sur cette église on lit dans l'hist. eccl.* I. 12: Quelques années apres 1532 vint un cordelier nommé Marcii qui feit merveilles de prescher à Castres d'Albigeois et en Rouergue et depuis fut mené prisonnier à Tholose où il scella de son sang la doctrine de verité. *Ibid.* 874: A Castres ceux de la religion combien qu'ils fussent en petit nombre, ce neantmoins en 1560 environ le mois d'Avril ils eurent pour ministre Geoffroy le Brun, par le ministere duquel le nombre accrut tellement qu'y pouvant plus suffire il fut envoyé en Octobre à Geneve pour y recouvrer des coadiuteurs. Il fut remplacé pendant quelque temps par La Vallee envoyé de Toulouse. En Février 1561 Pierre de l'Hostau envoyé avec letres de le Brun recommença de prescher par les maisons. En Avril Raymon Berthe et le Brun, de retour de Geneve, prescherent publiquement, ce dont on fut de nouveau obligé de se desister iusqu'en Iuin où Fleuri de la Rivoire (*Floris?*) autre ministre envoyé de surcroist recommença de prescher publiquement.

commancement quelle en puisse aussi recepvoir accroissement. Nous recommandans a voz sainctes prieres. De Castres ce vi[e] Novembre M. D. LXI.

Toute leglise tant en general qu'en particulier vous salue.
Voz tres humbles serviteurs et freres
Florys de la Rivoyre
Donadieu Delescout
Bosquet Bouffard.

3604.

BEAULIEU A CALVIN.

Il donne quelques renseignements sur différentes églises et annonce l'arrivée d'un député qui doit chercher un ministre. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 196, fol. 218.)

A Monsieur Monsieur d'Espeville.

Monsieur, Je ne vous escry pas beaucoup pour le present masseurant bien que la bonne amitié qui est entre vous et monsieur *de pacy* auquel i'escry assez amplement des affaires de par deça, ne permettra point que soyez frustré de ce que desirez.[2]) seullement je desire vous advertir de mon voyage de Sens (comme aussi i'en ay escript audit Seigneur *de pacy*). I'ay la trouvé de fort gens de bien, iacoit quilz soyent en petit nombre. Ie me suis employe au mieux que i'ay peu envers eux, touchant les affaires de lEglise et les ay laissez en fort bon propos, auquel ilz continuent, comme me l'ont donne d'entendre quelques advocatz et aultres qui a diverses fois nous sont venus voir a seant en othe et m'ont dit (comme aussi l'un des principaux d'entreux nous lont escript lundy dernier) que dimanche prochain leur homme passeroit icy pour aller vers vous pour la provision de leur Eglise de laquelle iay grande esperance. Encores que les difficultez soyent grandes sil plaist a Dieu leur donner ung homme de scavoir et de coeur, l'on en verra dans peu de temps sortir un grand fruict. Maistre Mathurin *de la Brosse* [3]) ma promis au departir qu'il suyvra du tout vostre conseil. Il l'a ainsi promis a Monsieur *de Pacy*: i'espere qu'il sera homme de promesse. I'ay grande occasion de louer Dieu de la benediction quil donne a mon labeur. Le Seigneur vueille encores plus abondamment benir le travail de tous ses serviteurs. Noz freres de ceste Eglise vous saluent tous en nostre Seigneur, aussi fay ie moi, vous priant estre recommandé a vostre bonne grace et de voz sainctes prieres et de toute la compagnie, aussi priant Dieu vous avoir en sa garde et longuement preserver pour le bien de son Eglise. De Seant en Othe ce 6 en Novembre 1561.

Vostre humble serviteur et frere
De Beaulieu.

3604. 1) *Comp. N.* 3545 *et la suivante.*
2) *Cette allusion ne s'explique pas par la lettre que nous venons de citer. Le Seigneur de Passy n'est autre que l'ex-évêque Jaques Spifame avec lequel Beaulieu parait avoir été lié plus particulièrement.*

3) *Hist. eccl.* I. 769: Ceux de Sens recouvrerent pour ministre un nommé de la Brosse, homme de grandes lettres qui dressa et entretint l'Eglise croissant de iour en iour. — *Il avoit été successeur de Carmel à Motiers dans le Val de Travers.* (*Bulletin* XII. 351.)

3605.

BEAULIEU AUX MINISTRES DE NEUCHATEL.

Nouvelles des églises de la Champagne.

(Autographe de la Bibliothèque des Pasteurs de Neuchâtel. Baum II. App. 125.)

Grace et paix de par Dieu nostre Pere et le Seigneur Iesus Christ vous soit multipliee. Amen.

Mes tres chers et honores peres et freres en nostre Seigneur. Pour cause des urgentes affaires de leglise esquelle ma faillu employer en mon endroict, sans avoir guieres de loisir comme encores nen aye guieres davantage a present pour escrire a mes amys, touttes foys ayant maintenant l'opportunité en main par le moyen de ceste homme de bien present porteur Je nay voulu faillir vous escrire ce petit mot pour vous advertir que loeuvre de Dieu sadvance merveilleusement par deça, maulgré satan, principallement a Troyes en Champaigne la ou cest que le nombre des fidelles est fort grand. J'arrivay la le 16 en Octobre et fus receu fort humainement de plusieurs d'entreux. Ayant

consolé l'eglise qui pour lors s'assembloit de nuit en maison occulte, je me retiray en ce lieu icy ou jestois attendu. De vous escrire comment j'ay este receu des gens de bien je ne le scauroys faire suffisamment. Nostre petite eglise croist a vue d'oeil, Dieu mercy, tellement que la grange qu'avons par faulte de temple ne nous peult plus contenir. De plusieurs lieux circonvoisins les povres gens de toutes sortes, signamment des gens doeuvre accourent vers nous comme affames de la pasture de vie. Nous sommes icy, Dieu mercy, en grande liberté, encores que nous soyons le plus petit nombre, nous sommes pourtant les maistres en tant que nous avons la justice pour nous, en toutes les plus grosses testes. Nous nous confions en Dieu que nous aurons tantost le reste. Nostre petit troupeau a receu incontinant la discipline ecclesiastique qu'avons desja commence a prattiquer. Nous aurons ii diacres, six anciens et en avons aussi donné aux fideles de deux autres paroisses qui se sont adjoint a nous. Je suis logé chez le recepveur de la seigneurie, jadis presre maintenant chrestien que nous marierons en brief. Nous ne sejournons guieres a la maison, ains souvent allons luy et moy escarmoucher la papaulte d'ung costé et d'aultre. Le cinq de ce moys je fus appele a Villemor qui est une petite ville a deux lieues de nous pour baptiser ung enfant, plusieurs des nostres me firent la compagnie avec grand nombre des circonvoisins. Ce que les chanoines du lieu ayant entendu deserterent de grand matin leur service du vin et apres avoir mis leurs Dieux en sauveté gaignerent a pied craignans que nous leur voulussions faire du mal. Ainsi Dieu les estonna tellement que ils nous laisserent la place au grand mecontentement de la populace. Et dans lung des temples je feis la predication puis baptisay lenfant et partismes tous de la en sauveté, ayant premierement dresse là leglise laquelle est maintenant jointe a la nostre. Aussi je avoys este a Sens le 22. d'Octobre la ou je formay ung petit commencement d'eglise laquelle consolay le soir dans la maison dung advocat fort homme de bien. là où nous nous trouvasmes en nombre d'environ 30 personnes. Le lendemain l'assemblee fust d'environ cent personnes en la maison dung procureur. Ils me vouloyent retenir dadvantage avec eulx, mais les necessités d'aultres eglises me contraignirent partir plustost mesme que je neusse voulu. Jay grande esperance de ce bien la de Sens sil plaisoit à Dieu leur donner quelque homme de bien et docte il en pourroit advenir beaucoup de fruict en tant que Sens est un grand baillage et a des villages et villettes voysines qui sont deja fort avancés en la parolle de Dieu. Ils mont prie tant et plus leur vouloir donner adresse par devers vous, pour avoir quelcun pour quelque temps en attendant que l'Eglise de Paris leur ayt pourveu de quelque pasteur, homme de savoir et experimenté au faict ecclesiastique comme de longtemps on leur a promis. Pourquoy ne leur ay peu renier cest escript vers vous pour vous prier et tres affectueusement supplier au nom de Dieu leur vouloir assister encore que soyez fort pressez d'ailleurs et nayez pour le present beaucoup de gens en main propres pour ung tel lieu. Car il y a beaucoup de gens fort doctes tant legistes quautres et gens de grande apparence et beaucoup de connaissance dont on a bonne esperance. Sil vous plaisoit prester Mr Mathurin *de la Brosse* pour quelque temps seullement et que luy eust le moyen pour se mettre en ce temps en chemin avec bon vouloir, comme vous scavez tous que Dieu la doué de beaucoup de beaux dons au moyen desquels il pourroit beaucoup profitter en ce lieu là Je vous en voudroys fort prier et luy aussi. Asseurant bien de la part de ces gens de bien qu'il naura faulte d'aulcune espece et sera le tres bien venu avec eulx en tant qu'ils desirreroyent bien avoyr un tel homme meslé de toute bonne science principallement des langues. Au reste jespere vous voyr, aydant Dieu, après cest hyver, me recommandant cependant a vos sainctes prieres. Vous suppliant avoir toujours l'eglise de la Bonneville pour recommandee. Je ne vous escris rien davantage de Troyes masseurant bien que mon frere *Sorel* vous en aura amplement escrit. Daultres nouvelles aussi ce present porteur vous en pourra suffisamment informer.

De seant en Othe ce 7. en Novembre 1561.

Vostre humble frere et serviteur,
de Beaulieu.

3606.

L'ÉGLISE DE MILHAU [1]) AUX MINISTRES DE GENÈVE.

Demande de pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 196, fol. 221.)

A Messieurs Messieurs Calvin et amis ministres de leglise de Geneve

a Geneve.

3606. 1) L'eglise de Milhau (*Aveyron*) fut dressee 1560 par le ministre Malet. Emprisonné et mené à Rhodes avec plusieurs protestants de l'endroit, ils furent elargis apres que leur proces eut trainé assez long temps. (*Hist. eccl.* I. 337.)

Salut par Jesus Christ.

Messieurs, Je croy que vous estes bien advertis que (graces a nostre seigneur) la parolle de Dieu prospere et avance journellement. A cause de quoy il est besoing de ministres qui s'employent de plus en plus a lheuvre du seigneur. Mais pour aultant que la commodité n'est pas donnee a toutz den recouvrer quant bon leur semble ny de telz quil seroit besoing Comme nous le scavons par experience Car en ce pays y a beaucoup de villes et villaiges ausquelles une bonne partie du peuple est affame de la pasture celeste mais le moyen de lavoir luy deffault a cause quil n'y a point de ministres que les puissent enseigner Veu quil ny a que deux villes seullement quen soyent pourveues et non pas encores a soufizance. Car nous n'en avons qu'ung lequel combien quil face ce que peult, peult toutesfoys a grand peine fournir a la charge qui est en ceste ville. Car leglise est grande et croit de jour en jour a cause de quoy il luy est impossible d'aller autrepart vers ceulx qui journellement nous solicitent pour estre secourus de nous, et pourtant, messieurs, nous vous supplions tres affectueusement que d'aultant que vous aymes et desires la gloyre de Dieu et ladvenement du regne de son filz Iesuchrist, il vous plaise nous envoyer quelque homme doct et tel que vous cognoisses estre propre au ministere pour nous ayder Et aussi aux villes circunvoysines selon quil sera expediant. Car certes nous en avons grand faulte et en priant Dieu, messieurs, de plus en plus vous augmenter ses sainctes graces, nous recommandant tres humblement aux vostres et a vouz sainctes prieres et oraisons. De Milhau en Rouergue ce huictieme jour de Novembre mil V°. LXI.

Voz treshumbles freres et serviteurs
de leglise de Milhau
Lepeire Antonis
Aldebert Berdalle G. Segurier
O. Mercyer Buscayle
Secretaire de la dite eglise.

3607.

ZANCUS BEZAE.

De colloquio Possiacensi et rebus Argentoratensibus.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi p. 169.)

S. Ad amicos nihil unquam, doctissime atque observandissime *Besa*, scribere amici hominis non est. Viris etiam vehementer occupatis prolixas legere literas scio quam sit molestum. Ergo neque nihil neque multum ad te scribo. Non nihil, quia amicitia nostra non fert. Non multum, quia tuae gravissimae occupationes non patiuntur. Quae vero scribo haec sunt: gavisos quidem fuisse nos, idque non mediocriter, quum principio audivimus institutum fuisse colloquium, et ad hoc *Martyrem* et te, ut de reliquis taceam, delectos fuisse, sed nunc incredibili plene [1]) laetitia esse affectos, posteaquam confessionem de re sacramentaria legimus atque in eam utramque partem consensisse accepimus: tristatos vero non parum fuisse ubi sanctum illud vestrum colloquium invidia diaboli impeditum atque dissipatum fuisse cognovimus: gratulari igitur nos quum toti regno tum inprimis christianissimis regibus atque illustrissimis principibus et vobis doctissimis viris istud felicissimum colloquii vestri principium: deinde Deum, ut quae ipse feliciter incepit felicissime etiam continuet atque perficiat, perpetuo tam privatim quam publice, praemisso etiam publico totius ecclesiae ieiunio, precari: cupere etiam ut vicissim vos tam nos quam ecclesias nostras Deo patri per Christum precibus vestris commendetis. Dum enim istic Christus suam quotidie propagat doctrinam, hic Satan non cessat viribus suis omnibus illam penitus exstinguere. Non deesse quidem bonos viros qui propugnent, inter quos vexillum fert noster *Sturmius*: interim tamen oppugnantium vires et multas et non contemnendas esse. Quum igitur omnes simus unum corpus, et non minus nos quam vos gratia et protectione Dei opus habeamus, rogare vos ut et in suscepta contra Satanae regnum expeditione constanter perseveretis, et pro nostrarum ecclesiarum adversus eundem Satanam protectione ac conservatione indesinenter oretis. Servet vos Dominus Iesus fortes animo et incolumes corpore ad sui regni propagationem et conservationem. Vale tu cum omnibus tuis commilitonibus, vir Dei, et si istic sunt D. *Dillerus*, principis Palatini concionator, et D. *Boquinus*, iubeo illos speciatim salvere. Argent. 8. Novemb. 1561.

Tui amantissimus
H. Zanchius.

3607. 1) plane?

3608.

BEZA CALVINO.

Proponit ei quaestionem de episcopis in coetum piorum recipiendis.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 46. Exstat quoque in Cod. Genev. 119, fol. 103, in Cod. Epp. Bern. VI. 947, ap. Simler. Vol. 102. — Edidit Baum II. App. p. 127.)

A Monsr. Monsr. D'espeville
a Villefranche.

S. Ex postremis literis potuisti intelligere, quo in statu res nostrae versentur. Veni in urbem [1]) ut minanti morbo occurrerem. Sumpto pharmaco Dei gratia melius habere coepi, et cras cogito in aulam reverti, id est ad quotidianas curas, quibus utinam possim sufficere. Sentio enim mihi multo plus animi esse quam virium. Sed inhumanum esset in istis tempestatibus fratres deserere qui in me respiciunt, et absente me video iam in aula factum esse quod fortasse praesens impedire potuissem. Sunt enim coetus in suburbia reiecti [2]) et cautum est ne festis diebus conveniatur. Hoc non multum morarer, nisi viderem tantum esse concurrentium fervorem ut inde nihil aliud nasci possit quam illud ipsum quod nostri praepostere conantur effugere, nempe novorum tumultuum occasio, in quibus video tantam esse nostrorum procerum trepidationem ut quidvis adversariis concedendo audaciam eorum confirment, a quibus nihil prorsus esset metuendum, si saltem virilem virtutem nostri illi simularent. Sed de his alias. Reversus in aulam vel impetrabo missionem, sicut postremis literis meis tibi significavi, vel saltem ut retentionis meae causas ad vos scribant, de quibus iudicetis, quod absente me promiserant se facturos.

Interea delata est ad me in hanc urbem controversia prorsus nova et maximi momenti. [3]) Eam tu cognosces ex ipsius N. [4]) literis et quam multa in quaestionem cadant pro tua prudentia iudicabis. Tantum te admonebo quorundam quae operae pretium est ut noris. Quis antea fuerit episcopus satis nosti. In conventu Possiacensi nemo sese fortiorem et liberiorem praestitit. Sed interea magnae causae sunt cur suspecta sit hominis levitas. In *Regio* iam pridem observavi ingenium paulo morosius quam par sit, et quandam naturae acerbitatem quae facile in superbiam transeat. Quanti momenti futurum sit quidquid hic statuetur, satis intelligis, et possum tibi affirmare, alios aliquot episcopos esse, qui parati sint hoc exemplum sequi, si quid moderate statuatur. Itaque rogo ut istam causam non in hypothesi sed θετικῶς pertractes, et ita quidem ut eorum imperitiae aliquid condones qui exactam illam tuam brevitatem non satis capiunt. Crede mihi, proderit multis hoc tempore tuus hic labor. Et quoniam tria praecipue hic a nobis quaerunt, unum quo adhibito examine sint istiusmodi homines admittendi, alterum quae sit in iis habenda episcopalis vel alterius dignitatis ratio, tertium quid sit illis consulendum de temporalium, quas vocant, facultatum vel abiectione vel retentione, rogo te ut tuam super his omnibus sententiam nobis exponere non graveris et quidem primo quoque tempore, quoad valetudo tua feret. [5]) Interea dum responsum tuum exspectamus, censuimus illum esse in ecclesia recipiendum, modo confessioni et disciplinae subscribat. Recepit quoque se vitae superioris veniam in publico coetu petiturum, sed nescio an expediat hoc urgere. Nutat *Salignacus*, homo omnium istorum doctissimus et integerrimus, quem optarem literis tuis instigari, [6]) ut semel tandem aperte Christum ita profiteatur, ut impietatem etiam oppugnet et ecclesiae se coniungat.

Impudenter facio, mi pater, dum haec onera tibi impono, sed memineris mihi, homini plus quam credas imperito, nullum alium esse ad quem refugiam. Succurrit quidem mihi interdum quod respondeam, Dei gratia, sed mihi conscius imperitiae meae, atque etiam facilitatis nimiae, malo saepe obmutescrere, quam temere in rebus tam seriis respondere: sed ubi autoritas tua accesserit tum plane confidentem me senties. *Normandium* nostrum arbitror hodie ad suos [7]) profectum, ut statum rerum suarum praesens cognoscat. Uxorem et familiam tibi commendo. Bene vale, mi pater, cum collegis et amicis omnibus. Dominus Iesus te servet. Parisiis 9. Novembris.

Tuus Beza.

3608. 1) *Cf. N.* 3599.
2) *Vide quae ex Langueto annotavimus ad ep. modo laudatam.*
3) *de recipiendo Trecensium episcopo Caracciolo.*
4) *Scripserat primum:* Regii (*non:* Regis, *ut mendose habet impressum*). *Pierre le Roy, v. d. m. apud Divionenses* (*Bullet.* IX. 294) *qui recipiendum negaverat. Cf. N.* 3569.

5) *Vide Consilia Tomi* X. *Parte* I. *edita p.* 184.
6) *N.* 3615.
7) *Noviodunum.*

3609.

CALVINUS ECCLESIAE INCERTAE.

De baptismo minus legitime administrato.

(Edidimus ex editione Bezae Genev. p. 334, Laus. p. 539, Hanov. p. 605, Chouet p. 459, Amst. p. 209, inter Consilia Tom. X. P. I. p. 214. Pertinet ad 13. Nov. et incipit a verbis: *Literas vestras perquam nobis* etc.)

3610.

LE MAÇON A CALVIN.

Demande de pasteur pour Moulins.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 223.)

Monsieur Monsieur d'Espeville
a Geneve.

Monsieur, noz freres de Moulins ont fait toute diligence pour recouvrer entre nous ung ministre pour leur ville, mays pource que nous avons encores a pourvoyr vint eglises pour le moyns de nostre province devant que nous en puissions envoyer hors ladite province estans particulierement obligés a jcelle plus qu'aux autres plus eloignees jl nous eust esté jmpossible de satisfayre a leur desir de long temps. Il est vray que nous cognoissons limportance du lieu qui est grande mays si ne les eussions nous peu preferer aux autres, et pource quilz nous sont prochains et que la necessité y est tres grande aussi et que le dernier deux tous nous en [*ont*] faict requeste pour le moyns deux an devant ceux de moulins et ont eu promesse de nous. A ceste occasion nous avons conseillé a noz dits seigneurs et freres de moulins de se retirer par devers vous pour optenir de vous ce quilz desirent et leur avons baille ce mot descript tant pour adresse que pour vous recommander affectueusement leur affayre. Vous scavez mieux que nous de quelle consequence est ceste ville la. La multitude de ceux qui desirent la predication de levangile y est merveilleusement grande et semble sy presenter ung tresgrand moyen davancer la gloyre de Dieu. Nous nous asseurons que y aurez egard et y pourvoyrez le mieux et le plus tost quil vous sera possible selon laffection ardente que dieu vous a donnee a lavancement du regne de son filz. En cest endroict apres nos humbles recommandations a vos bonnes graces nous prierons Dieu, Monsieur, vous acroistre en toutes benedictions et fayre de plus en plus profiter voz saincts labeurs. ce xv. de Novembre 1561.

Vostre humble et obeissant serviteur
La Riviere.

3611.

COLOMIÈS A SARRAZIER.

Il explique au long pourquoi il n'a pas voulu accepter la place qu'on lui destinait, ne se croyant pas encore à même de la remplir convenablement. Il prie qu'on l'excuse auprès de Calvin.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 197, fol. 7. Au dos on lit: *Memoire a Monsieur Sarrazier laisné pour Archambaut Colomies.*)

Memoire a Monsieur Sarrazier L'aisné de remonstrer a Monsieur d'Espeville.

Premierement que devant toutes choses je veux et enten suivre le bon conseil et advis d'jcelluy et de ceux de sa compaignie principalement a lendroit de loeuvre du seigneur pour ladvancement de laquelle je desire nemploier et tout mon pouvoir avec toute fidelite et diligence.

Item que la cause qui ma empesche daller a Basaz [1]) na point este faute de bon vouloir mais plus tost la craincte que javoye de nestre receu comme il estoit requis pour le regard de la charge qui mavoit este commise, et ce dautant que quasi je masseuroye que ceux de Basaz avoient entendu (comme ainsi soit quils soient circonvoisins de Bourdeaux) que je quittoye la premiere charge a faute destre façonne a prescher et que ceste seconde charge nestoit pas moindre que laultre ains plus grande et difficille veu les circonstances de lune et laultre. Car a Bourdeaux je pouvoye estre supporte et redressé, voire mesmes enseigné par les freres qui estoient desja exercez et avancez es charges ecclesiastiques, mais a Basaz je me voyois estre privé de toutes ces commoditez et aides.

Que jentendoye desja qu'aucuns du consistoire dudit Basas, disoient quils auroient besoin dun homme qui fut desja façonné a prescher. Car aultre-

---

3611. 1) *En 1561 il y avait là un ministre nommé Du Pont, envoyé par le synode de Ste. Foy.* (*Hist. eccl.* I. 806.)

ment il estoit a craindre quon fit plus tost reculer les brebis que les y attirer et avancer.

Quayant considere toutes ces choses javoye arreste de men retourner a Geneve afin de continuer mes estudes pour estre employé en loeuvre du seigneur quelque aultre fois estant plus exercé et façonné que je nestoie.

Que lors ceux de Bourdeaux me dirent quils me prioient de demeurer en leur eglise pour laquelle javoye este premierement ordonne et quapres que je me serois eyercé quelque temps en deux petites eglises auxquelles ils me prioient daller.

Ils vouloient que je feusse presenté au peuple qui estoit en leur eglise pour exercer la charge de ministre si le seigneur me donnoit de quoy.

Que je leur ay accorde de mexercer ausdictes eglises pour faire mes premiers coups dessay afin de me façonner a prescher pour estre apres employé a Bourdeaux ou a Basas ou bien en quelque aultre lieu ainsi quil sera advisé par ledict Monsieur d'*Espeville* et les aultres de sa compaignie.

Que du tout je luy escriray apre mestre ung peu exerce layant auparavant communicqué a ceux de Bourdeaux.

Quil luy plaise ce dessus consideré mavoir pour excuse et ne trouver estrange de ce que je ne luy ay encores escrit.

A S. Justin ce xvii de novembre 1561
Archambaut Colomies.

Vous plaira dire a Monsieur vostre frere que je le prie quil presente mes affectueuses recommandations au Sire *Noel* et a la dame sa femme qui ont este mes hostes, ensemble a tous ceux de leur maison. Et sil vous semble pourrez remonstrer tout ce dessus aux aultres ministres. Dieu soit avecques vous.

3612.

ANONYME A CALVIN.

La messe est rentrée en Ecosse avec la reine Marie. [1])

(Copie. Bibliothèque nationale. Coll. Dupuy Vol. 102, fol. 128.)

Loué soit Dieu le Pere de nostre Seigneur Iesus Christ qui de son inestimable bonté et soing paternel, laquelle il desploye sur ces foibles et improfitables serviteurs non seulement les conservans en leur extresmes necessitez mais aussi souventesfois previent leurs douleurs et plus dangereuses tentations comme il scait et cognoit mieux que nous mesmes par sa divine providence nous estre expedient pour les soustenir afin que totalement ils ne succombent soubs le fais. Car nos [2]) plus comfortables lettres vindrent en mes mains lors iustement que la royne nostre maistresse arriva. La ioye desquelles (comme Dieu sçait) outrepassoit ce que ie pourrois exprimer par lettres, autant que par icelle ne me fut seulement mis devant les yeux quil failloit que les plus chers enfans de Dieu se preparassent à perpetuels et continuels combats en ceste vie: mais aussi que l'issue en seroit ioyeuse et prospere à nous qui nous contristons et lamentons pour iustice et equité et les tournera à confusion et destruction à ceux qui nous molestent. Combien de ioye m'apportarent telles admonitions ie vous laisse à en considerer. Quand dedans quatre iours apres ceste idole de messe fut erigee et redressee au palais de la Royne, Laquelle iusques auiourdhuy est receue et maintenue sans espoir de reparation et ce à cause de quelques uns qui se sont donnez pour grands favoriseurs à la verité par cidevant qui franchement afferment quil n'est ni aux subiects ni au conseil de faire laisser [3]) cest idole à la Royne pour ce, disent ils, quelle pense bien faire en ce faisant et que nous ne luy pouvons non plus oster, qu'elle à nous, la liberté de nostre relligion. Quelques bons de nos ministres, et en special .... [4]) iournellement en leurs presences, car il est ministre la establi comme m'asseure que scavez, disent et preschent du contraire affirmans que le conseil et reste de la noblesse par lesquels Dieu a si puissamment averé que par eux il a purgé et nettoyé tout le palais entier d'idolatrie, au moins qui fut manifeste ou publique, ne devroit pas souffrir icelle estre reerigee et redressee, si ce ne fust quils fussent contrains et coactes par quelque plus grande force à laquelle ils ne pourroyent remedier ni resister: mais telle force n'est iusques auiourd'huy apparue en ce royaume. Aussi des cerveaux trop fondez sur ceste police mondaine qui gouvernent à ceste heure la court, ne craignent les sentences et iustes iugemens de Dieu prononcez assiduellement par nos prescheurs pour nostre ingratitude, de sorte qu'iniquité non seulement continue mais prend accroissement de iour à autre pour raison que nous sommes discordans entre

3612. 1) *Voyez la lettre de Knox N.* 3584.

2) vos?

3) laisser faire?

4) *lacune laissée en blanc par le copiste qui ne pouvait déchiffrer le nom.* (Knox?)

nous mesmes sur ce point, à scavoir s'il nous est licite de deffendre et faire laisser ceste idole à la Royne ou non, ou si ce ne nous est peché de le souffrir, veu quil est en nostre puissance de le reprimer et oster. Et en ce poinct ie vous veux prier tresinstamment de me mander vostre iugement et advis avecques telle expedition que la commodité pourra porter. Quant est de mon faict, ie ne frequente pas souvent la court et ce non seulement à cause de ceste idole laquelle y est me desplaise, mais aussi que maintenant abonde entre la plus grande partie que sobrieté et vertu est chassée au loing et qui est plus contemnée et tenue en mespris et mocquerie, bien quelques uns y a du conseil qui parlent fort haut de l'idolatrie qui s'y commet iusques a parler en la presence d'elle mesme. Cela leur semble suffisante et valable descharge de leur conscience, mais pas un d'eux ne peuvent estre persuadez de luy en deffendre l'usage, de sorte que d'une petite quils luy ont soufferte du commencement elle est parvenue à une grande chantée à parties, et dune qu'elle avoit au commencement elles sont venues à trois par iour, et qui plus est nous craignons fort quelle pretend plus que nous ne voyons encores apparoistre. Au demeurant ce commencement qu'avons ouy de la conference en france apporte grand ioye a tous les coeurs des fidelles ici, de laquelle n'avons encore entendu la conclusion finale: en attendant nous prions l'Eternel nostre bon Dieu quil veuille maintenir la cause de son fils nostre Seigneur Iesus Christ et quil baille sagesse constance et hardiesse à ses fidelles ministres et aussi nous preserve longuement pour l'ayse et comfort de son troupeau. Et sur ce me recommandant bien affectionnement à vous et à tous fidelles avec vous Ie vous commets de tout mon coeur en la protection du Toutpuissant.

De Londres ce 18. Novembre 1561.[5])

Vous plairroit il aussi d'avoir souvenance de moy chetif dije et abiecte creature en vos prieres à ce bon Dieu.

Celuy qui demeure tousiours vostre fidelle ami et frere en nostre Seigneur Jesus Christ.

5) *Des Gallars dans sa lettre à Vermigli du 25. Nov. parle de lettres qu'il a reçues d'Ecosse par l'ambassadeur français. Peut-être celle-ci était du nombre.*

3613.

N. A CALVIN.

Demande d'un pasteur pour Valence.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 197, fol. 8.)

A Monsieur Monsieur depville
a Geneve.

Monsieur, estant en ceste ville de Lyon noz freres de Valence mont adverty de la responce quil vous a pleu leur faire touchant le pasteur et ministre que nous demandons duquel nous ne nous pouvons plus passer pour rayson du grand nombre des fidelles qui de jour a aultre saugmente a Valence[1]) et dallieurs que pour le jourdhuy nous esperons estre fortiffiez et en bonne asseurance. Car nostre gouverneur a les mains liees et luy est commande de se tayre, ce quil fera. Parquoy, Monsieur, ne fault doubter aulcune chose en ceste cause. Je me suis advise vous escripre la presente par ce pourteur expres avecques ce que vous en escript monsieur *Danduze* vostre beau frere a ce quil vous playse nous vouloir tant faire de bien que de supplyer nos seigneurs et peres aux fins quilz ayent pitye de nous et que a ses* fins leur bon playsir soit nous faire avoir ung bon pasteur qui soit docte de bonne vye et saincte conversation, qui nous puysse en toute purite et fidellite prescher et anoncer le sainct evangille. Je le retireray a ma maison et avecques layde du seigneur Dieu le mectray en telle et si bonne asseurance que moy et plus de mil personnes que nous serons exposerons noz vyes a la mort avant que nous permettions ne souffrions que luy soit faict aulcun tort a sa personne. Parquoy, Monsieur, il vous plaira avoir souvenance de nous et vous y employer et sil vous plaist me faire responce par ce pourteur qui soit telle que nous puyssions avoir ce que nous demandons a ce que nous nous acheminions pour laller querir en bonne asseurance. Ce que nous ferons quant loccasion se presentera, nous tenans tous asseures de vostre bonne volunte et de la dilligence quil vous plaira y faire. Je ne vous feray la presente plus longue si non que je me recommanderay tres humblement a vostre bonne grace daussi bon cueur que je prye nostre bon Dieu et pere par Jesus Christ son filz nostre seigneur vous donner,

3613. 1) *Valence avait traversé de terribles crises sous l'administration du lieutenant-général La Motte Goudrin, qui fit décapiter le ministre Duval, expulsa le ministre Roux et incarcérer plusieurs personnes.*

Monsieur, en tresbonne sante heureuse et longue vye. De Lyon ce xviij jour de novembre 1561.

Vostre tres humble serviteur
. . . .[2])

Vous pourrez sil vous plaist adresser vostre pacquet et la responce quil vous plaira nous faire a Sr. Barthelemy *Royet* marchant demeurant a Lyon sur les fosses lequel despuys me fera tenir vostre dit pacquet a Valence.

3614.

L'ÉGLISE DE CONDOM A CALVIN.

Demande d'un second pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol 196, fol. 224.)

A Monsieur et treshonoré pere Monsieur Calvin a Geneve.

Grace et paix par Jesus Christ. Amen.

Monsieur et treshonnore pere: Les graces que le seigneur dieu nous communique journellement en abondance grande pardessa, nous a induictz vous escripre la presente pour vous supplier estre vostre bon plaisir prouvoir le present frere, homme de nostre concistoire, dung pasteur, aux fins que nous puissions proficter en la parolle de Dieu. Et d'aultant que nostre ville est la capitalle du pays munie de gens doctes de toutz estatz, vous plaira nous envoyer homme qui soict exercé aux bonnes lectres, ensemble exercé au ministere, ce que faisant seres cause du plus grand bien que pourroit advenir en ce pays. Et où ne sen trouveroit en vostre ville vous prions voulloir donner adresse audit pourteur en lieu quil en puisse recouvrer. Que sera fin, Monsieur et treshonnore pere, priant le Seigneur dieu vous voulloir tenir en sa grace et a nous en la vostre, a laquelle humblement nous recommandons ensemble a vous bonnes prieres. De Condom ce xviij^e Novembre 1561.

Vous treshobeissans serviteurs.

G. Thouzin Costa ministre Barrey
Labal diacre De Superiori
Saige Dufaur De la chapelle
J. Hicon Jehan betous.

---

2) *La signature est indéchiffrable. Le nom se termine par* mel *ou* inel *mais il commence par un monogramme de plusieurs initiales entrelacées. L'auteur paraît être un laïque, ancien de l'église de Valence. Le 25. Nov. il fut tenu un synode à Lyon, où se rendirent aussi les députés du Dauphiné. Il est possible que l'auteur de cette lettre en a été. Valence demanda un pasteur à ce synode qui lui envoya Jean de la Place* (*Arnaud* I. 75). *Cet auteur ne paraît pas avoir connu cette lettre.*

3615.

CALVINUS SALINIACO.[1])

Iam olim luce evangelii illustratum, hactenus vero publicam et sinceram professionem detrectantem, multis urget ut tandem aliquando Deo gloriam det et ecclesiae eius nomen suum.

(Ex Cod. Gen. 107a, fol. 243. Edidit Beza Genev. p. 261, Laus. p. 540, Hanov. p. 607, Chouet p. 357, Amst. p. 163. — Gallice legitur in edit. Berol. p. 356, anglice in ed. Philad. IV. 239.)

Quod aliena manu tibi scribo, ornatissime vir et mihi in Christo venerande, non minoris, ut opinor, abs te fient meae literae, ubi ex intimo animi sensu dictatas fuisse cognoveris. Et certe ita est: nec unquam adeo familiariter tecum agere ausus essem, nisi fiduciam dedisset amor erga te meus, et quae inde nascitur salutis tuae cura, quae me non sollicitum modo, sed anxium quoque pridem reddidit, quoties de tuo statu cogitabam. Unum te ex eorum esse numero memini, quos Deus evangelii sui luce ante annos triginta dignatus est. Non vulgaris honor, quod inter primitias delectus es, cui accessit liberalis doctrina et eximia scripturae sacrae cognitio: ut aliis omnibus facem praeferre merito debueris. Porro quam indigne sepultus fuerit incom-

---

3615. 1) *Ioh. de Salignac, Doctor theol. lector regius, prof. litt. hebr. ap. Lemovices, post colloquium Possiacense, una cum Espencaeo et Boutillierio doctoribus Sorbonae, et duobus Episcopis Valentiae et Seesii conventum egit cum theologis protestantibus sub finem Septembris, postea iterum cum Besa de imaginibus.* (*Hist. eccl.* I. 605. 692). *Vir fuit doctus et moderatus. Cf. La Croix du Maine, bibl. de France, Colomesii Gall. orient., Verdier bibl. française, Haag.* IX. 113 *sq. Baum.* II. 387. — *Vide etiam Journ. de Bruslart in Mém. de Condé* I. 54. *Le Laboureur, add. aux Mém. de Castelnau.* I. 788. — *Hanc epistolam scripsit Calvinus suadente Besa vide N.* 3617. *Responsum habes infra d. d.* 13. *Dec. Demum post Calvini mortem candide et publice sacris pontificiis valedixit.*

parabilis ille thesaurus quem Deus apud te deposuerat, utinam potius sis ipse iudex, quam exspectes dum coram coelesti iudice reddenda sit otii ratio. Quid dico otium? Neque enim sine fructu solum iacuerunt tot praeclarae dotes, sed in sordibus demersae in probrum et dedecus sincerae fidei quodammodo cessarunt. Quamvis enim laude digna fuerit vitae integritas et castitas: scis tamen, et non sine maximo dolore viderunt pii et cordati homines, impios et sceleratos de te triumphum agere, quum metu constrictus obmutesceres. Praeteriit nimis longum tempus, quo misera illa non minus quam turpis servitus mentis tuae vigorem oppressit. Detur venia communi malo: quia obiectis undique terroribus pauci ingenue Christi se discipulos profiteri audebant. Nunc vero ex quo melior affulsit conditio filiis Dei, ut a periculo immunis sit eorum libertas, erumpere in vocem cogor: Quousque tandem sponte libebit tergiversando Christum iure suo fraudare? Hactenus indulgenter tibi Deus pepercit, dum rectae intelligentiae lumen, quod cunctatione tua suffocasti, prorsus exstingui passus non est. Sed obsecro per hanc indulgentiam, qua te ad hunc usque diem sustinuit, quo tot hominum millia sub vexillum se colligendo te ad eandem studii alacritatem invitant, ut diligenter tecum reputes quam pretiosum Deo sacrificium sit pura Dei confessio: ut quod residuum est vitae, ubi simpliciter Christo dicatum fuerit, tarditatem anteacti temporis compenset. Nihil certe iucundius mihi accidere poterit, quam si audiero, te excussa mollitie et timiditate victa Christo palam et ex professo nomen dedisse. Quanquam ut hoc mihi privatim des non postulo, sed ut ecclesias omnes quas mirabiliter Deus in Gallia erexit exhilares: quae certatim sibi et tibi gratulabuntur, si relictis hostium castris te in Christi ovile contuleris. Nec parvus eorum qui adhuc vacillant numerus se ad imitationem protinus accinget. Ac si prudenter expendas quam multi abs te pendeant, et quam multorum in te conversi sint oculi, facile cognosces, ut excusabilis sit aliorum torpor, cessationi tuae nullo modo posse ignosci. Forte iam satis te animatum reperient meae literae, ut supervacua sit exhortatio. Partibus tamen meis deesse nolui. Vale, praestantissime vir et mihi ex animo colende. Dominus te spiritu suo gubernet, fortitudine instruat et incolumem tueatur. 13. Calendas Decembris, 1561.

Ioannes Calvinus tuus.

3616.

CALVIN A L'ÉGLISE DE TROYES.

Réponse à la question de savoir si l'évêque Caraccioli de cette ville peut être admis au ministère dans l'église protestante comme il le demande.

(Nous avons donné le texte authentique de ce document dans les *Consilia*, Tome X. Ire Partie p. 184. Elle est du 19 Nov. et commence par ces mots: *Pource qu'on s'est enquis* etc. Bèze l'à éditée en latin, voyez au l. c. La traduction commence par ces mots: *Rogatus sententiam* etc. Comp. N. 3602, not. 8.)

3617.

CALVINUS BEZAE.

Transmittit ei literas ad Saliniacum et consilium de episcopis recipiendis. Tum respondit ad plura alia in Bezae nuperis epistolis comprehensa.

(Autographon non exstat. Describimus ex Cod. Genev. 107a, fol. 247. Recentiora exemplaria habes in Cod. 111a, fol. 206, in Cod. Bern. Epp. VI. p. 912, ap. Simler. Vol. 102. — Edidit Baum II. App. p. 129. Versio anglica T. IV. 237.)

A Monsieur et aimé frere Mr de Beze.

Heri equo vectus ad coenam reperi hypocaustum calefactum: illic primo ingressu mihi redditae fuerunt priores tuae literae, [1]) quibus legendis dum intentus sum vapor cerebrum percussit. Etsi autem cibus sternutationem compescuit, domum reversus sensi malum ingravescere. Paulo post alteras tuas accepi. [2]) Videbis, quid *Salignaco* scripserim. Ubi epistolam legeris, tuo arbitrio vel supprime vel reddendam cura. Non putavi lenius cum homine agendum, cuius torpor longo temporis tractu fere ad veternum usque obduruit. Utinam nunc saltem expergefiat, ac festinatione studeat notam superioris ignaviae abstergere. Causam *Trecensis* episcopi in genere, ut optabas, tractavi. Brevitati tamen ignosces, ad quam me nunc adegit necessitas, quum alioqui mihi sit ingenita. Adde quod in hoc argumento mihi libenter tempero, ne videar leges quasi victis imponere.

Quod de praepostero nostrorum fervore scribis verissimum est, neque tamen ulla occurrit mode-

---

3617. 1) *N.* 3599.
2) *N.* 3608.

randi ratio: quia sanis consiliis non obtemperant. Passim denuncio, si iudex essem me non minus severe in rabiosos istos impetus vindicaturum, quam Rex suis edictis mandat. Literis, quas impetrasti nihil aequius. Alii sua intemperie pessundabunt tantum beneficium. Pergendum nihilominus, quando nos Deus voluit stultis esse debitores. Ex quo literis tuis factus sum certior de indictione novi conventus,[3]) de tuo reditu consilium mutasse iam ante intellexisti. Manendum omnino, nisi velimus causam prodere et perdere quae nunc in summo cardine vertitur: praecipue gaudeo, *Reginam* ita cupere, quia hinc certe colligere videor, eam nihil dolose agere. Si qua tamen venerit morae excusatio, opportune metum et dubitationem levabit. Non enim credas, quam anxie torqueatur senatus, dum vix te sibi posse unquam restitui putat.[4]) Si nihil ab aliis, tuum erit aliqua spe recreare eorum animos.

Praeteriti temporis silentium mihi adscribes, quod onus illud receperim. Negotiatur ille,[5]) qui merces germanicas opponere nobis voluit, pretium habet suae perfidiae. Sed miror ita pudorem exuisse, ut saltem non aliquid simulet. Si *Hotomanno* creditur, *Boquinus* a *Balduino* valde dissidet.[6]) *Normandio* nostro gratulor, quod tam comiter fuerit exceptus. Utinam ne more aulico. Sed optime spero, quod officia sua ultro polliciti sunt, quos serio loqui existimo. Vale, integerrime et dulcissime frater. Dominus tibi semper adsit, te gubernet ac incolumem tueatur. Nostri omnes diligenter te salutant.

Burgoinum[7]) ablegare nos coëgit eius imprudentia. Iam istic sciri arbitror, Ducem *Nemorsi*[8]) in nidum suum confugisse. Parum abfuit quin praefectus Gayensis ignoto manum iniiceret. Inde elapsus Chansiacum[9]) noctu pervenit, ubi trepide sciscitabantur eius comites, essentne in ditione Genevensi an Bernensi, sumpto itineris duce in pagum Lelusetum[10]) profecti sunt, ubi ex equis duodecim tres reliquerunt lassitudine semimortuos. *Gallasio* plurimam salutem et quibuscunque censueris. Valetudini, amabo, consule, ne te obrui sinas importunis laboribus, neque enim sine tristitia audio te extenuatum esse. Iterum vale 19. Novembris 1561.

Carolus Passelius tuus.

3) *consiliariorum binorum ex singulis parlamentis, ad d. 20. Dec.* (*N.* 3594).
4) *Reg. du Conseil* 11. *Nov.*
5) *Balduinus, quem putabat Germanos theologos accersisse ut res turbaret.*
6) *Vides Hotomanno Heidelbergenses fuisse melius notos, quam Calvino.*
7) *Reg. du Conseil* 6. *Nov.:* Bourgoing prend conge ayant este envoye servir Dieu ailleurs. Arreste quon aye advis de M. Calvin si on luy debvra donner 60 fl. pour aider a supporter les charges de son voiage. — *Hist. eccl.* I. 767: Frç. Bourgoin surnommé Dagnon, homme de savoir et d'experience fut envoyé de Geneve à Troyes pour renfort. — *Haag* II. 483: F. B. sieur d'Agnyon, ancien chanoine de Nevers, se réfugia à Genève. fut ministre à Bossey, à la ville, à Chesne, à Jussy, et demanda un congé pour rentrer en France où il desservit les églises de Chaumont et de Troyes et fonda celle de Moulins.
8) *N.* 3579. 3594. 3599.
9) *Chancy, ad Rhodanum, vicus Genevensium prope fines Sabaudiae.*
10) *Leluiset, tunc temporis in praefectura Bernensium Terniacensi, nunc in finibus Sabaudiae.*

3618.

CALVIN AUX MINISTRES DE NEUCHATEL.

Il appuie la demande de l'église de Sens, qui demande le ministre de la Brosse. [1])

(Orginal. Bibl. de la Compagnie de Neuchâtel. Vol. A. N. 101. Souscription autographe. — Bonnet II. 485.)

La dilection de Dieu nostre pere et la grace de nostre Seigneur Iesus Christ soit tousiours sur vous par la communication du S. Esprit.

Treschers et honorez freres, combien que noz freres de Sens qui ont envoye ce messager expres ne vous ayent point escrit, ie vous prieray de recevoir leur requeste, comme si ce defaut n'j estoit point, lequel est advenu par inadvertence, dautent quils ne savent rien de lestat de par deca: et pourtant se sont addressez a moy se confiant que ie feroye en leur nom tout ce qui seroit besoin. Or ils desirent en somme davoir nostre frere Maistre Maturin *de la brosse* duquel ils ont eu tel rapport quils esperent estre bien proveus, sils le peuvent obtenir. Vous saves que iusquici ie ne me suis pas ingere de faire nulle requeste ni poursuite. Et mesme combien que ceux de Troye me solicitassent a les ayder por avoir nostre frere Maistre Iaques *sorel*, ie men deportay.[2]) Mais ie nay peu mexempter a ce coup que pour le moins ie ne vous fisse le recit de la demande de ces bonnes gens, puis quils sen sont attendus a moy et s'j reposent. Leur Eglise estant bien dressee sera de grande consequence, tant pour le grand ressort de Bailliage que pource que cest siege archiepiscopale et primace. Pource que ie ne doute point que lavancement du

3618. 1) *Voyez les N.* 3604. *suiv.*
2) *N.* 3586.

Royaume de nostre Seigneur Iesus Christ ne vous soit asses recommande, ie remets le tout a vostre discretion. Ainsi vous adviseres den ordonner selon que vous iugeres estre le meilleur pour ledification de lEglise. Ien escri aussi a Monsr. le Gouverneur, pource que vous ne poves rien determiner sans luy. Iespere bien que vous y procederes dun commun accord, cherchant que Dieu soit glorifie.

Lequel ie supplie vous avoir en sa protection, vous guider tousiours par son Esprit, et faire prosperer vostre labeur. De Geneve, ce 20. Novembre 1561.

Vostre humble frere,
Iehan Calvin.

3619.

COLIGNY AU SÉNAT DE GENÈVE.

Il prie qu'on prolonge le congé de Théodore de Bèse.

(Archives de Genève. Pièces historiques fascic. 1715. Souscription autographe.)

Aulx magnifiques Seigneurs Messieurs les Scyndicques et Conseillers de Geneve.

Messieurs, Se presentant une sy bonne commodite par ce porteur je n'ay voulu faillir a vous faire ceste lettre pour vous advertir que jay receu la vostre par laquelle m'avez faict entendre l'occasion pour laquelle jl ne vous a semble de me debvoir maintenant renvoyer le Sr. de *Monroy.*[1]) Sur quoy je vous diray que combien que je desirasse grandement son retour pardeca pour le fruict que jesperoye qu'il y eust peu faire sy est ce que puys que je veoy que vous le retenez pour une sy bonne occasion comme celle que m'escrivez, m'asseurant au reste de la bonne volunte que vous avez de me gratifier je ne puys synon vous en remercyer de tres bon cueur. Et soubz la confiance que jay en icelle je vous feray maintenant une aultre requeste laquelle je vous prye bien affectueusement, Messieurs, de me vouloir accorder. Car cest une chose dont nous avons grand besoing pardeca pour l'advancement et augmentation de nostre Eglise, a scavoir que vous nous y laissiez encores le Sr. *de Bese*[2]) lequel est maintenant en sy bon train de servir a la gloire de Dieu et edification de son Eglise en ce Royaulme, que ce seroit grand dommage de len destourner maintenant. Parainsy, Messieurs, je remectz en vous de considerer combien cela jmporte et vous prye que en une telle besongne vous nous faciez congnoistre combien vous desirez nous ayder et accommoder de ce qu'est en vostre pouvoir. Et de ma part vous pouvez croire que entre tant d'aultres que vous obligerez a vous je n'espargneray jamais aulcun moien que jaye de faire chose qui vous puisse estre aggreable. me recommandant a tant affectueusement a vostre bonne grace. Et supplyant le Createur, Messieurs, vous maintenir tousiours en sa saincte garde. De Sainct Germain en Laye ce xxiij. de Novembre 1561.

Vostre humble et affectionne amy
Chastillon.

3619. 1) *Merlin* (*N.* 3542. 3550. 3579. *seq.*)

2) *Bèse lui-même désirait s'en aller, mais le Conseil, un peu malgré lui lui prolongea son congé. Voyez N.* 3594. 3624. *et les lettres de la fin de Décembre.*

3620.

SEELAC[1]) A COLLADON.

Affaire Villeroche. Etat des églises dans son pays. Il voudrait s'absenter pour revoir Angers et en demande la permission. Il désire recevoir un ouvrage sur les figures dans les livres de la bible.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 197, fol. 11.)

A Mon Seigneur et treshonoré pere Monsieur N. Colladon
en sa maison.

Grace et paix par nostre * Iesus Christ.

Monsieur et treshonoré pere i'ay receu de vostre singulliere grace deux ou troys paires de lettres esquelles n'ay fait aucune response, non pas que soit esté par negligence ou paraisse mais pource que n'ay trouvé messagier propre pour ce faire. Bien vray est quavoys escrit une foys par nostre frere Mr. *Guedoin* ministre de gaudonne ce quil avoit deliberé de sen aller pour ce marier. Mais voyant ces auditeurs son intention l'ont arresté luy

---

3620. 1) *N.* 3402.

baillant parti tel quil demandoit, ascavoir une compaigne craignante Dieu. Or voila une partie du retardement que ne vous ay rendu la responce. Ainsi il vous plaira m'escuser. Quand aux lettres qu'ay receues touchant *Villeroche*,[2]) nous avons le synode en ceste ville de S[te] Foy le 10 iour de ce moys de desembre comme ie croy, ou nous aviserons si diligemment a telles afaires que dieu sera servi en toute droiture et vous et tous nos autres peres contentés. Le frere *de Boudart* [3]) est fort fasché de s'en estre si avant mesle et a ce que je puis cognoistre maintenant ne le supporte nullement. Le susdict *Villeroche* est pour lempescher marie avec une fille ayant vaillant dix mille francs tournois (comme on estime). Quand aux freres de Mirremar et de St. Anthoine jlz attendent en patience. Je ne redoubte en rien que ne prenies beaucoup de peine pour moy et pour eux. Mais vous scavez a qui nous servons. Cependant je confesse veritablement que ne sauroys, ny eux aussi, suffissement recognoistre les biens que nous faittes et les peines que prenes pour nous. Au reste quant est de l'estat de ceste Eglise le tout ce porte assez bien jusque yci graces au Seigneur, sinon quil est venu un edict [4]) par lequel il nous comande de ne prescher plus es temples quavions prins, sur peine destre prononces et punis comme mutins et seditieux. Mais cela ne nous fait peur pourveu que nous ayons tousiours liberté de prescher purement et simplement levangile en quelque lieu que ce soit. Nous sommes donc maintenant pres de prescher aussi bien desoubs les boutiques ou soubs la halle que jamais nous feismes, et croy que le seigneur nous donnera autant de vertu et courrage que jamais il feist et entendra nos prieres et oraisons. Il est vray que je crains que si les cappelans veullent retorner en lumiere (car par ci devant ilz disoient leurs messes es chambres et caves) qu'ilz ne soient tormentes non pas des grans mais des petis enfans. Car graces au seigneur dans toute ceste ville il ny en a point vint qui facent proffession manifeste de la papaute. Le seigneur nous veuille assister.

Monsieur mon frere M. *de lorme* n'est encore venu. Je l'atten tous les jours. J'ay deliberay dieu aydant de m'en aller ce moys de Janvier faire un voyage en nostre ville d'angiers. Il y a quatorze ans que n'y fus. Je vous voudroys volontiers demander par maniere de conseil si ceux de ma nation me solicitaient de les servir si je les pouroys servir en bonne conscience: ayant ma conscience libre et franche que ce n'est point mon proffit particullier ny ambition ny aucune autre mauvaisse affection qui minscite a ce faire ains seulement desire de servir a ma nation et pour prescher au contraire de ce que autrefois y ay presche ou pour le moins plus purement, et pourveu aussi que l'eglise a laquelle maintenant je sers si vousist accorder. Je vous prie me mander par les premiers. Je scay ce qu'en confesse monsieur nostre pere monsieur *d'espeville* en son Institution: mais encores je vous prie m'en escrire quelque chose et selon que m'en escrirez je vous prometz que le suyvre.

Il me semble que jay veu quelque foys un livre ou toutes les figures sont declairees selon qu'on les trouve par si et par la es escritures sainctes comme aucunesfoys on trouve une figure apostrophe sinecdoche methonymye etc. [5]) Je vous voudroys supplier au nom de dieu que sil sen trouvoit quelquun que men feissies recouvrir. Mon compere Sieur *Mathurin* . . . . . ., [6]) le paira. Il me semble que feu Robert *estienne* lavoit jmprimé. Je vous prie, monsieur mon pere, quil ne vous desplaise si je vous requier de cela. Jen eusse bien escrit a mon dit compere, mais peut estre quil ne leust pas si bien entendu comme vous. Il vous plaira donc estimer le tout en la meilleure part.

Rien autre chose pour le present, priant le seigneur dieu vous maintenir et augmenter tous les dons et graces de son sainct esprit et en general a toute vostre famille assemblee a laquelle je desire estre humblement recommandé et a vos prieres sainctes, sans oublier nostre treshonore pere Monsieur *despeville*. Adieu. Ce 23. de Novembre 1561.

Vostre treshumble disciple et obeissant
a jamais
Seilac.

2) *N.* 3543.
3) *Malgré la différence d'orthographe, ce nom pourrait bien être identifié avec celui de* Bordat. (*N.* 3543. *et* 3626.)
4) *L'édit de Juillet.*

5) *Cette description ne répond pas tout à fait à un ouvrage qui a pour titre:* Dictionnaire en theologie contenant entiere declaration des mots phrases et manieres de parler de la saincte Escriture. Chez J. Crespin 1560. 8.
6) *nom illisible.*

3621.

CONDÉ AU SÉNAT DE GENÈVE.

Il intercède pour qu'on permette à Bèse de rester quelques mois auprès de la reine de Navarre. [1])

3621. 1) *Voyez la lettre de Coligny qui précède et celle de Jeanne d'Albret qui va suivre.*

(Archives de Genève. Pièces historiques, fascic. 1712. Souscription autographe.)

A Messieurs et bons amys Messieurs les Scindicques et conseil de Genefve.

Messieurs et bons amys, Congnoissant le sainct et vertueux zelle que vous portez a lavancement de la gloire de Dieu et le desir que avez que sa pure doctrine puisse prandre pied et racine en ce roiaume Ainsi que desia nous commenceons a en voir les apparences claires et grandes, jay pensé puis que nostre seigneur a faict si heureusement prosperer le voiage que y a faict Mr. *de Besse*, duquel jl sest servi comme de son jnstrument a ledifficacion de son eglise, que pour la conservacion dung tel et si savoureux fruict vous ne trouverez mauvais que nous laions retenu encore pour environ quatre mois aupres de la Royne ma seur et pource qu'en luy proposant ce retardement jl a faict jnstance grande sur lobeissance quil vous doibt et veult rendre, affin de luy lever de ma part toutes les difficultez et excuses quil porroit sur ce alleguer et prandre je vous en ay bien voulu escrire ceste lettre pour vous prier tresaffectueusement au nom de Dieu, Messieurs et bons amys, non seullement luy permectre tel seiour pardeca mais expressement le luy ordonner et enjoindre. Ce faisant oultre le bien et proffit commun que vous moiennerez a la france, laquelle sen sentira jnfiniement gratiffiee de vous, je le tiendray si estroictement et particulier en moy que jamais je n'en oubliray le plaisir et lobligacion pour le recongnoistre generalement envers le corps de vostre republique ou en prive envers les membres dicelle par tous les bons et dignes offices dont vous me vouldrez requerir et emploier. Ce que je feray tousiours daussi bon cueur que je supplie le createur, Messieurs et bons amys, conserver vous et vostre estat en parfaicte et contente prosperite. Escript a St. Germain en laye. Ce xxiiij. jour de Novembre 1561.

Vostre bon amy
Loys de bourbon.

3622.

BULLINGERUS CALVINO.

Vermilius redux re bene gesta. Germani theologi in itinere certantes. Negotium inter Helvetios et Sabaudum.

(Ex autographo Cod. Genev. 120, fol. 3.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fido pastori domino suo colendissimo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Inprimis oramus Dominum ut te nobis incolumem restituat et diu conservet. Magno enim cum dolore audivimus te aegre ingredi [1]) et studia tua tanta impediri. Sed fulciet te Dominus. Brevior sum in scribendo quod nolui tibi aliis occupatissimo addere molestiam, et quod duo hi capitanei vel duces equitum [2]) illustrissimorum principum *Condensis* et *Amirallii* te de omnibus de quibus scribere poteram edocere poterunt. Deduxere huc D. *Martyrem* nostrum. Est ipse alacer et incolumis Deo gratia. Arbitror ipsummet ad te scripturum.[3]) Illud inprimis admirandum quod in tanta adversariorum rabie et potentia imbellia Dei organa tantum potuerunt et effecerunt in regno usque adeo florenti et valido. Sed declarat ita Deus noster quam verax sit in promissis et quantae sit bonitatis et potentiae. Gaudemus item vehementer, ut par est, de pulcherrimo nostrorum consensu. Germani theologi in Galliam profecti toto itinere contenderunt. [4]) Ita enim *Martyr* noster retulit qui a quodam istorum audivit. Discedente D. *Petro* nondum venerant in aulam necdum fuerant auditi. Miramur valde quid effecerint. Si quid certi acceperis a *Besa* nostro quaeso communica nobis. Item si quid praeterea certi perscriptum fuerit ad te de conventibus Guysianorum et Hispanorum (de quibus hic mira referunt) quaeso ut participes nos facias etc. Nobis perseverandum puto in precibus ad Dominum perpetuis. Remitto ad te epistolam ad *Erbachium* comitem scriptam. [5]) Placet illa valde et pro illa maximas tibi ago gratias. Si quid est in quo tibi vicissim queam gratificare promtissimo ero animo. Legati Sabaudiensis principis postularunt a legatis Helvetiorum in Heremo congregatis ut, quum semel coeperint se sequestres interponere inter principem ipsorum et Bernates, non desinere sed pergere velint. Id autem relatum est in Recessu quem vocant. *Vergerius* in proximis Rhaetorum comitiis fuit [6]) et non magna inde cum gratia discessit. Mirus est ardelio. Optime vale, domine colendis-

---

3622. 1) *N.* 3573. 3580. 3601.
2) *Languet d. d.* 26. *Oct.* (II. 152): Navarrus Condaeus et Admiralius adiungunt ei singulos praefectos cum aliquot satellitibus qui eum deducant.
3) *N.* 3625.
4) *N.* 3579. 3588. 3599.
5) *Apographon puta ep. N.* 3538.
6) *Cf. Sixt, p.* 579 *et N.* 3672. *not.* 3.

sime et frater longe carissime. Salutant te atque collegas tuos omnes omnes mei symmystae. Tiguri 24. Novemb. 1561.

H. Bullingerus.

3623.

LA REINE DE NAVARRE AU SÉNAT DE GENÈVE.

Elle prie qu'on lui laisse Théodore de Bèze pour quelques mois. [1])

(Archives de Genève. Pièces historiques fascicule 1713. Souscription autographe.)

A magnifiques Seigneurs les scindicques et Conseil de la ville de Genefve.

Magnifiques Seigneurs nous sommes resolue et advisee retenir pour trois ou quatre mois aupres de nous venerable personne Mr. Theodore *de Beze*, esperant que les occasions se presenteront [2]) durant ce temps que Dieu se pourra servir de luy pour la paix de son eglise et le bien de la republique chrestienne. Vous pryant pour une si bonne et necessaire cause vouloir excuser le desfault qui vous peult fere par son absence et preferer l'utillite commune et universelle a la vostre laquelle pour cela nous nenvions poinct. Ains prions nostre Dieu, magnifiques Seigneurs, la vous conserver et vous tenir en sa protection et sauvegarde. Escript a St. Germain en Laie. Le xxv jour de Novembre 1561.

La royne de Navarre
Jehanne.

3623. 1) *Cf. N.* 3619. 3621.

2) *Languet d. d.* 26. *Oct. d.* 158: Dictum est mihi in aula Reginam ac Navarrum permittere ut a nostris conventus fiant, dummodo non plures quam ducenti conveniant et sine armis. Hoc tamen nondum est significatum publice. Admodum severe iam hic exsequuntur edictum de usu armorum interdicto, quod puto ideo fieri ut populus facilius compescatur si tumultuetur, quando conventus publici concedentur.

3624.

BEZA CALVINO.

Novae morae et sollicitationes, et ecclesiarum et procerum et patris ipsius discessum impediunt. Inter multa alia etiam de theologorum Germanorum infecta re abeuntium et Balduini acerrime notati rebus scribit.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 48. — Habent etiam Cod. Genev. 119, fol. 99; Cod. Bern. Epp. VI. 967, Simler Vol. 102. Baum. II. App. 133. Inscriptio desideratur.)

S. Triste illud, [1]) quod postremis tuis literis significasti te ominari, iam pridem me torquet. Restiti quantum potui sicut brevi cognosces. Sed tandem mihi faciendum fuit quod solent qui recto cursu non possunt in portum penetrare. Hyemem illis, pro eo quod petebant, (nempe ut semel huc migrarem) concessi, sed duplici addita conditione. Una est, si ita censueritis. Altera si post Decembris conventum videro operam meam his ecclesiis esse necessariam. Iam vestrum est iudicium a quo ne latum quidem unguem discedam. Quod si nosses quot et quam multorum precibus restiterim, certe non modo difficilem sed etiam obfirmatum et pertinacem esse me diceres. Quid cupiam nosti, quid expediat non possum satis constituere, quoniam in diversas partes rapior. Dum cogito tuos labores, scholasticorum multitudinem, urbis nostrae commoda, meam denique quietem quam ego semper, Dei gratia, omnibus istis inanibus splendoribus anteposui, totus istuc gestio avolare. Sed dum vicissim considero nostrorum [2]) tarditatem, nisi singulis momentis excitentur, occasiones maximas, opinionem quam de me nescio quo modo plerique hic conceperunt, denique plurimarum ecclesiarum preces, quae necessario tempore se a me deseri queruntur, si tam cito (ut loquuntur) discedam, totus haereo et vestrum iudicium suspensus exspecto. Itaque intra biduum hinc proficiscetur qui nostrorum procerum literas ad vos super hoc negotio perferat. Interea vos praemonitos volui, ut temporis aliquid ad deliberandum habeatis. Iam de rebus aliis accipe.

Plurima nobis in singulas horas nunciantur de hostium coniurationibus. Nostros interea non video magnopere commoveri, quamvis monere, hortari atque etiam libere obiurgare non desinam. Dux *Nemorsi* qui *Aureliensem* intercipere voluerat, excusationes misit, sed quae accusationem plenissime confirment et conscios valde gravent. [3]) Itaque

---

3624. 1) *longiorem moram puta.*

2) *procerum apud quos ministerio fungebatur.*

3) *Languet* II. 160 *d. d.* 26. *Nov.*: Scripsi nuper de duce de Nemours: is iam agit in Lotharingia ap. sororium suum comitem Valdemontanum. Nuper misit in aulam (credo

captus est is quem miserat, et nunc ex vinculis causam dicit. *Guisianus*[4]) fortiter se excusat, et ludicram in filium quaestionem quam in suorum consessu habuit statim huc misit. ἡ βασίλισσα suo more pergit. Tres eius filios scito mirabili esse indole et quales pro aetate optare possimus,[5]) ne medio quidem excepto, cui mirabiliter profuit quod ille est conatus. Prognostica quae misisti iam erant huc perlata et illud ipsum animadversum de quo scripsisti. Res, ut spero, curabitur, quamquam mirus est quoque hac in parte quorundam stupor. Anglicum illud negotium[6]) tardissime procedit, unius legati culpa. Aquam e pumice iam pridem conor exprimere, sicut vere et eleganter scribis.[7]) Sed nihil proficio. Ero tamen in omnes occasiones intentus ut nostra iactura sarciatur. Ecclesiam Dei gratia coepimus hic constituere, et proximo die dominico coenam, Deo iuvante, celebrabimus. *Navarrenae, Condensi, Posidonio*[8]) et eorum uxoribus, salutem dixi tuo nomine, sicuti iubebas, quod illis fuit gratissimum. Sed illa non desinit ministrum petere, et alioqui se passuram negat ut a se discedam. Quaeram igitur undique ut me saltem hac ratione redimam. Quoniam instat Adventus quem vocant, neque dubium est quin clamosi et rabiosi isti suo more acuant populorum furores,[9]) suasi ut literae ad singulos episcopos mature scriberentur, et impetravi, quarum exemplar ad te mitto. Istiusmodi literarum tantam non esse apud plerosque autoritatem, quantam esse oportuerat, res ipsa ostendit, et quotidie experior, sed quid agas? dabit Deus his quoque finem. Lugdunenses fratres in Suburbium reiici molestissime fero, sed quod mutari nunc quidem non potest ferendum censeo. Qua de re ad eos diligenter scripsi,[10]) et rogo ut tu quoque statim scribas quoniam eorum impatientiam luerent omnes ecclesiae, et certum est adversarios nihil aeque captare, atque hoc unum ut bello civili occasionem primi praebeamus.

Theologi Germani heri discesserunt.[11]) Nihil prorsus cum illis actum. Tantum praetexuit *Navarrenus*, tardius venisse, et hortatus est ut apud suos principes agerent de habendo aliquo colloquio et tota illa controversia componenda, qua de re quoque privatim cum illis egi et ad illustrissimum *Palatinum* scripsi, quam diligentissime potui. *Balduinus* tandem in lucem prodiit e suis latebris et libellum in te edidit virulentissimum.[12]) Autores mihi quidam erant ut eum ad te non mitterem, sed respondi te ea fortitudine animi esse ut facile istum canem contemneres. Ego vero fateor me cum nostro *Galasio* ita fuisse ista indignitate commotum ut febriculam etiam senserim. De responso[13]) vero sic statuo, non esse illi alium opponendum quam *Crispinum* ipsius conterraneum, a quo etiam non abstinuit.[14]) Sed nisi aliud tibi videtur, vellem

---

ut se excusaret) praecipuum suum consiliarium [Ligneroles, escuyer du duc de Nemours, *Castelnau* 88], qui vix eo venerat quum est in vincula coniectus.

4) *Dux Franciscus. Filius princeps de Joinville. De utriusque in illa coniuratione partibus v. Mém. de Condé* III. 376.

5) *Dî meliora!*

6) *Quid hoc sibi velit tu videas.*

7) *Epistola aliqua periisse videtur.*

8) *Coligny.*

9) *concionatores pontificii.*

10) *Epistolam reperies ap. Baum.* II. *App.* 132.

11) *Languet* 26. *Nov.* (II. 159): Theologi Palatini et Wirtembergenses hodie hinc discesserunt. Eos nihil effecisse non est mirum quum non fuerint inter se concordes. Petiit ab iis Navarrus ut communem confessionem de rebus controversis exhiberent, verum ipsi inter se non potuerunt convenire. Palatinenses habuerunt satis libera mandata a suo principe, mandata Wirtembergensium fuerunt astrictiora et de coena Domini proposuerunt formulam Conf. Aug. superiore hyeme approbatam Naumburgi. Nostri responderunt sibi non displicere eam formulam, sed rem in ea non satis explicari. Quare consulebant ut alia communi consensu conscriberetur, quae causas et effectus sacramenti comprehenderet. Hoc non displicuit Palatinensibus sed a W. est reiectum. Quibus quum proposita esset formula, in quam nostri et delecti ab episcopis consenserant, dixerunt se eam probare, dummodo intelligeretur secundum doctrinam suarum ecclesiarum, et addiderunt mirabiles interpretationes. Postea utrique scripto exhibuerunt sua consilia de componendis controversiis. Iac. Andreae visus est mihi minime aptus ad huiusmodi actiones: nimis enim abundat suo sensu, et quantus est videtur sibi sapientia. Ubi Navarrus vidit tempus inutiliter teri, significavit se maximam gratiam ipsis habere quod ipsos non piguisset tantum laboris et molestiarum ferre, sed se dolere quod non venissent, antequam ad suas ecclesias redirent ministri convocati ex variis regni partibus. Potuissent enim cum ipsis commodius disserere. Se autem petere ut sint autores principibus ut locum aliquem deligant in quam possint convenire Germanici et Gallici theologi et inter se placide disserere *caett.*

12) Ad leges de famosis libellis et de calumniatoribus commentarius. Paris ap. And. Wechel 1562. 4. *Heveling de F. Bald. p.* 33. *Cave ne haec anni nota tibi fraudi sit. Ipse enim in sua Responsione altera, Idib. Iul.* 1562 *edita dicit:* Comm. ad leges de lib. famosis ego anno superiori tumultuarie scribere et edere coactus fui. *(Biga p.* 239.)

13) *Balduin. resp. altera* (*Biga p.* 241): Ecce iterum prodit idem illius libellus famosus in linguam gallicam conversus atrocioribus etiam conviciis (ut in ea lingua est eius factionis ad maledicendum mira facundia) refertus: neque scurrilibus modo dicteriis, sed etiam repetitis ex lenonum ganeis obscoenorum scommatum flosculis comptus, simul et fulmineis anathematismis armatus, ut in vulgus sparsus multitudinem rerum imperitam (quam magister iactat se solo sibilo impellere quovis posse) in me, ut hac arte in alios solet, concitaret. *Verum de gallica versione libelli qui inscribitur* Resp. ad Versipellem *etc. tunc temporis edita nihil alibi memoriae proditum est, et quae iste de obscoenis scommatis habet in Calvinum minime cadere videntur. An aliquis Nostri armiger suo marte talem concinnasse putandus est?*

14) *Heveling p.* 34: Ut gravius pungeretur Balduinus Beza proposuit ut illi Crispinus opponeretur. Qui Balduini quondam amicus, necessitudinis sanctissimis vinculis ante

ipse Apologiam scribere sub eius nomine,[15]) sed oporteret me amplos commentarios istinc habere earum rerum quas attingere necesse fuerit ut omnibus suis coloribus iste rabula depingatur. Itaque multa iam mihi *Galasius* et *Boquinus* suppeditarunt, et Argentinam ad *Hotomanum* scripsi ut et ipse mittat quaecunque iudicabit ad hoc argumentum pertinere.

Iam vero si cupis intelligere quid hic agat miser ille noster[16]) quamvis a me praemonitus, tamen cuiusdam consilio usus filium suum nothum[17]) circiter 16 annorum illi educandum et Lutetiae instituendum commisit. Audio stipendium habere 1300 librarum quibus sese et totam illam familiam alat. Ita factus est ex iurisconsulto paedagogus, tantisper scilicet dum pinguiore conditione oblata suo more ad alium se conferat. Putabat fore ut Valentiae doceret, cum amplo stipendio, et hac spe *Palatinum* deseruerat. Sed episcopus[18]) a me admonitus tempestive de *Hotomano* cogitavit, quem etiam per literas accersivit. Et hoc quoque gravissime, ut video, istum pupugit. Denique monstrum istud mihi trade, neque dubita quin a me pro dignitate tractetur.

Superest unus *Normandius* noster de quo scribam. Accepi hodie ipsius literas quas ad te mittere quam exscribere malui. De rebus meis privatis cras copiosius scribam. Bene vale, mi observande pater, cum fratribus et collegis omnibus quos utinam una tecum Dominus salvos et incolumes conservet. Ex Sangermano 25. Novemb.

Tuus Beza.

Quando[19]) id mihi video per tabellarium licere hoc etiam addam quod cras eram scripturus. Decumbens ex senectute pater me his ipsis verbis gallice scriptis accersivit. „Quod nondum veneris, fili, ignosco quoniam publica privatis sapienter anteposuisti. Sed vide memineris quid parenti quoque debeas, et ut primo quoque tempore hoc facias quum licebit. Volo ut frater quoque tuus qui istic est cum uxore veniat, et uxorem quoque tuam quum veneris accersas, quoniam praesentibus vobis omnibus meis liberis institui testamentum condere et, si Deo ita videbitur, mori. Itaque si sororem quoque tuam, quae nunc mihi unica filia est, possitis e monasterio adducere, gratum mihi officium feceritis.“ Haec ille totidem verbis. Itaque secunda huius mensis[20]) illuc cogito, et qui istuc[21]) perferet procerum nostrorum literas, uxorem quoque meam si modo ita vobis videbitur, simul ad patrem adducet, ubi tamen non puto fore ut eam aspiciam, quoniam necesse ut vicesima decembris hic me sistam in illo quem dixi conventu. Sed de his plura cras scribam, nec fortassis illam expedit de profectione[22]) praemoneri ne vani rumores spargantur.[23])

3625.

VERMILIUS CALVINO.

Iam in patria feliciter et tuto peracto itinere redux varia tradit quae res in Gallia minus laeta fore praesagiunt.

(Ex Epp. Vermilii impressis ad calcem Tomi Locc. theol. ed. 1580, f. 581. ed. 1587, p. 1144.)

Discessi, vir clarissime, Lutetia pridie Kalend. Novembris et intra viginti et duos dies salvus et incolumis Tigurum perveni,[1]) deductus admodum tuto ac fideliter a duobus militaribus ducibus, quos vulgo capitaneos vocant, pios et fortes viros, quibus a consulibus, senatu et ministris ecclesiae non vulgares exhibiti sunt honores, datique sunt eis comites itineris usque Bernam. Quare poterunt, ut illos non dubito esse facturos, indicare suis principibus

---

coniunctus, tunc typographus Genevensis, Calvini primam responsionem (Ad versipellem) prelo subiecerat, quod Balduinus vehementer conquestus gravius tulerat. Bezam vero illum sola hac ratione elegisse ex eo patet quod Apologiam ipse scribere et tantum nomine Crispini uti voluit. (*Cf. Beza Calv. d. d.* 6. *Ian.* 1562). *Caeterum Crispinus revera ipse contra Balduinum scripsit:* Ad legem tertiam Cod. de Apostatis comm. Io. Crispini, *in Calvini resp. ad Balduini convicia p.* 100.

15) *A.* 1563. *proprio nomine scripsit* Responsionem ad F. Balduini Ecebolii apostatae convicia (*Tract theol. Vol. II.*)

16) *Rex Navarrae.*

17) *Charles de Bourbon, cuius mater erat famosa Louise de la Béraudière, Mlle de Rouet.*

18) *Io. de Monluc, ep. Valentiae in Delphinatu protestantibus favebat. Balduinus hac spe frustratus Lutetiae praelectiones instituit quas plurimi frequentabant, adeoque episcopi et membra Parlamenti, teste Sammarthano* (*Hevel.* 37).

19) *Hoc P. S. huc pertinet teste autographo.*

20) *Sic. Sed Decembrem voluisse patet.*

21) *Genevam.*

22) *Muliebri silentii studio diffidebat.*

23) *Haec ultima plane aliter sonant in Apographo Cod.* 119, *fol.* 94 *v. ubi totum hoc P. S. additum est epistolae N.* 3594: *ad patrem adducet ubi* rogo ut te nobis conservet, atque una tecum fratres et amicos omnes plurimum salvere et valere iubeo. Ex Sangermano tertio Calendas Novembris Tuus Beza. Heri demum ... *et sic porro. Qui est finis epistolae modo laudatae ridicula librarii oscitantia cum aliena permixtus.*

3625. 1) *De discessu cf. N.* 3594. 3596. 3599. *De adventu a. d. xi. Cal. Dec. Schmidt p.* 273.

quanta observantia nostri eos prosequantur. Literas praeterea humanissimas huc scripserunt *Regina* mater, nec non rex *Navarrae*, principes item *Admiralius* et *Condensis*, quae fuerunt gratissimae. [2]) Dabit fortasse Dominus ut animi huius urbis cum regno Galliae bene ac sancte coalescant, praesertim si iustus in religione consensus intercesserit. Quum itaque omnes essemus variis de causis laeti, ecce tibi tristia quaedam ex Gallia sunt allata. Primum, regem *Philippum* eo scripsisse minacissimas literas,[3]) quibus non rogaret, sed quodammodo imperaret, ut in Galliis autoritas papae sarta tecta et integra servaretur, seque, ut aiunt, disertis verbis professus est omnium illorum apertum hostem fore qui secus vellent atque statuerent. Deinde adiectum est, regio nomine praeceptum episcopis esse ut denuo Poysiacum redirent atque ibi confessionem Gallicanarum ecclesiarum confutarent. Sed hoc non facile credimus, nisi a Theodoro *Beza*, viro clarissimo doctissimoque, ea de re certiores fiamus. Deus opus suum tueatur et ea fundamenta constabiliat quae videntur non infeliciter esse iacta. Certe fraus esset, et quidem non obscura, nostris dimissis adversarios qui iam aufugerant denuo revocare, ut absentes damnarent. Sed haec Deus viderit.

Cupivissem in reditu vos invisere. Sed quum iam esset hyems, veritus sum ne pluviis aut nubibus obruerer, si longiori via domum redirem. Qua etiam causa sum inductus ut ne me comitatui adiungerem Marchionissae a *Roethling* [4]) et principis de *Longavilla*, quod a me petitum est mirum in modum, quum apud eos essem Blandini. Assentiri nolui, quod iter ad aliquot dies animadverti esse differendum. Deinde cogitabam, non permagni referre, si fraudaremur corporis praesentia quum animos et sensus habeamus quam coniunctissimos. Quod satis indicat ea firmissima concordia quam inter nos coluimus in Gallia, quotquot destinati eramus habendo colloquio, dum in eadem domo ac mensa una viveremus, cuius placidae ac sanctae sodalitatis nunquam obliviscar. Quare te obsecro, me habeas excusatum, si magis compendioso itinere domum redii. Velim nihilominus interea collegas tuos ad unum omnes meo nomine salutari, praesertim doctissimum virum *Merlinum*, hebraicae linguae professorem, carissimum fratrem. Vale, praestantissime vir ac frater in Domino colendissime. Deus tuis sanctis laboribus clementissime benedicat. Salutes item, quaeso te, pastorem Italum atque D. *Marchionem*. Tiguri 25. Novembris 1561.

---

2) *Editas leges ap. Baum* II. *App. p.* 101. 115 *seqq.*
3) *Cf. N.* 3574; *de Thou* III. 78 *ed. Basil.*
4) *Rothelin. Vide Schmidt p.* 272.

3626.

SEELAC A COLLADON.

Suite de sa lettre précédente.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 197, fol. 18.)

A mon tres honore Seigneur et pere Monsieur N. Colladon.

En sa maison.

Depuis que je vous ay escrit, mon tres honore seigneur et pere, j'ay este adverti que *Villeroche* sest retire a Sarlac avec sa femme et croy que s'il n'eust trouve si bon parti selon le monde quil n'eust quitte le ministere mays voiant quil avoit de quoy faire maintenant bonne chere il a fait semblant de vouloir aquiescer au conseil ja long temps par nous a luy donné. Il a proteste (ainsi que m'a dit monsr. *Bordat* en plein consistoire de Bragerac) que jamais il n'acceptera la charge de ministre sinon par le consentement de toutes les eglises en general qui sont en ce Royaulme et hors le Royaulme. Je croy que nous sommes aussi loing de nostre bonne jntention comme il est de sa fausse protestation car il voudroit (afin de tousiours se faire valoir) que seulement une seule province le requerist et demandast. Ceux de Bragerac ainsi que m'a dit monsr. *Bordat* ne vouleurent jamais luy octroyer son congé et le vouloient retenir outre son gre. Afin que silz retornent a en demander qu'on leur mette sela devant leurs netz. Le frere de *Bordac* certes jamais (ce quil en a fait) ne la fait par malice comme le voulant supporter en son mal par quoy, monsieur et pere, je vous supplie ne lui jmputer cela, comme si d'une sertaine malice et de liberte il s'estoit bandé contre une oppinion et sainct conseil et de tous nous autres pour de par dela comme sest le Seigneur qui nous a delivré de tel garnement et nous veulle tousiours preserver de semblables. Nous nous sommes ysi assemblés, les jurés de ceste province, pour aviser du temps du Synode. Je di ce jourdhui 25 de novembre, nous navons point encore resolu le jour: Le frere present porteur vous dira plus emplement de nos nouvelles. Adieu. Le seigneur dieu soit avec vous et vous conserve et toute la famille assemblee. Ce 25 de novembre 1561.

Vostre treshumble et obeissant disciple
serviteur a jamais
Seelac.

3627.

FARELLUS CALVINO.

Acta Vapincensia.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 148, coll. c. Cod. 111a, fol. 205; Epp. Bern. VI. p. 910 et Simler. Vol. 102. Edita est in Baumii Tom. II. App. p. 137.)

A. Monsieur Monsieur Calvin
a Ceneve.

Appuli [1]) Sabbati 15. exceptus supra spem, coepi concionari [2]) non mane, ut optabam, propter pauperes, quorum tunc in templo erat conventus, sed a prandio frequenti admodum populo, adeo ut maior pars extra templum esset: pacate omnia. Syndici rogarant eum, qui nomine episcopi est velut gubernator, ut cum suis prohiberet ne quid motus fieret. Quod is diligenter et ex animo fecit. Prosequuti sumus Lunae et Martis omnia pacate. Martis 18. veniunt ad me primus Syndicus cum procuratore regio, orant ut ad Vicebailivum [3]) veniam, quo me deducent et reducent. Adii, honorifice satis compellor ab eo, qui ex edicto regio mense Iulio indicat omnes coetus prohiberi, et nihil fieri praeter receptum morem, rogatque quis me vocasset, qua autoritate concionatus fuissem? Ad singula respondi valde benigne, sed ut oportebat iuxta verbum Domini, cui me parere et omnes oportet. Secedere iussus, ubi revocor, quia indicabam fratres, qui in colloquio [4]) egerant coram rege, palam concionari, [5]) et Lugduni [6]) et alibi ministros verbi docere non admissos ab episcopis, rogavit, ut tantisper supersederem a concione, donec senatum Gratianopolitanum et gubernatorem certiores omnium fecisset. Multis egi hortando ut verbum audirent, et Domino a quo potestatem habent parerent, indicans quae eos manerent bona, et iudicium quod imminet omnibus qui contra faciunt (sed id verbis amicis), nec moleste ferrent si Domino potius parerem. Reductus fui honorifice et perrexi, et primum baptisavi puerum, [7]) et ad diem Lunae [8]) nihil motum. Sub vesperum ad sonum tubae proclamatum fuit ne ulli fierent conventus, redderentur templa, et in crastinum, ubi redirem a concione, minister Vicebailivi cum literis me tremens convenit, indicat quod literae habeant. Ego tantum exemplar petii, quod ad te mitto. Fratres ad me venerunt post prandium, et invocato Domino omnes receperunt, se constanter in confessione evangelii perseveraturos, pro quo tam multi obierunt. Causam susceperunt, et adierunt virum qui valde tinnivit [9]) cum his qui aderant, et petierunt ut omnium quae egisset exemplar daret, quo possent regem et quos oportet adire. Quod ille recepit se facturum. Solus est qui turbet. Multa dicitur egisse contra urbem indigna. Si compescatur, spero in pace evangelii magnum progressum. Tibi notum esse credo, qua via apud regem sit agendum. Opto ut nos adiuves, sed potissimum precibus et sanctis consiliis. Vale, mi frater omnium amantissime. * Cupio omnes collegas salvos. Vapinci 26. Novembr. 1561.

Nostri omnes reverenter te salutant.
Tuus Farellus.

3627. 1) *post iter octo dierum quum octavo Nov. Genevam reliquisset.*
2) dans la chapelle abandonnée de Ste. Colombe. (*Arnaud*, *Prot. du Dauphiné* I. 88.)
3) Bénoit Olier de Montjou (*ibid.*)
4) *Possiacensi.*
5) *in oppido S. Germain.*
6) *Besae ep. ad. Lugdunenses* (*Baum* 132).
7) *d.* 20. *Nov. Vide Ep. ad Neocomenses infra ad* 13. *Dec.*
8) *Computus collegae nostri hic erroneus est, scil. a Simleriano exemplari decepti. Dies Lunae vigesimus quartus erat mensis.*
9) *Sic Cod.* 111a *lectione nobis suspecta. Autographon hic difficillimum lectu plures habet literas sed quas vel armato oculo, quod vocant, distinguere nequeas.*

3628.

DUMONT A COLLADON.

Demande de pasteurs pour l'Angoumois. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 197, f. 14. Autre exemplaire dans le Portefeuille 197aa. Crottet N. 57.)

A Monsieur et frere Monsieur Colladon ministre.

Monsieur et frere aiant congneu la bonne vollunté, tant de foys que me portez je vous requiers me fere ce bien que d'estre advocat pour nous en l'affere duquel vous escripvons a tous en general, qui est de nous envoier s'il est possible quelque homme tel que congnoistrez estre non seulement pour prescher mais aussi pour fere lectures, et ferez un bien jnestimable pour ceste pauvre province

3628. 1) *L'église d'Angoulême fut organisée par Jean de Voyon, vers la fin du règne de Henry II.* (*Hist. eccl.* I. 214.) *Dans le Bulletin du Prot.* XII. 121. *il y a une liste des pasteurs de l'Angoumois depuis* 1534. *Mais il y a une lacune pour l'époque dont il s'agit ici.*

en laquelle n'y a poinct de pasteur. Car bon nombre de jeunes gens par ce moien prendront la charge du ministere lesquelz demeurent a faulte d'avoir quelqu'un pour fere lectures. Vous scavez quil me seroit jmpossible de ce fere estant tout seul joinct mon jnsuffizance. Toutesfois je m'efforcerois d'en fere mon devoir si j'estois secouru, vous assurant que celluy qui viendra sera le bien venu et en lieu d'un fort bon aer s'il y en a en France Ie dicts cecy d'autant qu'on nous a advertis que M. *Viret* desiroit bien trouver quelque lieu salubre. Ce que n'ay voulu escripre en general n'estant pas assuré de la verité. Vous priant, si ainsi est, l'asseurer quil ne sauroit estre mieulx en france pour sa santé, et si nous y aydiés nous serions tenuz et obligez de plus en plus a vous fere service là ou le moyen s'offriroit, comme je croys que vous en assurez. Qui sera fin, priant Dieu vous maintenir en sa paix et grace. D'Angoulesme ce 26. novbre 1561.

Voustre treshumble serviteur et frere
Dumont.

3629.

NOURRISSON A CALVIN.

L'église de Tours aurait besoin d'un ministre. On est à cet effet en négociation avec Mr. de L'Espine. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 196, fol. 226.)

A Monseigneur Monsieur Calvin
a Geneve.

Monsieur, vous avez peu entendre par l'un de noz diacres que naguieres envoyames par devers vous affin de recouvrer un ministre pour nostre eglise en quelle peine nous estions et sommes encores pour ce deffault auquel pour suppleer aviez de vostre grace donne un fort bon moyen et pour le faire valloir le mesme diacre sen alla jncontinant droict a la court suyvant les lettres que luy distes avoir escriptes a Monsieur *de lespine* [2]) lequel estoit party pour sen aller en son pais premier que nostre homme arrivant a Paris. Or ledit Sr. *de lespine* passant par ceste ville, fut prié par nostre eglise dy demeurer pour en icelle faire office de ministre, lequel feist response avoir promis a leglise de paris par le moyen de Mons. *de Beze*, de ne sarrester ne lier a aucune eglise sans leur consentement. Nostre homme estant de retour alla par devers ledit *de Spina* lequel feist response navoir receu aucunes lettres de vous au moyen desquelles sil les eust receues il neust voulu faillir a nous secourir suyvant ladvis que luy en donniez. Au rapport que nous en a fait ledit diacre sur les propos que luy aviez tenus. Ainsi nous demourons tousiours desprouveuz, au moins navons que Monsr. *Poterat* [3]) ou quatre seroient bien necessaires. Ce considere, Monsieur, joinct que nous avons souffert Monsr. *de Passis* que nous aviez aultrefois envoyé demourer a Angers de peur que leur eglise ne demeurast totallement desprouveue et ce par ladvis du Synode provincial dernier tenu au Mans. Nous vous supplions rescripre a leglise de Paris quelle consente que ledit Sr. *de lEspine* nous demeure suyvant la promesse quil nous en a faicte moyennant leur consentement. Quoy faisant nous esperons en brief, Dieu aydant, parachever de destruire en ceste ville le roiaume de lantechrist. Et nous obligerez dautant plus a vous. En attendant nous prierons nostre Dieu, vous maintenir tousiours en sa saincte protection nous recommandans tous humblement a vos bonnes prieres. De Tours ce xxviii. de Nov. 1561.

Vostre humble et obeyssant serviteur
M. Nourrisson au nom de tous.

3629. 1) *Hist. eccl.* I. 758: A Tours environ Pasques 1561 quelques esprits volages dresserent à certains iours une assemblee qu'ils appeloient academie, en laquelle il estoit loisible iusques aux femmes de proposer telles questions que bon leur sembloit, ce qui fut incontinent aboli. Vray est aussy qu'on ne les peut empescher de se saisir du couvent des cordeliers pour y prescher publiquement. Mais cela cessa estant survenu l'Edict de Janvier auquel ils s'assuiettirent, preschans hors la ville, et persisterent paisiblement iusques à la venue de M. de Montpensier environ le massacre de Vassy.

2) *La France protestante* VII. 38 *dit, sur l'autorité d'Arcère, qu'après la cloture du colloque de Poissy L'Espine fut donné pour pasteur à l'église de Fontenay-le-Comte, qu'il quitta bientôt après pour aller desservir celle de La Rochelle où il passa plusieurs années.*

3) Jean Poteret ou Poterat, ministre d'Issoudun, fut emprisonné à Pasques 1561. A la suite des lettres patentes de Charles IX. du mois d'Aoust il fut rendu à la liberté. Le 3. Decembre un autre ministre lui fut adjoint. (*Hist. eccl.* I. 761 *suiv.*) *Ce fut Spifame (M. de Passy) qui fonctionna comme pasteur à Issoudun et à Bourges.*

3630.

BEZA CALVINO.

Novissima ex Sangermano. Res minime ex voto cessurae videntur.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 50; habent praeterea Cod. 119, fol. 97; Cod. Bern. Epp. VI. p. 949; et Simler. Vol. 102. — Edidit Baum. II. App. 139.)

A Monsr. Monsr. D'espeville
a Villefranche.

S. Nunc igitur constituetis quid mihi sit sequendum usque ad proximum Martium.[1] Uxorem accerso non tam ex mea quam ex patris voluntate, apud quem opto ut maneat saltem aliquamdiu, quandoquidem abesse cogor. Quum tuae postremae mihi redderentur, quas dedisti 19. Novembris, eram animo valde perturbato, quoniam videbam quosdam moliri ut omnes, sine exceptione, reiiceremur,[2] non dico in suburbia, sed in areas ducentis passibus ab urbium moenibus, quod ego modis omnibus impediam, quoniam et iniqua et periculosa res est, in aperta tot hostium coniuratione, atque, ut reliquae rationes cessent, non video qui possit civile bellum impediri, si nostros velint ad hanc conditionem adigere. Precibus ergo et summa diligentia opus est. Cras, ut spero, coenam celebrabimus. Postridie ad patrem proficiscar, ad 20 diem Decembris omnino, favente Deo, rediturus.[3]

Dolet mihi de catarrho quo te scribis correptum. Ego rheumate mihi familiari laboro. Sed, ut video, non vacat nobis aegrotare, et sane sentio Deum mihi extra ordinem esse propitium, quoniam alioqui nec loquendo nec scribendo par esse possem, quod tamen faciam oportet, nisi velim eius causam prodere cui nos ipsos debemus. Sed tamen te hortatore promitto, me diligentius valetudinem curaturum. *Salignaco* literas tuas ipse reddam.[4] Recte fecisti omnino quod hominem acriter urgendum putaris. Utinam in animum inducat consiliis tuis obsequi. De nostrorum fervore ita est ut scribis, et ego iam occallui. Sed tamen gravissimum est hoc hominum genus. Amplissimo senatui gratias ago per literas quibus rogo ut hoc quoque adiungas, causam nullam esse vel unquam futuram, cur de mea voluntate dubitent.

Theologi Germani discesserunt sicut nuper ad te scripsi: *Bocquinus* et *Dillerus* functi sunt bonorum virorum officio. Alios egregie excepit *Valentinus* episcopus, id est, ita ut digni erant, quod mihi fuit iucundissimum. Ego placidior fui, sed ita ut non sim praevaricatus.

Normandii[5]) literas curabo ad eum tuto perferri. *Nemorsi* Ducis negotium satis lente procedit.[6]) Fratrem nostrum *Remondum*[7]) precor ut *Davidem* meum[8]) non recuset domum recipere, et una cum iis quos secum habet commendatum habere, tantisper dum memet mihi, id est, vobis restituat Dominus. Si paedagogo opus erit, persolvam libenter pretii partem. Scripsissem ad eum hac ipsa de re nisi scirem, quae ad te scribo, tibi cum fratribus esse communia. Quoniam de *Baduelli* vel *Beraldi* successore quaerendo iam pridem nihil scripsisti, ab ea cura destiti. Scribe quid curatum velis.

Bene vale, mi observande frater, Dominus Iesus te salvum et incolumem cum tota ecclesia conservet. Ex Sangermano 29. Novembris.

Tuus Beza.

Je vous ay envoyé des lettres dont l'inscription estoit a Messieurs de Nevers, la faulte est venue du secretaire qui pensoit que ce fust pour les affaires de Mr. de Passy.[9]) *Je vous prie les envoyer a Nevers par le premier car c'est pour leur eglise.*[10])

3630. 1) *Senatus ei denuo veniam ad tres aut quatuor menses concessit.* (*Reg. du Conseil* 22. *Dec.*)
2) *cf. N.* 3608.
3) *cf. post-scriptum N.* 3624.
4) *N.* 3615. 3617.
5) *Totum hoc comma a Beza cancellatum, quum reliqua prelo destinaret.*
6) *N.* 3594. 3599. 3624.
7) *Merlinus redux fuit Genevae d.* 23. *Oct.*
8) *Videtur fuisse discipulus Bezae, hospitio eius receptus, cui prospiciendum erat usque dum uxor rediret.*
9) *Spifame.*
10) *Issoudun.* (*Comp. N.* 3629.)

3631.

FAGET A COLLADON.

Il sollicite l'envoi de quelques ministres pour La Rochelle, et demande à acheter des sermons de Calvin.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 197, fol. 15.)

A Monsieur Monsieur Coladon
la part ou il sera.

Monsieur, pource que le present porteur qui est un des honorables seigneurs de nostre ville[1])

3631. 1) *Faget était pasteur à La Rochelle depuis* 1559, *auparavant il avait été à Orléans.* (*Bulletin* VIII. 74.)

s'en va pardela pour les affaires de l'Eglise, n'ay voulu faillir a vous escrire tant pour vous recommander ledit personnage et laffaire pour lequel il y va que pour vous avertir de nostre estat. La prosperite de nostre Eglise et le grand nombre qui y est et s'y rend iournellement nous presse de nous retirer vers vous pour vous prier qu'en cest endroit nous vueilles secourir, nous envoyant deux pour le moins qui nous soient en aide afin de poursuivre l'oeuvre commancée et beaucoup avancée. Autrement il y a danger que tout ne defaille d'autant que Mr. *de l'Jsle*[2]) est valetudinaire et quand a moy i'ay plus este malade despuis que suis pardeça que n'avoye este iamais comme l'air ne m'a pas este trop commode. Si est-ce que iusques a l'heure presente n'ay cessé de travailler tant hors la ville que dedans et ne cesse ni ne cesseray tant que Dieu me donnera quelque force. Toutes-fois ie vous prie penser a deux danger qui s'en peuvent ensuivre: l'un que mercenaires et apostats ne s'introduisent comme il en y a quelques uns à l'environ de nous qui nous font la guerre, et si le peuple leur eust voulu prester l'oureille il s'en fust ensuivi grand desordre: l'autre est que les seigneurs de la ville tant de la iustice que de la police (lesquels tous se sont reduicts à l'Eglise) ne se refroidissent. Je vous escri ces choses brievement, comme aussi la prosperite et paix de l'Eglise, d'autant que le present porteur vous pourra mieux declairer le tout par parole que ie ne le sauroye escrire. Tant seulement vous prions nous estre favorables en cest endroit et procurer que puissions avoir ung homme ou deux pour supplir * a la multitude de nostre Eglise.

Au reste, Monsieur, ie vous voudroye prier me faire recouvrer les sermons de Mr. *Calvin* sur Genese tant qu'il en y a de retenus excepté sept quil en y a d'imprimez assavoir trois de Melchisedech et quatre de la iustification lesquels iay par devers moy. Les autres ie desire avoir pour m'aider a m'acquiter de ma charge, ce que ne trouverez estrange considerant ma portée laquelle recognois estre telle que si ne suis aide ie defaudray sous le fardeau. Je me suis retire à vous tant me confiant que pour le regard d'une chose tant raisonnable ne le prandres a mauvaise part tant aussi que ne savoye a qui me retirer. Car si ien eusse cognu quelque un a qui ie eusse peu bailler telle charge ie me fusse garde de vous bailler ceste fascherie. Le present porteur fournira l'argent qui y faudra. Monsieur ie vous prie me secourir en ceste necessité. Je desire estre recommande a vostre grace sur tout a vos prieres comme a celles de M. *Calvin* et de tous les autres seigneurs et freres. Dieu vous maintienne tous-iours en sa saincte protection. De la Rochelle ce 29. de novembre 1561.

Par vostre humble serviteur
Ambroise Faget.

2) *Nous n'avons trouvé ce nom ni dans Richemond (origine et progrès de la Réf. à la Rochelle* 1872 *p.* 61 *suiv.) ni dans Delmas (l'Égl. réf. de La R.* 1870). *Ce dernier nomme comme pasteurs en* 1559 *outre Faget, Richer et N. Folion dit la Vallée. Il ajoute qu'on y appela de l'Espine en Décembre.*

3632.

HOPPERUS [1]) INCERTO.

De novo libro qui Cassandri esse fertur. De Balduini in bonam viam redituri spe iamiam certa.

(Describimus ex Sylloge Burmanniana II. 241.)

S. P. Te salvum ac sanum, cognate clarissime, Spiram venisse gaudeo, oroque Deum ut reliqua fortunare et animi tui sententiam concedere velit. Libum quem *Cassandri*[2]) iudicabas paulo ante e Gallia acceperam quam tuae literae ad nos perferrentur. Placet sane, sed quemadmodum etiam tum dicebam, nequaquam puto esse *Cassandri*, idque multis argumentis quae hic nihil attinet referre, quando *Cassandrum* iam ipse convenisti. Franc. *Balduinum* in Gallia esse in familia Card. *Lotharingi* iam credo audivisti. Fertur etiam autor orationis quam contra *Bezam* Cardinalis habuit,[3]) satis meo iudicio luculentam, ita ut spes sit fore ut in viam[4]) *Balduinus* redeat, quod vehementer etiam atque etiam spero: nam quanto quis fit doctior et in antiquitatis studiis diutius versatur, tanto magis ac magis a novis istis inventis recedit et ad interpretationes patrum veteremque usum ecclesiae se applicat, cui (si quando paululum corrupta est) restituendae non autem evertendae operam dare oportet — — — — — — — — — — — — — —

Raptim Bruxellae 29. Novembr. 1561.

3632. 1) *Joach. Hopper, ICtus in Frisia natus a.* 1523, *prof. iuris Lovaniensis, postea consiliarius regius Bruxellae, denique in Hispania Philippo II. magni sigilli custos, obiit Matriti a.* 1576.

2) *A nobis iam pridem laudati:* De officio pii ac publicae tranquillitatis vere amantis viri in hoc religionis dissidio. (*Cassandri Opp. Par.* 1616, *fol. p.* 781 *seqq.*) *Cf. Baum* II. 374.

3) *Possiaci d.* 16. *Sept.* (*Hist. eccl.* I. 528.)

4) *pontificiam.*

3633.

COSTA A CALVIN.

Demande d'un second pasteur pour le Condomois.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 228.)

A Monsieur et treshonore pere Monsieur Calvin
A Geneve.

Grace et paix par Jesus Christ.

Monsieur et treshonore pere. Laccroissement de la moisson qui est en ces quartiers et la indigence des ministres nous a esmeus vous escrire la presente par le frere present pourteur pour vous prier estre vostre bon plaisir le prouvoir d'homme qui soit muny de bonnes letres specialement verse aux langues. Car ceste ville est la capitalle du pays abondante de gens doctes en tous estatz. Joinct aussi que je suys seul ministre que mest ung fardeau jnsupportable considere la grandeur de leglise comme le present frere vous declarera. Que sera fin, Monsieur et treshonnore pere, apres avoir prié nostre bon Dieu vous tenir en sa grace et moy a la vostre à laquelle humblement me recommande. Do Condom ce dernier Novembre 1561.

Vostre frere et serviteur
Costa.

3634.

COSTA A CALVIN.

Demande d'un pasteur pour Condom.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 109, fol. 120.)

A Monsieur et treshonoré pere Monsieur Calvin
a Geneve.

Grace et paix par Jesus Christ.

Monsieur et treshonore pere, la necessite surgante des pasteurs de par dessa, dautant que le Seigneur y desploye ses talans en grande largesse, ma esmeu vous escripre la presante pour vous prier vouloyr prouvoyr le presant porteur qui expresemant sen va par dela de ung ministre tel que connestres luy estre necessere car cest pour unne ville grande et fameusse. Au reste le regne de Jesuchrist fleurist par dessa et ne avons faulte que de messonyiers car Dieu mercy la moyson est grande que sera fin, Monsieur et tres honore pere, priant le Seigneur en sante vous vouloyr tenir en sa grace et moy en la vostre a laquelle desire estre recommande. De Condom. [1])

Le tout vostre plus antier serviteur
Costa.

3635.

MOLINON A CALVIN.

État florissant des églises de Guienne. [1]) *Demande de pasteur.*

(Autographe de la Bibliothèque de Genéve Vol. 196, fol. 229.)

A Monsieur Monsieur Calvin ministre et principal pasteur de l'eglise de Dieu qui est
A Geneve.

Salut par nostre Seigneur Jesus Christ.

Monsieur, ce porteur home de bien et diacre de l'eglise qui est en la vile de Condom, [2]) m'a fait ce bien de passer par devers moy pour scavoir sy je vous escriroie par luy, comme j'ay bien appereeu qu'il en avoit desir. Quoy faisant il m'a faict un grand plaisir, car c'estoit chose que je ne desiroie pas moins que luy, pour ce que j'avoie grand

---

3634. 1) *Comme cette lettre est à peu près de la même teneur que la précédente il est très-difficile de dire laquelle des deux a été écrite la première. Il se pourrait même qu'elles se rapportent toutes les deux à la même affaire, une première n'ayant pas eu de réponse immédiate. Quoi qu'il en soit nous avons pensé devoir les rapprocher l'une de l'autre. Du reste nous savons par l'Histoire eccl.* I. 805 *que Condom, à une époque donnée avait deux ministres:* Les Cordeliers de Condom entendans que ceux de Marmande avoient esté chassés s'en allerent volontairement, quittans la place toute vuide aux ministres, à savoir La Coste et La Porte.

3635. 1) *Hist. eccl.* I. 822*: Vers la fin de May Barrelles ministre à Agen et Boisnormand dresserent l'église de Lectoure, sous les auspices de la reine de Navarre. Mais ils eurent à y soutenir des luttes assez violentes contre les ecclésiastiques de l'endroit, jusqu'à ce que les Cordeliers, qui voulaient renouveler les désordres, fussent chassés de la ville,* et fut leur couvent et temple ottroyé à ceux de la religion par la Royne, ou commença de prescher un nommé Moulinon que la Roine avait fait venir de Geneve avec sept ou huit autres ministres qui furent distribués par ses pais.

2) *N.* 3614.

vouloir que cogneussiez ce qu'il plaist a nostre bon Dieu faire es lieux de pardeça par nostre ministere. Desquelles choses je ne vous escriray pas au long, pource que le messager, qui vous en peult assez dire, est digne de foy et que par sa haste je n'ay grand loisir. Tant y a que je vous puis asseurer que combien que Sathan par les siens face tous ses effors d'enpescher le Regne de Christ par ces pais, sy est ce que par evidentz miracles de Dieu il pert chacun jour son credit. J'ayme mieux que le porteur le vous die de bouche que le vous escrire, afin que vous et tous noz freres, lesquelz avec vous pardela travaillent en l'eglise de Dieu, rendent avec moy et les autres noz freres qui sont jcy graces a nostre bon Dieu de la benediction de laquelle il luy plaist benir noz labeurs. Ils ont besoing d'un homme scavant aux langues et experimenté en la predication de la parole, si possible estoit le recouvrer. Car en * leur eglise est grande et en jcelle il y a gens de Loix doctes ausquelz, comme bien scavez, jl est besoing quelquefois de satisfaire.

Monsieur, je me recommande humblement a vostre bonne grace et prie nostre bon Dieu vous continuer les siennes belles pour tousiours en user a sa gloire et a l'avancement du regne de son filz nostre seigneur Iesus. Escrit a Lectore en Armaignac a grande haste le premier de Decembre 1561.

Vostre serviteur prest a vous obeir
D. Molinon.

3636.

CALVINUS ECCLESIAE INCERTAE.

Respondit ad quaestionem ipsi propositam, quid iuris sit si alter coniugum in elephantiasin inciderit.

(Edidimus ex thesauro Bezano inter Consilia Opp. Tom. X. Part. I. p. 241. Data est a. d. IV. Nonas Decembres 1561 et incipit a verbis: *Antequam vestrae nobis redderentur.*)

3637.

DE LA BROSSE [1]) A LIBERTET.

Il désire quitter sa place, et demande un successeur.

(Manuscrit de Neuchâtel. Vol. A. fol. 102, autographe sans adresse.)

Treshonore compere frere et singulier amy, le present porteur fils de M. Jaques *billaud* que cognoissez ma prie avoir lettres adreissantes aux freres pour le desir quil a de servir a Dieu en quelque eschollo, selon les dons et graces que le Seigneur luy a faictes. Parquoy jay prins la hardiesse et vous adresse, dautant quil ne mest possible descendre a Neufchastel pour les nouvelles du subit advenement du prince lequel on sattend estre demain. [2]) Je ne vous escry du scavoir dudict present porteur, car vous et les freres le pourrez mieulx cognoistre. Quant a ses meurs je nay veu ny entendu despuys que suys icy quil eust fait chose reprehensible. Touchant la requeste de leglise de Sens jen dys a M[re] *Christofle* le doyen mon vouloir et vous prye tous ensemble de proceder a lelection d'un pasteur pour ceste eglise nonobstant mon absence. Et celuy qui sera esleu par vous, mon compere, je luy baille ma voix. De plus longuement differer ou faire rassembler les freres une autre fois ce seroit chose superflue. Neust este la venue dudict Seigneur je neusse failly a my trouver: mais nostre chastellain nous conseille voyres commande de demourer. Je vous supplye encores une bonne foys de prier le doyen et les freres de proceder a ladicte election, comme jay bon espoir que vous ferez. Je ne demande pas un successeur pour quelque temps, mais avoir conge entierement quant a la charge de mon Eglise: car au reste je desire estre tousiours tenu de vostre classe, puys que Dieu ma fait ceste grace d'y avoir servy a dieu tant a leschollo que au ministere. Et prie tous les freres de me tenir pour tel, priant de me pardonner en tout ce que les auroye offensez et me recommandant a leurs bonnes graces et saintes prieres. Je crains que aucuns diceux trouveront estrange que telles choses se facent en mon absence, mais la necessite de leglise qui me demande peut bien excuser telles choses, veu la venue du prince.

3637. 1) *Mathurin de la Brosse était successeur de Carmel à Mostier, dans le Val de Travers. Il fut envoyé à Sens en Décembre* 1561. *Voyez N.* 3604. *suiv. Nous mettons dans l'adresse le nom de Libertet, à tout hasard, Farel étant absent en ce moment. Au fond l'auteur s'adresse à la Compagnie.*

2) *le duc de Longueville vint avec sa mère dans son comté de Neuchâtel* (*N.* 3625).

Aussi on fit election de nostre frere *Jaquetus* pour les Bernay en labsence de feu de bonne memoire Mr. *Helie*. Ie remetz le tout a la discretion de mes treschers freres quant a l'election de mon successeur. Car quant est de moy et de mon vouloir je lay declaire, que jay ja dit a mon compere le Doyen.[3]) Je prye le bon pere celeste vous conduire et nous tous par son S. Esprit a faire sa bonne volonte, me recommandant a vostre bonne grace et de la seur ma bonne commere, la remerciant des troys boytes quelle ma envoyees. De Mostier a haste ce 3 decembre 1561.

Vostre humble frere serviteur et amy perpetuel
M. de la brosse.

3638.

VIRETUS CALVINO.

Nemausensis ecclesia in diversas partes distracta quem habet pro tempore ministrum minus libenter audit et ipsum retinere vult, simul alibi expetitum. Iuvenes studiosi multi et boni, ad ministerium capessendum parati rariores.

(Ex authographo Cod. Genev. 111ᵃ, fol. 120. — Recentiora exemplaria reperies in Cod. 116, fol. 130; in Epp. Bern. VI. p. 916, et ap. Simlerum Vol. 102.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino.
Genevae.

S. Valde sum sollicitus quo pacto me ex hac urbe expediam, quum advenerit tempus quo mihi erit longius progrediendum, ad peragendam peregrinationem[1]) de qua inter nos deliberavimus. Magis auget sollicitudinem quod desint ministri quos discedens hic relinquam. Nam *Martinus*[2]) qui ad Merindolinos missus fuerat noluit se huic ecclesiae addicere, quod statuerit natale solum revisere ne ingratus in patriam esse videatur. Quamobrem exactis hybernis mensibus eo iter arripere decrevit, neque hic tam diu haesisset nisi illum meus retinuisset adventus. Itaque solus relinquetur *Maugetus*,[3]) vir certe doctus et pius et constans et incorruptus, in quo vix quidquam desiderare possim quam maiorem in dicendo promptitudinem et vehementiam. Nosti autem quam delicatis sint auribus qui primas hic in populo et in ecclesia tenere videntur. Huc accedit simultas nata ex contentione quae hanc distraxit ecclesiam in diversas partes, quarum alii *Mutonem*[4]) ministrum habere volebant, alii recusabant. Qui *Mutonis* partes sustinebant a *Maugeto* alienati sunt et suo exemplo alios quam plurimos ab eo abalienaverunt: quo fit ut rarum habeat auditorium, quando auditores concionaturum intelligunt. Quae animorum alienatio et aurium delitiae faciunt ut vir bonus magnopere animo crucietur, ac minus alacris suo fungatur officio, quando videt suos labores hac ingratitudinis mercede rependi. Quapropter ipse quoque missionem petere cogitat, nisi auditores mutent animos et fructus videat melius laboribus respondere quam hactenus. Ego illius causam saepe egi, et privatim et publice, taxans aurium delitias et ingratitudinem quae merito hominem excruciant.

Quod ad me attinet, vix sibi persuadere possunt me hinc abiturum, quamvis hoc ipsum saepius significarim et confirmarim. Arbitrantur enim se multas et firmas habere causas quibus nostris Genevatibus persuadere possint, ut me hic diutius haerere patiantur. Ego dissuasi ne hoc frustra tentarent, admonuique parum gratam fore Genevatibus legationem quam hanc ob causam se missuros affirmabant. Quid facturi sint nescio, nisi quod audio illos in hac persistere sententia, ac tantum exspectare donec novos consules crearint, qui proximo Saturni die creandi sunt. Interea urgeor vehementer a multis ecclesiis ut ipsas invisam, maxime a Monspessulana, Montaubana et Aureliana. Aureliani rogant ne cui me ecclesiae ita astringam quin generali synodo interesse possim[5]) quae ad Calendas Maias conventura est Aureliam. Et quoniam Synodus provincialis Oscitanorum habenda est ad Calendas Februarias, Oscitani ministri vehementer cupiunt ut et huic adsim.[6])

Haec sunt quae te in praesentia scire volui ut tuo me in omnibus consilio iuvares. Nam multo alacrius hinc discederem, si prius bene prospectum esset huic ecclesiae ac ministros haberet qui ei

---

3) *Voir plus haut.*

3638. 1) *Videtur cum Calvino egisse de itinere visitatorio per omnes aut plures ecclesias Galliae meridionalis ita ut Nemausenses tantum in transitu inviseret. M. Februario* 1562 *fuit in Monte Pessulano, ubi concionatus est a. d. XII. Cal. Martias.* (*Ménard, hist. de Nimes* IV. 312.)

2) *Waldensis ex Provincia fuisse videtur.*

3) *Post discessum Vireti Consistorium a Genevensibus petiit ut La Source ipsis mitteretur qui iam olim cunis ecclesiae adstiterat.* (*Ménard* 813.)

4) *cf. N.* 3383. *suiv.* 3407.

5) *Non interfuit. Synodus celebrata fuit a. d. VII. Cal. Maias, quo tempore ipse Lugdunum se contulit.*

6) *imo etiam praesidebat. Adfuerunt septuaginta ministri per decem dies ex Occitania inferiore.* (*Schmidt, Farel et Viret p.* 49. *Haag* IX. 515. *Ménard* IV. 303.)

satisfacere possent. Qua in re tu et caeteri collegae, si qua ratione potestis, succurrite.

De iis quae in aula geruntur, et quae ad nos quotidie afferuntur, nihil ad te scribo, quia haec omnia tibi quam nobis compertiora esse non dubito. Hic nobis accidit quod apud vos: undique a nobis ministri petuntur, quorum apud nos exiguus inveniri numerus potest. Habemus hic quidem studiosos iuvenes et advocatos qui suam operam ministerio impensuros aliquando promittunt, sed interea causantur se adhuc nimis imparatos esse. Numerus est aliquis scripturas proponentium et in hoc exercitationis genere se exercentium, de quibus magna spes est. Ego quoad possum hortor ad ministerium omnes qui ad illud mihi apti esse videntur, sed non tantum proficio ac promoveo quantum cupio.

Salutem multam dico collegis omnibus. Vale optime ac diutissime, et tuam cura valetudinem. Nemausi 5. Decembr.

Salutant te *Maugetus* et *Martinus* symmystae et caeteri fratres. Intelliges ex scheda quam his meis literis inclusam ad te mitto quae ecclesia a vobis ministrum petat. Pecunia huic nuncio commissa est quam apud te deponeret, ad sumptus eius qui mittendus erit, si aliquis a vobis inveniri queat idoneus. Iterum vale.

Schedam de qua memini ne requiras, quia qui eam conscribere debebat ad te scribit.

Tuus Petrus Viretus.

3639.

DUGUÉ A CALVIN.

Il demande un certificat de bonne conduite pour obtenir une place de pasteur dans le Limousin.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 230.)

Monsieur Monsieur Calvin tresfidelle annonciateur de la doctrine du filz de Dieu
a Geneve.

La grace du Seigneur nostre bon Dieu soit avec vous.

Monsieur, apres que dernierement je vous eu remis en memoire l'ancience benevolence que vostre grace me monstra lors que arrive a Geneve, qui fut (si bien m'en souvien) l'an 1537, laquelle se declara en ce que ne voulutes permettre que je delaissasse les lettres: mais me feistes ce bien d'avoir une classe au college, duquel pour lors estoit principal Monsieur *Sonnier*: vous me distes que ne meussiez pas recogneu si ne vous eusse remis en memoire ces temps la. [1]) Adonc, Monsieur, vous priay que vostre bon plasir fut me conceder attestation si auriez entendu de moy chose indigne d'un ministre de la parolle de Dieu: vous proposant que ie m'en venoye au pais de Limosin pour prescher levangile, me retirant de la terre de Messieurs de Berne et mesmement de Modon, [2]) et ce avec congé. Surquoy il vous pleut me donner pour response que cela sembleroit sentir son ambition: vray est que me donnates une adresse de laquelle mon esprit fut fort content, a savoir que ie travaillasse que en lEglise que le Seigneur me commettroit discipline ecclesiastique y fut de bonne heure observee. En quoy vous promis y estre diligent moyennant layde de mon Dieu. Mais, Monsieur, la premiere chose quon ma demande, estant arrive par deca, ça esté si i'avoye tesmoignage de vostre Eglise et apres avoir fidellement rapporte ce que m'aviez dict, me feut enioint mettre peine de recouvrer quelque mot descript de vous, et mesme m'a on faict signer ma promesse. Parquoy ie vous supplie, Monsieur, que ainsi que mavez este pere pardela estant cause que iay poursuivi les lettres: que aussi maintenant me faciez ce bien descrire si avez entendu de moy quelque mal ou non: afin que ie puisse monstrer à Messeigneurs et freres que iay vouloir daccomplir les promesses que iay faittes a Dieu et a eux. Vous priant me pardonner si plustost ay importuné vostre grace a moy ia cogneue que celle de Messieurs voz freres, ausquelz iestoye comme ie pense incogneu. Qui sera lendroit, ou ie priray le Seigneur vous donner en bonne santé longue vie pour servir a sa gloire. De Hesmoutiers ce 7. de Decembre 1561 par le tout

Vostre tresobeissant serviteur
Françoys Dugue ministre a Hesmoutiers.

3639. 1) *Bétant (Notice sur le collége de Rive) ne dit rien sur cet individu.*
2) *Moudon, Milden in agro Vadensi inter Lausannam et Bernam.*

3640.

HOLBRACUS CALVINO.

Ecclesia Vallis Marianae dimisso pastore iam bene habet, hic Francofurtum se contulit quo vocatus est. Argentorati odia et minae contra Gallos.

(Ex autographo Cod. Genev. 196, fol. 231.)

Pietate et doctrina viro clarissimo D. Iohanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori.

Genevae.

S. Gratum tibi fore existimavi si de rebus ecclesiae Vallis Marianae [1]) et quo nunc sint loco nonnihil scriberem. Meliorem certe exitum quam aliquando speravimus habuit contentio adversus fratrem nostrum Arnulphum *Bancum* [2]) suscepta. Cordate enim et fortiter se gessit dominus loci illius, [3]) et tantum sua autoritate effecit ut conservata sit ecclesia gallica in puritate doctrinae, et quod ad ritus attinet se conformaret huic nostrae. Verum ne adversarii magis irritarentur tanquam prorsus victi, in hoc ipsis gratificatum est ut pastor, qui intolerabilis illis videbatur, loco cederet, saltem ad tempus, donec deverferveret [4]) odium, quod in pastoris persona praecipue ferri videbatur, ea tamen lege ut alius in ipsius locum substitueretur. Id quod non admodum grave tulit *Arnulphus*: facile namque passus est se vinci [*ut*] vinceret Christus et veritas cum ecclesia salva man[*eret*]. In ipsius itaque locum subrogatus est *Figonius*, [5]) qui nunc ibi pastorem agit et, ut audio, gratus est non tantum domino loci et plebi, verum etiam *Arnulphi* adversariis, aut saltem id simulant. Interea veniam obtinuit *Arnulphus* se conferendi quocunque visum esset ad tempus. Quod quum intellexissemus, ipsum huc ad nos venire rogavimus, et consilium illi dedimus ut Francfortum iret [6]) et omnia tentaret si quo modo peregrinae ecclesiae restitui possent. Acquievit ille consilio, idque eo lubentius quod sciret se gratum esse utrique parti, *Quercetano* nimirum et suis, a quibus etiam (nostro suasu) per nuncium vocabatur, altera parte non conscia. Deinde aliquot praecipuis mercatoribus qui *Francisci* partes sequuti fuerant, confidebat suum adventum iucundum fore: nam ipsis bene notus erat quum Antverpiae eorum pastor fuisset. Itaque hac spe fretus iter ingressus est pridie calendas Novembris. Salvum eo pervenisse scimus. Quid autem effecerit, aut quae sit spes profectus adhuc ignoramus. Dominus ipsius et nostris votis faveat: nam si volet Deus ecclesias illas restitutas esse magni beneficii loco habendum putamus, eorum praesertim respectu qui in Belgico gravi etiam nunc persequutione agitantur.

De his quae hic aguntur non habeo quod scribere possim, nisi quod nostri adversarii tanto odio in nos ardent ut nisi Dominus suo spiritu regat senatum, nobis (aut saltem mihi) hinc brevi migrandum erit. Spero autem non facile assequuturos quod cupiunt. Interim, vir clarissime et pater observande, hanc una cum reliquis ecclesiis tuis precibus Deo et patri Domini nostri Iesu Christi commenda. Dominus te diu incolumem nostrae Galliae et totius christianae ecclesiae bono conservet et tueatur. Argentinae 9. Decembris 1561.

Gulielmus Holbrachus tuus.

3640. 1) *Mariakirch in Alsatia* (*N.* 3236).
2) *Marbufii successorem* (*N.* 3291).
3) *Egenolfius III. de Rappoltstein.*
4) *sic.*
5) *Ioannes, a Metensium consistorio missus m. Octobri.* Ce ministre était très-lié avec Pierre de Cologne alors pasteur à Metz, lequel l'introduisit à Ste. Marie. (*Drion, notice sur l'égl. de S. M. p.* 19.)
6) *Drion male: Nemausum.* Frankf. Rel. Hdl. I. p. 22. (*Was es mit d. Ref. exercitio Rel. vor eine Beschaffenh. gehabt* 1735: Es haben die Fremden zu Fr. in ihren (7. *Mai*—27. *Nov.* 1561. *Beil. n.* 35-41) übergebenen Memorialien die Wiedereröffnung der Kirche nicht iure ipsis competente vel pacto oder als eine Schuldigkeit sondern als eine meram gratiam gesuchet, auch weiter nichts erhalten als dass sie an den beyden Christtägen offentlich predigen lassen mögen. Bei dieser Gelegenheit ist von der Confession des zum franz. Predigern vorgeschlagenen Arnoldi Banci und deren Probirung nichts gedacht worden und hat das Ministerium Francf. solche Confession nicht billigen können. — *Arn. Banci conf. fidei lecta germanice in senatu a.* 1561 *d.* 11. *Dec. in Rel. Hdl. II. Beil.* 37, *p.* 327. *Des Ministerii Bedencken über Banci Gl. Bek. v.* 1. *Jan.* 1562. *ib. n.* 38, *p.* 330.

3641.

BLAURERUS CALVINO.

Commendat ei iuvenem aliquem studiosum et hac occasione eius commentarios in libros sacros maximis extollit laudibus.

(Ex autographo Cod. Genev. 196, fol. 234.)

Clarissimo incomparabilique theologo D. Ioanni Calvino amico et fratri tam observando quam longe carissimo.

Genevae.

S. Quanquam vix quidquam aeque invitus facio, observande mihi semper ac omnium longe carissime *Calvine*, quam tibi tuique similibus magnis viris ac publicis negotiis natis, vulgarium hominum commendationibus molestus esse, quod scilicet illibenter illis ad temporis vel tantilli iacturam faciendam ansam praebeo, et saepe male collocatum sit quod istis quibusdam qui commendatitias importunius extorquent impenditur, hic tamen pius et multum studiosus adulescens Ioachimus *Herterus* [1]) sic mihi est a germano suo fratre, homine familiariter mihi noto et valde amico, ut eum tibi commendem accurate commendatus ut deesse petitioni ipsius haudquaquam potuerim. Fuit autem ante annum hic *Ioachimus*, quum Genevam studiorum gratia se conferret, a *Bullingero* quoque nostro [2]) et *Petro Martyre* de meliore, ni fallor, nota diligenter tibi commendatus. Nunc quum Galliae res pacatiores paulo sint et persequutionis ob evangelium Christi tempestas tranquillata videatur, fratris consilio usus operae pretium se facturum existimat si Lutetiam proficiscatur, clarorum virorum commendatitiis comitatus, si forte conditio quaequam mediocris sibi contingat, qua adiutus studiorum suorum cursum felicius absolvere possit. Tu igitur, mi colendissime *Calvine*, si quid hic potes, imo quia plurimum potes, pro solita illa et quae de omnibus bene mereri studet officiosa humanitate tua, praesenti ope vel consilio, vel qua apud multos alios vales autoritate, huic etiam bono *Ioachimo* adesse non pigeat, [3]) quo votorum suorum vel aliquousque compos evadere possit, planeque intelligat, meam apud te commendationem sibi non omnino fuisse infructuosam. Dedi illi etiam ad *Bezam* nostrum literas, quem dici non potest quam gratuler tam honesta felicique occasione patriae, quae eum iam dudum eiecerat, redditum, ut hanc divina et mirifica dispensatione ipse nunc ad veram patriam compendiaria via, quae Christus est, deducat. Dominus illius ministerio coelesti incremento affatim benedicat, ut quod se exstimulante conatur se quoque fortunante efficiat, sicque non tam ipse, quam omnes quotquot ubique sunt fideles, de Galliae salute, quae iam non titulo solum sed re ipsa christianissima sit facta, Deo gratulemur.

De rebus Helvetiorum, quoque loco sit nunc Glareanorum cum Quinquepagicis causa, [4]) quia *Bullingerus* noster, quemadmodum de aliis quoque Germaniae novis, identidem te certiorem facit, non est ut ipse etiam eadem scribens te fatigem.

Linerus noster tuam mihi salutem nudius tertius hac ad suos rediens officiose dixit: quem vale dolet tuorum in Danielem commentariorum [5]) nullum mihi exemplum attulisse, quum interim affirmet unum se a te dono accepisse, quod ego tamen petere a viro non audebam, quod scirem suis Sangalli concionatoribus esse destinatum. Novit certe ille quanto tenear desiderio scriptorum tuorum, si quid forte novi vel longum vel breve abs te editur, ut merito illi succenseam quod tanta me voluptate defraudarit, tametsi omnino istuc apud praesentem dissimularim, ne forte unum illud exemplum a quantumvis invito extorquere velle viderer. Aliam autem occasionem captabo, si fieri potest, ut quamprimum istinc ad me labor ille perferatur, quandoquidem eo mihi spiritu quo scripti sunt sacri libri abs te enarrari omnino videntur, ut non possim in iis tuis vere divinis commentariis non suavissime, quoties omnino vacat, delitiari.

Christus vitalis vita nostraeque vitae unicus autor et conservator, si non diutius, tantisper tamen superstitem te esse velit, dum etiam quos non multos adeo reliquos fecisti divinorum eloquiorum libros eodem spiritu suo dictante eademque felicitate, maximo ecclesiae suae fructu, quemadmodum priores, illustres. Amen amen. In eo iam quoque bene vale et senectutem hanc meam, miserae huius vitae saturam [6]) et ad eam quae vere et sola vita est collectis sarcinulis migraturientem, fide flagrantibus votis tuis constanter adiuva. Vitoduri xj. Decembris 1561.

Tuus ut nullus aeque
Ambr. Blaurerus.

3641. 1) *frater ludimagistri Turicensis.*
2) *N.* 3258.
3) *sic:* Tu . . . . pigeat.
4) *Cf. N.* 3583. 3597. *Nihil novi pro tempore factum. In a. d. VIII. Cal. Febr. novus conventus indictus.* (*Ruchat* VI. 442.)

5) *N.* 3485.
6) *Natus erat a.* 1492. *Laudatur tamen a Presselio* (*A. Bl. p.* 143) *epistola eius hoc ipso mense scripta in qua se dicit eadem gaudere valetudine qua ante viginti annos.*

3642.

BEZA CALVINO.

Parisiis retentus patrem pro tempore non invisit. Varii motus in diversis regni partibus et passim belli civilis primitiae, ad quas compescendas missi regii dimittuntur.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 52, coll. c Cod. 119, fol. 86, Cod. Bern. Epp. VI. p. 969, Cod. Simleri 102. Edidit Baum App. II. 140. Inscriptio desideratur.)

S. Ecce, quum iam iter ingressus essem[1]) revocatus sum *Posidonii*[2]) literis, cui eo libentius sum obsequutus quod patrem rescivi extra periculum esse.[3]) Distuli igitur profectionem ad Nonas Ianuarii, quo tempore spero omnino dimittendum conventum qui ad xx huius mensis habebitur.[4]) Interea quantum ex *Posidonii* literis cognovi praesentia mea non erit inutilis, ut saltem eos in officio contineam, quos scribit, simul atque discessi, nonnihil dissidere coepisse. Heri coactus hominum importunitate concionem habui in D. Antonii suburbio,[5]) nec impedire potuit densissima pluvia, quominus omnium ordinum viri et feminae ad sex millia sub dio convenirent. Tantum animorum ardorem nunquam animadverti. Sed plane miserabilis erat facies. Itaque omnes ad constantiam hortatus concionem abrupi. Cras in aulam reversus omnia tentabo ne multo plures nunc aquis quam olim flammis perdantur.

Audisti procul dubio de quadam Sorbonica ut vocant tentativa, in qua agitatum fuit de summa potestate papae in spiritualibus et temporalibus.[6]) Nudiustertius factum est senatusconsultum, quo iubentur duo magistri nostri tum in proxima sua disputatione, tum etiam in aula coram consilio regio propositionem abiurare et veniam a regia Maiestate, totius facultatis nomine precari.

Missi sunt duo Legati[7]) in Provinciam, qui in sicarios et seditiosos illos inquirant. Totidem[8]) destinati sunt iam pridem Occitanis, sed eorum culpa adhuc haerent in urbe. Itaque non me sed se ipsos accusent oportet. Apud Cadurcos[9]) narrantur 43 ex nostris uno hostium impetu trucidati. Quae crudelitas omnes, ut spero, commovebit. Albiniaci regulo[10]) dies dictus est, ut coram rege rationem reddat multorum quae in nostros arguitur commisisse. *Sacrocaesariensis* comes,[11]) qui et ipse non procul Turonibus dicitur duos trucidasse, multos vulnerasse, domos incendisse, impetravit ut de hoc facto in regis consilio decernatur, ubi procul dubio obtinebimus, nisi omnis iustitia prorsus hinc exsulet.

Borgoinum nostrum miratus sum ad Caldomontanos[12]) missum, qui pauci sunt et hostibus proximi. Mallem concessum Ambianis vel Rhenonibus qui nos suis assiduis flagitationibus fatigant. Ex istis facile intelliges, mi pater, timendum non esse, ne vel delitiis vel otio marcescam. Utinam qui mihi animum tribuit pro sua misericordia vires etiam suppeditet. Coenam celebravimus Calendis huius mensis in castro quod est Sangermano contiguum. Interfuerunt circiter septingenta capita et in his *Navarrena, Admiraldus* cum uxore et principis socrus.[13]) Nam princeps ipse cum uxore per valetudinem adesse non potuit. Ringuntur multi, sed frustra. Trecensem episcopum[14]) audio suo etiam episcopatui renunciasse. Sed hoc nondum plane rescivi. Quae de tota illa causa scripsisti accepi, et pro iis magnam tibi gratiam habeo omnium fratrum nomine, quibus hic tuus labor fuit gratissimus. De *Balduino*[15]) illo infelicissimo quid mihi faciendum putes, scire percupio, nec ullae me curae impedient, quominus desiderio meo, si tibi videbitur, satisfaciam.

3542. 1) *Veselium ad patrem.*

2) *Coligny.*

3) *Quem tamen postea superstitem non vidit.* (*Baum* II. 462.)

4) *de quo saepius supra. Caeterum prorogatus fuit ad Cal. Ian.*

5) *scil. in Popincourt, faubourg S. Antoine, ubi protestantium conventus celebrari solebat. Habebant praeterea alium locum, le Patriarche dictum, in suburbio S. Marcel. In eo conventu de quo hic loquitur decreta fuit eleemosynarum quaedam administratio* (*Bruslart l. l.* I. 66).

6) *Journal de Bruslart* I. 60*:* M. le prince de la Roche-sur-Yon et M. le Chancelier firent plaincte à Messieurs de la Court de Parlement de ce qu'il s'estoit tenue une proposition par un Theologien (*Jean Tanquerel*) qui demeuroit au college de Harecourt que *Papa potest reges et imperatores haereticos deponere. Cf. Bulaei Hist. univ. Paris* VI. 545. — *Languet Epp.* II. 160. *d. d.* 26. *Nov.:* Sorbonistae nuper disputarunt an liceat Pontifici Rom. regem haereticum aut schismaticum aut discedentem ab obedientia pontificia privare regno et regnum ipsius in alium transferre. Quidam dicunt eos conclusisse, alii dicunt nihil certi constituisse. Quidquid sit periculosum est talia hoc tempore movere. Res est delata in aulam et sunt constituti qui in eos inquirant tanquam seditiosos, suntque ex ipsis aliqui iam traditi custodiae.

7) *Praefectus Provinciae de Flassans protestantes ex ea eiicere conatus fuerat. Quum turbas inde natas Locumtenens regius Comes de Tendes compescere non potuisset, missi sunt Cursolius cum altero legato,* de Fumée, grand rapporteur au parlement de Paris. *Qui d.* 10. *Dec. eo profecti sunt.* (*Hist. eccl.* I. 894 *seq.*)

8) *Burie et Monluc, episcopi frater.*

9) *Languet* II. 185. 188. *Hist. eccl.* I. 854*: In eo oppido plebs a sacerdotibus excitata d.* 15. *Nov. domum ubi protestantium conventus celebrabatur incendio delevit et* 42 *homines crudeliter trucidavit. Postea protestantes vicinorum locorum de Cadurcensibus per occasionem poenam sumpserunt suos ulciscentes.*

10) *praefecto regio in Aubigny* (*Berry*).

11) *Du Buis comte de Sancerre, ministrum senem Longueville interfecit.* (*Hist. eccl.* II. 600.)

12) *Teste Hist. eccl.* I. 767 *ad Trecenses missus fuit. Fortassis in itinere haesit in Chaumont.*

13) *Mad*e *de Roye.*

14) *N.* 3602. 3608. 3616 *sq.* — *Languet, p.* 184: Trecassium episcopus omnino constituit non cedere episcopatu, et habet patronos non pàrvae autoritatis, et inprimis Condaeum, quibus est gratum tale exemplum statui, et qui non facile ipsius patrocinium deserent. Accersitus est iam in aulam, ubi heri audivi eum concionantem in aedibus Condaei cum maximo applausu eorum qui sunt nostrae religionis. Non enim ipsi deest eruditio nec facundia et quamvis sit Italus eleganter tamen loquitur gallice.

15) *N.* 3624.

Superiora scripsi Lutetiae, nec prius mittere volui quam in aulam redissem, ut quaedam adiungerem, de quibus adhuc eram incertus. In Aquitania eodem fere tempore quo saevierunt Cadurci, nostri D. *Fumetum*[16]) quendam a quo saepe vexati fuerant, in ipsius castrum usque persequuti interfecerunt, et nullum non crudelitatis genus in cadaver exercuerunt. Direpta etiam est domus et uxor vulnerata. Inde progressi sunt ad alium quendam obsidendum. Hinc varii passim tumultus, quibus utinam duces deessent. Ista valde commoverunt reginae et procerum animos, nec quidquam magis incommode accidere potuit, quoniam instat vicesima Decembris et conventus ille a cuius exitu pendemus. Sed tamen non desino bene sperare, immo iam etiam aliquid boni ortum est ex hoc malo. Statim enim delecti sunt et missi duo qui de omnibus illis sicariis utrinque inquirant et ii quidem quales optare potuimus.[17]) Additi sunt duo rei militaris duces cum octo signis equitum, ut summa severitate utrinque coerceantur seditiosi, ex duumvirorum sententia. Est autem diserte imperatum ut nocentum suppliciis contenti innocentes tueantur neque nostris ecclesiis vel tantillum incommodent, imo singulos magistratus oppidatim moneant, ne nostris qui pacati fuerint ullo modo noceant. Interea vero dum isti se parant, literas misi quam celerrime ad omnes illarum partium ecclesias ut boni sese a malis in ista causa seiungant, et innocentiam suam iudicibus probent. *Cursolius*[18]) quoque ad Lugdunenses, Delphinates, Provinciales, Occitanos denique cum duodecim equitum signis mittitur iisdem de causis, et quatuor inquisitores illi adiunguntur. Nec sane melius nobis hac in parte consuli potuit, quoniam qui mittuntur probi et integri sunt omnes, neque, ut spero, exspectationem nostram fallent. Praeterea etiam vehementer proderit iste equitum delectus ad impedienda eorum consilia, qui vel domi vel foris adversus huius regni statum coniurarunt, quoniam fieri vix poterit ut clam comparare possint copias, quae nostris iam instructis opponantur. Quod si aperte nos adoriantur, eo paratiores erimus illis excipiendis, undecunque impetum fecerint. Sed ista utinam potius Dominus Deus avertat. Tantum metuo quorundam temeritatem et impatientiam qui utinam saltem sibi solis nocerent.

De concilio Tridentino nescio quid agitatur, quod postquam cognovero accurate scribam. Vides mihi hic non deesse hic manendi causas, quae utinam tam multae et tam iustae non essent, ac potius suaviter iam nunc ut antea tecum, mi pater, et laborare et quiescere liceret. Sed age fiat Domini voluntas. Bene vale, mi pater, cum collegis et amicis omnibus. D. Iesus te incolumem servet et sanctis tuis laboribus magis ac magis benedicat. Ex Sangermano 12. Decembris.

Tuus Beza.

16) praefectum satellitum regii corporis, hominem magnae autoritatis (*Languet* I. 185. *Hist. eccl.* I. 800). *Dudum piis infensus diaconum quendam a concione redeuntem et casu obvium occiderat. Statim eius castellum obsessum fuit et expugnatum, ipse in moenibus interfectus d. 22. Nov.* (*Baum* II. 465.)

17) *Nic. Compaing conseiller du grand conseil et Girard lieutenant du Prévost de l'hostel.*

18) Ant. Comte de Crussol, Sr. de Beaudisner (*Hist. eccl.* I. 720).

3643.

GRAVELLE A CALVIN.

L'église de Troyes demande qu'on lui laisse le ministre Le Roy et qu'on lui envoie aussi Enoch.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 196, fol. 232.)

A Monsieur et pere Monsieur dEpeville
la part ou il sera.

La grace et paix du Seigneur vous soit multiplye.

Monsieur et pere, nous vous prions de rechef de nous faire tant de bien que destre moien que nostre frere *Le Roy*[1]) soit du tout nostre, veu qu'il sera assez occuppe icy sans quon lenvoye a Bordeaulx pour travailler a loeuvre du Seigneur, comme nous avons entendu quon voulloit faire. Joinct que nous l'avons tousiours retenu comme nostre, au cas que les freres de Dijon ne se souciassent point de luy. Si aussi il vous plaist nous faire tant de bien que de rescripre un petit mot a messeigneurs de la classe de Neufchastel touchant laffaire de nostre frere *Sorel,*[2]) a ce quil puisse avec leur congé estre du tout nostre, vous nous obligeres de plus en plus a vous. Le Seigneur vous benie a jamais. De Troyes ce xiij[e] jour de Decembre.

Vostre filz obeissant au Seigneur
J. Gravelle au nom de leglise.

3643. 1) *N.* 3569. 3608.
2) *Voyez la lettre suivante.*

Nous avons oublié a vous prier humblement de nous envóyer Mr. *Enoch* si faire se pouvoit.[3] Maintenant dont nous en prions au nom de Dieu esperant quil fera en ce pais un fruict merveilleux.

3644.

GRAVELLE AUX MINISTRES DE NEUCHATEL.

Il demande que Sorel soit autorisé à rester à Troyes.

(Autographe de la Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. Bulletin XII. 356. Recordon, hist. du Prot. en Champagne p. 252.)

A Messieurs et peres Messieurs de la classe de Neufchastel

a Neufchastel.

La grace du Seigneur vous soit multipliee.

Messieurs et peres vous ne trouveres estrange sil vous plaist si nous vous prions humblement pour la troisiesme fois de nous accorder que nostre frere *Sorel* soit du tout nostre. Si vous esties en nostre place, Messieurs et peres, voiant le fruict quil fairoit et pourroit fere a l'advenir, voiant quil seroit si agreable au menu peuple que rien plus, pour le grand proffit quil tireroit tous les jours de ses sermons plains de sainctes exhortations à pieté, joinct que ses affaires particulieres requerroient bien icy sa presence, nous ne doutons point que ne fissies instance comme nous à ce quil vous fust donné pour tousiours. Nous vous prions donc de ne trouver point mauvais si encore ceste fois nous vous supplions, au nom de Dieu qui a racheptè son Eglise du pris du sang de son Filz Jesus, que vous aies pitié de ce petit trouppeau de Troyes affamé de la parole de vie. Si vous nous prives, Messieurs et peres, de la presence dun pasteur si necessaire il ne nous en demeurera plus quun lequel ne pourra pas fournir à la ville, tant sen fault quil puisse planter Eglises au Seigneur selon coustume, confermant celles qui sont ja toutes dressees non seullement és environs de Troyes ains aussi à sept, neuf et quinze lieues loing non sans un fruict merveilleux. Et y a apparence quil pourra a l'advenir estre encore plus grand, nostre frere *Sorel* faisant les voyages à sa commodité quun aultre a faict auparavant. Seulement, Messieurs et peres, octroies nous ce don sil vous plaist, et esperes par vostre moien en ce pais un grand avancement du regne du Seigneur Jesus, nous obligeans avec toutte la Champaigne de plus en plus à prier à tout jamais pour vous et tout le trouppeau que le Seigneur vous a commis. Le Filz de Dieu vous benie et gouverne par son sainct Esperit tellement vostre coeur en cest affaire que nous aions telle responce que nous demandons. De Troyes ce 13e jour de decembre.

Vostre filz obeissant au Seigneur
Jean Gravelle dit du Pin
au nom de l'Eglise de Troyes.

3) *Il était pasteur en ville depuis* 1560. *Il ne paraît pas avoir été fait droit à cette demande. Car en* 1562 *il fut nommé recteur de l'académie et ne se rendit en France qu'en* 1566, *d'abord dans sa patrie à Issoudun, plus tard chez la duchesse Renée de France.*

3645.

FARELLUS MINISTRIS NEOCOMENSIBUS.

Acta Vapincensia.

(Ex authentico edidit Iul. Guil. Fick, Gen. 1865 ad calcem libri autoris: Du vray usage de la croix p. 306. Textus ab amanuensibus duobus mendose scriptus et a nobis tacite emendatus.)

Quam carissimis fratribus et symmystis decano et omnibus pastoribus sancti coetus Neocomensis.

S. Quum Sabbato[1]) sub noctem appulissemus, die dominico a prandio, quamvis rogassem ut mane id fieret, concionem habuimus frequentem in templo cui nemo praeest,[2]) nisi qui interdum Cappellanus missam celebrat, qui claves dedit libere. Plures paene erant extra templum quam in templo, quum locus eos capere non posset. Syndici petierunt ut is qui episcopi nomine praeest ut gubernator cum suis curaret ne quis motus fieret. Quod effectum est. Lunae prosequuti sumus populo satis frequenti et item die Martis. Sed a prandio vicebalivus me

3645. 1) *d.* 15. *Nov. non* 14 *ut habet impressum.*
2) *chapelle de St Colombe* (*Arnaud, Prot. du Dauphiné* I. 90).

vocavit, et id satis honorifice, misso primo syndico et procuratore regio, per quos rogavit ut ad se venirem et ad eos qui illi assident. Quod feci. Et coepit edictum regis mense Iulio emissum proponere, et rogavit quo autore, quo vocante et quibus instantibus concionatus essem, et id genus alia. Respondi ad singula. Audita responsione quae satis lenis fuit, prout ille reverenter me conveniebat, secessi, ut ille cum assessoribus deliberaret: et tandem ut revocarunt rogaverunt ut tantisper supersederem a concione donec senatum Grannopolitanum et gubernatorem certiores fecissent. Respondi, non esse mentem regis ut propter edictum praedicatio evangelii prohiberetur nec impedirentur ministri et pii quin agant praedicando et audiendo verbo quod decet pios. Idque satis testatum esse quum ministros vocavit ad colloquium qui palam praedicant in aula et in urbibus paene omnibus aperte praedicant ministri, ut Luduni,[3]) et alibi passim, quamvis episcopi eos non admiserint. Et tantum abest quin prohibeantur, quod potius magistratus incumbit ne quis eos turbet. Et satis notum est, dum concio fit, magistratum cum satellitibus curare ne quis motus fiat, quod effectum fuit hic in prima concione. Rogavi ut mea et piorum conditio non esset deterior quam pastorum et piorum qui Luduni sunt et alibi. Plus satis pios fuisse in tenebris et extra viam abductos: non prohiberent lucem evangelii illis proponi et viam veritatis ostendi. Multis actum est quibus moti sunt qui aderant. Et hoc addidi, me paratum esse in omnibus morem gerere, sed in hoc non moverentur, nec putarent me temere aliquid agere et studio contradicendi si domino meo et ipsorum parerem iubenti ut evangelium annunciem, et quamdiu vel duo fuerint qui me audiant potius passurum mortem quam os contineam ne praedicem. Reductus ab his qui me deduxerant perrexi de more. Die Iovis oblatus fuit puer baptisandus, quod effectum est multorum aedificatione. Die dominico[4]) bis concionatus sum sed frequentiori populo. Heri[5]) voce tubae proclamata fuere multa quae prius fuerant proclamata, prohibitos conventus omnes et quod nonnisi locis consuetis praedicetur et restituerentur templa. Nos concionati sumus ut prius. Peracta concione minister viceballivi cum literis illius me convenit iussitque ut restituerem templum, cessarem a concione et alia quaedam. Petii exemplar literarum. Pii omnes fere adierunt viceballivum suscipientes causam. Queruntur de eo quod pergit ita ut omnia tendant ad seditionem et tumultus movendos, ubi omnia pacate fierent a nobis, tum in concionibus tum in aliis, et eum non debere ita moveri ob sacellum quod omnibus est expositum, etiam ludionibus et histrionibus et his qui negotiantur: eos esse obsequentissimos iussis regiis. Et protestati sunt, si quid fieret contra voluntatem regis et edicta ipsius, ipsum esse autorem, petieruntque ut omnia quae per ipsum acta fuerant ipsis in scriptis darentur, ut vicegerentem certiorem redderent et alios quos oporteret: quibus ille annuit. Omnia missa fuere ad vicegerentem gubernatoris in Montiliensi,[6]) qui non minus aequus fuit quam ipse viceballivus, et iterum rogatus eum se praestitit qui prius. Nos interea pergebamus et ecclesia crescebat: accedebant et exteri. Tandem visum est supersedendum esse a sacello et dispositae sunt aedes, quae olim fuere uxorum fratrum *Gaucherii* et *Claudii*, amplae satis et appositae ad conciones audiendas, in quibus hodie puellam mei patruelis baptisavimus frequentiori populo. Existimo adversarios nos passuros quiete pergere. Delecti sunt seniores duodecim, et in hoc sumus ut per singulos domus examinentur hi qui ad coenam sunt admittendi. Nec puto hoc absolvi posse toto hoc mense. Adiunctus est mihi Petrus *Reinardus* qui diu egit Losannae: is sub auroram brevem habet exhortationem cui frequentes adsunt quotidie, et dominicis diebus catechesin habet multa aedificatione. Superest ut nos commendetis Domino et totam ecclesiam et omnes qui suspirant ad verbum, quorum magnus est numerus. Dominus pastores illis largiatur. Iubete omnes ecclesias precari pro nobis. Salutate praefectum et senatum et pios omnes. Pie vos salutant in Domino. Vapinci 13. decembris 1561.

Boni[7]) consulite, fratres quam carissimi, si haec variis manibus conscripta fuere. Coeperam dictare per eum quem nancisci poteram, et quum sese appararet ad viam is qui Genevam mittebatur, volui, quum alius non adesset, opera ipsius uti. Nam mox a prandio studendum erat. Conciones quotidianae nunquam intermissae et visitatores multi ita me premunt ut quod volebam per me non valuerim efficere. Valete.

Vester in Domino
Farellus.

---

3) Lugduni.
4) 23. *Nov.*
5) *Dicere volebat:* Die antecedente *i. e. Sabbathi.*

6) *Sic legit Arnaud l. c. p.* 92. *Nomen dubium. Fickius omisit. — Viro illi nomen fuit La Motte-Goudrin.*
7) *Farellus abhinc mpr.*

3646.

SALINIACUS CALVINO.

Se non adeo ab evangelio alienum esse ut Calvinus existimare videtur, eiusque mentis publica documenta edidisse, conceptis verbis affirmat.

(Manu scripta non exstat. Edidit Beza Genev. p. 261, Laus. p. 541, Hanov. p. 608, Chouet p. 358, Amst. p. 163.)

Merito te amo, vir clarissime, de ista tua erga me humanitate, qui me, ut pium ac cordatum virum decet, officii mei tuis ad me literis admoneas. Quae ista tua erga me voluntas non minus profecto mihi grata esse debet atque iucunda, quam a summa tua erga me benevolentia (qui enim ego aliter de te existimem?) eam esse profectam certo scio. Sed illud profecto permirum mihi accidit, quod non secus de me sentire videare, ac de eo statuas qui omnino a Christo sit alienus, et perpetuam propugnationem pro veritate suscipere nolit: quum nemo adhuc me in adversariorum castris signa sequentem videat: neque promissis, quae minimum apud me valent, sed ne periculis quidem ullis, quibus tamen moventur fortissimi viri, adduci unquam potuerim ut ipse a me deficerem, et deserto imperatore Christo, ac in acie ordine meo, ad hostium castra turpissime atque flagitiosissime transfugerem. Quod si tu eo fortasse me nomine iure reprehendendum esse putes, non quod ipse quidem religionem oppugnaverim (neque enim id vere de me dici posse puto) sed eam quum possem non defenderim, equidem id hoc loco quod res est paucis respondebo: me in tanta animorum de religione contentione et opinionum dissensione, cui simpliciter me dederem adhuc constituere non potuisse. Cupiam ego vehementer eam nos reipublicae christianae formam habere quam tu ipse spiras et apostolicam fuisse legimus. Sed quantae molis sit christianam denuo condere gentem, aut potius recudere, quae tot iam annos a recta virtutis et veritatis via deflexerit: et praesertim apud nostros, qui οὐδὲ κατ' ὄναρ id quod rectum est et verum viderint: tu vel me tacente, qui apud nos sis natus et educatus, et in Gallia nostra prima virtutis tuae fundamenta ieceris, quique et polito et literis exculto sis ingenio et acri iudicio praeditus, optime potes intelligere. Expeditissima igitur mihi quidem ad hanc rem via esse videtur, si non scripturae tantum. quae plurimum apud pios valere debeat, sed veterum etiam autoritate, quae maximi ab adversariis fit, quibus opibus maxime tuti esse velint, ea praesidia non satis firma esse doceamus: quaeque hodie in pretio habentur, et vulgo a male sanis hominibus docentur, quantum a veritate ipsa dissideant, planum faciamus. Qua sane in re (ut otii etiam nostri ratio tibi constet) subcisivis quidem horis (nam meliorem, ut aequum est, diei partem literarum sacrarum studio tribuimus) libenter me, quantum per occupationes alias et valetudinem licet, exerceo. Quod ut aliquando e re ecclesiae nostrae esse possit, Psalmos Davidicos hebraice, et reliquos deinceps veteris foederis libros, Kimhianis ad eosdem adiunctis commentariis, ineunte Ianuario, in nostra hac academia publice explicandos (si Deus Opt. Max. me, ut spero, servaverit ac iuverit) suscepi: ut dum caeteri Satanam vi et impressione evertere bonis omnibus approbantibus conantur, ego pro virili, ut levis armaturae miles, subsidio veniam. Miles vero Christi ego sum, cuius nunquam me pudeat. Ecquo quaeso modo eius me pudeat, pro cuius decretis vitam profundere non dubitem, idque summae mihi laudi esse ducam, atque omnium triumphis anteponam? Ego nempe ante menses octo, aut eo etiam amplius, Prophetas aliquot cum Kimhianis commentariis publice sum interpretatus, eademque illa quae vos proponere soletis, docui: auditores meos ab externis his et aspectabilibus ad veram religionem, Christo uno per quem servemur proposito, revocavi, et quoad eius fieri potuit, ad pietatem semper erudivi. Fateor equidem (nec causa est cur id negem) falsam istam doctrinam non tam fortasse aperte, quam ipsi facere soletis, confutasse: Babylonem tamen tum cuniculis, tum aperto etiam Marte, ut res et tempus ferebat, ita semper oppugnavi, ut noster iste in eo genere conatus optimo cuique semper probaretur. Plura in hanc sententiam non scribam. Quo enim ego sim semperque fuerim animo, quid item spectem mihique proponam, et quam longe lateque Dominum regnare cupiam, ipsa dies (ut spe sum optima) docebit. Neque eo certe consilio haec commemoro, atque ad te scribo, quo mihi quidquam laudis tribui postulem: sed ut me, Dei beneficio, non omnino in propagandis illius regni finibus cessatorem fuisse intelligas. Vale et me, ut te in Christo veneror et amo, redama. Lutetiae, Idibus Decembris 1561.

Ioannes S. tuus.

3647.

POLONI CALVINO.

Ministri seniores plurium dioeceseon vindicant se a suspicione heterodoxiae in articulo de trinitate et fidem Nicaenam et Athanasianam candide profitentur.

(Duo exstant Genevae exemplaria, alterum in Cod. 196, fol. 233, alterum in fasciculo 197aa, N. 32. In priore additur in-

scriptio manu Ionvillaci exarata haec: *Epistola ministrorum Poloniae ad D. Calvinum qua fidei suae confessionem edunt.*)

S. in Domino. Quod eam curam nostri habes, clarissime et integerrime vir, non possumus tibi summas non agere gratias. Non aliunde enim hanc nasci credimus, quam ex illo amore quem summum semper testati estis in vestris ad nos scriptis. Optaremus autem ut, quemadmodum huc usque de nobis optima sperabatis et nos quoque de vobis credidimus, ita in posterum eandem fidem illaesam permanere [1]) ne scilicet quorumlibet hominum privatorum literis vel delationibus [2]) de nobis credatis. Sunt enim plerique, ut nunc sunt tempora, qui nihil aliud quam traducendi et condemnandi alios occasionem quaerunt, laudem ex aliorum fama venantur et quasi vigilantiae speciem prae se ferunt, quum ad quaslibet suspiciones vel rumusculos omnes excitent et classicum canant. Loquimur autem hic de nostris quibusdam qui ecclesias nostras turbare annituntur et quaerunt occasiones traducendi illas sine causa. De nobis vero ne quid dubitetis, sic breviter habete: Credere nos et adorare sanctam Trinitatem, hoc est, patrem et filium et spiritum sanctum. Agnoscimus patrem verum Deum esse, Christum quoque filium Dei esse verum Deum, spiritum quoque sanctum esse verum Deum. Pluralitatem deorum detestamur. Unum esse Deum, non persona, sed indifferenti natura credimus. Contra Arium credimus ὁμοούσιον filium patri. Contra *Servetum* credimus aeternum ex aeterno patre genitum filium, omnipotentem ex omnipotente, perfectum ex perfecto. Item Verbum quoque suo tempore factum hominem, non mutata natura Verbi in carnem, sed carni in unam hypostasim unita. Propter puritatem et simplicitatem apostolico symbolo contenti sumus: sed ne calumnientur nos hostes etiam et Nicaenum cum Athanasii symbolo contra haereticos emergentes recipimus. Caeterum ut via falsis rumoribus de nostris ecclesiis praecludi possit, in posterum rogamus ne cuiusque delationibus vel etiam scriptis credatis, nisi literis publicis ab istis senioribus vel illorum plerisque subscriptis. Literae enim quas detulerat ad te Martinus *Czechovius*, ill. Palatini Wilnensis nuncius, tanquam ab ecclesia datas, tantum a quatuor idque in privato, et adhuc duobus superintendentibus, a duobus non senioribus sed ministris tantum circumventis scriptos esse scito. Bene vale, vir clarissime, Dominus te servet diu ecclesiae suae fidelem ministrum. Datae Cracoviae ex synodo seniorum xiii Decembr. anno Domini M. D. LXI.

Stanislaus Liasoczki [3]) P. l.
senior ecclesiarum dioecesis Cracoviensis.

Stanislaus Karninski Iuan
senior ecclesiarum dioecesis Cracoviensis.

Petrus Strzala
senior ecclesiae ducatus Zatoriensis
et Osviecimensis.

Adam Swierczkowski
senior ecclesiae Cracoviensis
districtus Xiaznensis.

Foelix Cruciger superintendens
ecclesiarum minoris Poloniae.

Gregorius Paulus
minister Crac. et superintendens.

Stanislaus Lintomirski
ecclesiae Dei minister.

Paulus Gilonius
superintendens ecclesiarum
in ducato Zatoriensi.

Georgius Blandrata
Dr. et senior.

3648.

SYNODUS CRACOVIENSIS CALVINO

Ex parte similis argumenti ac praecedens. [1]) *Stancarus respuitur, Blandrata defenditur quatuor alii ut calumniatores notantur.*

(Ex apographo Codicis Paris. Coll. Dupuy 102, fol. 156.)

3647. 1) *Varia tentavimus ad sensum h. l. constituendum ope interpunctionis. Sed frustra: proverbium praesto est: Nos Poloni non curamus etc.*

2) *Sarnicii puta et Sylvii. Cf. Lismanini ep. proxime sequentem.*

3) *Nominum propriorum authentiae fides penes librarium esto. In sequenti ep. passim corrupta videntur.*

3648. 1) *Illam ministri privato suo nomine, hanc synodus ipsa scripsisse putandi sunt. De hac Lubien. p.* 126 *haec habet:* A. 1561 ad 10. Dec. indicta Cracoviam synodo quae vigesima fuit, pauci ex patronis et ministris illuc convenerunt. In hac literae Calvini (*N.* 3562) lectae, quibus perscribit se Martino Czechowicio, ministro ducis Radzivilii, literas dedisse ad patronum eius cui haereses Blandratae detexerit .... (*p.* 129) Tandem uno animo ab omnibus conclusum, Blandrata confessionem fidei conscribat et suam innocentiam asserat. Ex hac synodo datae de hoc negotio ad Calvinum et Bullingerum literae. *Stoinii Epit.* (*Sand. p.* 186.) In 21a Synodo a. 1562 m. Martio consignatam Blandrata confessionem exhibuit in Xians.

Clarissimo ac doctissimo viro D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis vigilantissimo et fidelissimo pastori domino et fratri colendissimo.

S. in Domino. Gratias agimus tibi, clarissime vir, pro ea in nos pietate et benevolentia, praecipue vero quod falsis hominum vanorum rumoribus et *Stancari* querelis de nobis nec movearis nec credas. Optamus autem ut in posterum quoque eandem fidem apud te habeamus, ne quorumlibet privatis delationibus de nostris ecclesiis facile credas. Sumus enim Dei gratia, postquam coepimus, ut veritatis evangelicae amatores ita omnium haeresium veterum et novarum praecipui hostes. Quod si quam suspicionem tibi parit D. *Blandrata* de nostris ecclesiis, optamus ut scias eum nihil tale in nostris ecclesiis sparsisse. Servetani et Ariani dogmatis hostem apertum toties se esse confessus est et probavit in synodis. Receptus quidem est a nobis vivente adhuc clarissimo illo viro D. *a Lasko*, nihil adhuc tale vel audientibus vel suspicantibus de illo. Postquam vero rumor de illo illatus est, coepimus quoque diligentius inquirere de eius doctrina ex tuo scripto contra *Servetum*. Nihil tamen tale inveniri potuit in illo. Sed etsi eum nullius erroris convictum a nobis explosissemus, metuebamus ne quid inde turbarum sequutum esset, nos quoque iuste accusare posset [2]) et contra vestras ecclesias dicere vel etiam scribere occasionem adipisceretur: maluimus eum sub data ecclesiae obedientia quasi fraeno retinere, donec aliquid certi vel ipse de se vel per vos praeberet, de illo edoceremur. [3]) Postquam vero eius crimina apud vos commissa dictasse te scribis, quae ad principem Palatinum Vilnensem a te proferuntur, illa ab eodem exspectamus, ex quibus quid nobis et illi facto opus erit ediscemus. Interea vero rogamus et obtestamur ne quid de nobis mali suspicemini, vel cuiquam credatis, nisi literis publicis a senioribus istis aut illorum plerisque subscriptis. Literae enim quas detulerunt * ad te Martinus *Cechovius* tanquam ab ecclesia datas, tantum a quatuor, idque in privato, et adhuc duobus senioribus circumventis scriptas esse scito. Imo rogamus ut nos agnoscatis pro fratribus vestri amantissimis, qui ut a vobis in doctrinae evangelicae puritate adiuti non mediocriter sumus, ita vobiscum eam retenturos esse et defensuros contra omnes omnium errores certo vobis persuadeatis. D. *Blandratam*, si quid errorum apud vos sparsit, nec defendimus nec porro defendemus. Sed et de illo speramus eum esse cessurum piis consiliis, ubi se in caritate christiana a nobis omnibus tractari senserit. Bene vale, vir clarissime. Dominus te servet ecclesiae suae fidelem ministrum. Data Cracoviae ex synodo seniorum xiij Decembr. Anno Domini M. D. LXI.

Stanislaus Liassoczky P. manu propria senior ecclesiarum dioecesis Cracoviensis.

Stanislaus Karnynsky Iuan, senior ecclesiarum dioecesis Cracoviensis manu propria.

Petrus Stezala, senior ecclesiarum ducatus Zatorirensis et Osnyzimensis manu propria.

Adam Spinkonsvus, senior ecclesiarum districtus pii a j..... manu propria.

Foelix Cruciger, superintendens ecclesiarum minoris Poloniae.

Stanislaus Linthomirski, superintendens ecclesiarum dioecesis Pinczoviensis manu propria.

Gregorius Paulus, superintendens et minister Cracz.

Paulus Gilonius, minister ac superintendens ecclesiae Dei ducatus Sacomiensis.

Georgius Blandrata, D[r]. et senior.

2) *hic textus nobis non omnino sanus videtur. Fortasse legendum*: metuebamus ne, si quid.
3) *sic.*

3649.

LISMANINUS CALVINO.

Multus est in conscribenda apologia propter eam quae ipsi cum Blandrata erat familiaritatem, simul suspiciones quibus ipse vexatum se queritur in alios quosdam derivare conatur.

(Ex apographo Cod. Paris. Dupuy 102, fol. 147. mendosissimo. Plurima tacite emendamus, alia in margine ex coniectura, nonnulla tibi enucleanda permittimus.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori fidelissimo fratri observandissimo. Genevae.

Martinus *Czechovius*, [1]) principis palatini Wilnensis ad te nuncius, reddidit mihi tuas [2]) quum in synodo seniorum [3]) essem quae Cracoviae x. huius mensis habita est, ubi et tuae ad D. Felicem *Crucigerum* et symmystas [4]) publice lectae fuerunt. Egone repetam quae toties scripsi: coram Deo sancte testor, mihi nunquam in animo fuisse ut vel tibi

3649. 1) *N*. 3549.
2) *N*. 3564.
3) *N*. 3648.
4) *N*. 3561.

essem iniquus vel ecclesiae Dei iniurius. Imo tuae autoritatis et ecclesiarum pacis habens maiorem rationem quam centum Blandratarum. *Blandratam* miris modis in officio continui: non ergo *Blandratae* amor me excaecavit, ut scribis, sed non puerilis zelus, quo et te et ecclesiam Dei sincere prosequor, mihi persuasit ne cum *Blandrata* secus agerem quam egi. Si possem coram in sinum tuum effundere quae scribere tutum non est, pluris faceres unum verbulum *Lismanini* quam longa scripta nescio cuius [5]) qui sub titulo ementito Cracoviensis pastoris per Martinum *Czechovium* ad te et D. *Bullingerum* scripserat, tuque, ubi perlegisses omnium ad te literas, dixisti illum scripsisse magis prudenter. Circumvenit vir bonus D. Felicem *Crucigerum* superintendentem generalem, et alterum Martinum *Crovitium* [6]) superintendentem dioecesis Xionsnensis, viros optimos, et cum alio ministro eiusdem farinae cuius et ipse est. Scripsit ad vos literas quandam confessionem continentes nomine ecclesiarum minoris Poloniae, quae res a tota synodo seniorum, nobilium et ministrorum primae notae, quos distinctim superintendentes vocant, vehementer est improbata. Unde permoti ad vos nunc scribunt ne ullis credatis literis, tanquam ab ecclesiis minoris Poloniae missis, nisi subscripta nomina seniorum, qui nunc subscripserunt, aut totidem aliorum. [7]) Autores literarum per Martinum *Czechovium* ad vos missarum fuerant Sennislaus [8]) *Sarnitius*, minister ecclesiae Aulorzislawiensis, non pastor ecclesiae Cracoviensis, et alter Iacobus *Sylvius* minister Krczcieczensis ecclesiae. Horum duorum opera inducti D. Felix *Cruciger* et Martinus *Crovitius* subscripserant, vosque credidistis nomine omnium ecclesiarum minoris Poloniae scriptas fuisse. Hi duo, ab eo tempore quo fuerant exautorati (officio senioratus enim antea fungebantur), variis modis turbare coeperunt ecclesias, sed mira arte zelum praetexebant. Nunc ubi detecta est illorum ambitio et invidia, unus relicta sua ecclesia latitat Paduae, a quo vobis cavendum est non minus quam a *Stancaro,* donec de eius resipiscentia ab ista facti fueritis certi, postquam et vobis imposuit, imponendo sibi titulum ecclesiae Carco. [9]) pastoris (quo titulo insignitus est D. Gregorius *Paulus*, vir doctus et pius et tui studiosissimus) et omnibus nobis quibus dixit se in Russiam suam patriam abire, quum per Moraviam eructando multas blasphemias Patavium sit profectus. Alter vero illius collega, Iacobus *Sylvius*, quum esset ab ecclesiis nostris missus nuncius ad magnificum D. Petrum *Sborovium,* [10]) Palatinum Posnaniensem (quo *Stancarus* cum suis et fautoribus et discipulis venerat), missus inquam ut serio ab ecclesiis admoneret nobiles a *Stancaro* deceptos. Hic fidelis nuncius post clancularia cum *Stancaro* colloquia conatus est persuadere suo collegae D. Stanislao *Luithominio* [11]) regio secretario et superintendenti dioecesis Pinczoviensis discessionem a nostris ecclesiis, his verbis: Quum *Stancarus* habeat purissimam doctrinam de trinitate, sequamur eum. Id quod vir optimus et fidelissimus ecclesiae minister in proxima synodo seniorum palam confessus est. Pariter literas ipsius Iacobi *Sylvii* ostendit, quibus illi suadet ut a doctrina quae nobis vobiscum communis est ad confessionem Augustanam transferat* S. D. *Luithomirius,* ad quod scribit se inducturum quotquot poterit, subterfugitque synodos veritus censuram, quod ausus fuerit inaugurare ministrum, quum sit minister tantum et non superintendens, quorum interest inaugurare ad ministerium fratres idoneos. Descripsi tibi utrumque, sed non cum suis coloribus eos depinxi, quod fiet alias, si non resipuerint: quod uterque turbat has ecclesias praedicetque cum *Stancaro* nos esse Arrianos, quod diceremus cum Basilio, Nazianzeno aliisque patribus patrem filio praeponi, non natura, non arte, non honore, sed ordine et secundum habitudinem causarum ad ea quae ex ipsis sunt. Confitemur filium esse consubstantialem patri, coaeternum et coaequalem in essentia, in virtute, arte, gloria et honore, et tamen et a *Stancaro* et ab istis male feriatis hominibus tanquam Arriani dicamur.* Et ut *Iacobi* stultitia tibi sit perspecta, describam hic eius encomion quo ornavit meas literas ad D. Stanislaum *Ivanum,* [12]) tibi per literas notum, in quibus ostendo nos non esse Arrianos,

5) *Sarnicii* (*cf. N.* 3506) *quem Stoinius in Epit. ap. Sandium p.* 186 *acerrimum trinitatis propugnatorem dicit.*

6) *Fuit eques Polonus, pastor ecclesiae Pinczoviensis postea Piasecensis prope Lublinum ubi obiit* 1573. (*Sand. p.* 45. *Lubien. p.* 93.) *Antitrinitarium fuisse colliges ex eo quod eius mentionem Sandius facit.*

7) *Excidit vocabulum:* addantur, *aut aliquid simile.*

8) *lege:* Stanislaus.

9) *sic.*

10) *N.* 3121.

11) *Margini adscriptum est nomen:* Lithomirius. *Teste Sandio p.* 42 *legendum est:* Stan. Lutomirscius. Fuit eques Polonus, secretarius reges Sigismundi Augusti, superintendens post Crucigerum ecclesiarum minoris Poloniae. Olim sacerdos pontificius, imo archiepiscopus Gnesnensis designatus, unus ex praecipuis fuit qui signum contra rom. ecclesiae dogmata in Polonia sustulerunt, inde ab a. 1555.

12) *Sand. p.* 35: Lismanini literae ad St. Ivanum Karninskium d. d. Pinczoviae 10. Sept. 1561 in quibus sententiam Stancari oppugnat, porro se ipsum ab Arianismo purgat, Stancaro Sabellianismum imputat. . . . Ab hoc tempore ansa ex hac ep. arrepta coepit Gr. Pauli in ecclesia Cracoviensi fortius urgere eminentiam Dei patris, ut refert Budzinius qui dictam ep. Operis sui historici cap. 20 inseruit. *Exstat quoque sub falso dato Decembris ap. Lubien. p.* 119. *Scil. Lismaninus in ista epistola subordinatianismum docuerat ideoque ap. multos male audiebat. Maxime in synodo Cracoviensi quaestio haec acriter excussa fuit.* (*Lubien.* 127. 235. *Sand. p.* 35.)

propterea quod filium Deum intercedere apud patrem Deum in confessione nostra de mediatore asseramus. Sic Iacobus *Sylvius* subscripsit meis literis sua manu: Iacobus *Sylvius*: Sicut psaltes cum exaltatione dicebat: Laetor quum mihi dicunt, eamus ad domum Domini, ita et ego plurimum laetatus sum postquam haec aliquoties relegi: et flexis genibus gratias egi pastori et curatori ecclesiae nostrae Iesu Christo, qui non sinit nos erroribus conquassari sed liberalius ad nos transvibrat radios suae lucis et agnitionis sui nominis et gloriae suae. Hac via iam video penitus miserum concidisse *Stancarum*, in quo ego conspicio tres ingentes errores. Primum Sabellii, quia in arctum personas essentiae divinae contrahit. Secundum Nestorii, quia duos Christos facit in mediatione. Tertium, quod careat societate ecclesiae Christi. Dominus hunc avertat a nobis. Haec pauculis addidi. Hactenus Iacobus *Sylvius*. Idem ante [13]) aliquot septimanas deficere voluit ad *Stancarum* et nunc vocat me Arrianum, deceptus a *Sarnitio* quem prudentiorem scriptorem appellasti, ni cito redierit ad meliorem mentem. Ita eum tibi verissimis depingam coloribus, ut nullum possis imaginari stultiorem, magis ambitiosum, imo magis alienum a sensu communi. Tuae et D. *Bullingeri* ad illum literae commissae sunt R. D. Stanislao *Luithomirio* custodiendae donec redierit.

Post hanc longam sed necessariam parenthesim redeo ad *Blandratam*, cum quo quid constituet ecclesia, cuius iudicio se aliquoties in synodis subiecit, scies ubi princeps Palatinus *Vilnensis* eorum quae de *Blandrata* scripsisti ecclesias minoris Poloniae reddiderit certiores. Scribis meo favore susceptum fuisse ab his ecclesiis, quum ante meum ex Polonia maiori reditum a D. Ioanne *a Lasco* adhiberetur ad consilia ecclesiastica, a quo et commendatus fuit Ill. Palatino *Vilnensi*. Quod vero senior factus sit, in eo compedes iniecti sunt *Blandratae*, non honor accessit, vincula non dignitas, iugum fuit illud non autoritas: piam vafritiem nostram ne interpretere tui contumeliam, quem amamus et veneramur. Vocabatur *Blandrata* a Principe *Transsylvaniae* nostri Regis ex sorore nepote. [14]) Accersebatur iterum ab Ill. Palatino *Vilnensi*. Amplissima stipendia et summam gratiam offerebat uterque. Illic quid non egisset *Blandrata*, quid non dixisset, quid non scripsisset? omnia illi fuissent libera, nec defuissent illi logodaedali. Hic *Lismaninus* [15]) anxius et non pueriliter timidus, videns multa quae scribere tutum non est, id egit ut *Blandrata* invisibilibus laqueis irretiretur. Primo persuasi ut publice in synodo generali Servetianam impietatem, Arrianam vesaniam, Sabellianam stultitiam, Stancarianamque furiam detestaretur, 2° approbaret symbolum apostolicum, quo utinam contentae essent omnes ecclesiae, ut beatitudinis et felicitatis episcoporum Galliae (cuius tu ex Hilario in tua Institutione meministi) essent participes: verum et Nicaenum reliquaque symbola quae fuerint cum Nicaeno. Postremo, ne quis locus relinqui posset suspicionibus, illud quoque approbaret quod sub nomine Athanasii canitur in templis papisticis, modo iuxta sententiam Nicaeni et expositionis fidei in Epistola ipsius Athanasii ad Epictetum Corinthiorum episcopum contentae intelligatur. De quo symbolo Quicunque vult salvus esse, cuperem te videre iudicium doctissimi viri Ioachimi *Camerarii*, in Catechismo suo graeco. Certe si in synodo Florentina, ubi de processione spiritus sancti actum fuit, Latini adduxissent Athanasii sententiam: Spiritus sanctus a patre et filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens, an Graeci ausi fuissent contradicere Athanasio? Ex cuius quinque orationibus contra Arrianos D. Basilius et Nazianzenus dicuntur hausisse quidquid pulchri adversus Arrianam haeresim ediderunt. Exstant modo opera Athanasii in 4 tomos digesta, et mirum est quod neque in duobus tomis prioribus, qui vera Athanasii opera continent, neque in reliquis qui non admodum eruditis probantur, huius symboli Quicunque vult salvus esse, fit ulla mentio. His non obstantibus suscepit et hoc *Blandrata*, propterea quod ex verbis ipsius symboli Quicunque ex verissima doctrina di. S^ma^ Triade habetur. [16]) Tertio ut ecclesiarum minoris Poloniae ita se subiiceret, ut quidquid iuxta verbum Dei praescriberetur ecclesiae nostrae amplecterentur. [17])

Caeterum ut ad ea quae mihi non admodum placent in tuis veniam: doleo, mi D. *Calvine*, adeo negligenter meas a te lectas fuisse. Quando ego imaginatus sum optime egisse *Blandratam* quum esset apud vos? putas me forte delirare, ut velim statuere de his quae Genevae egit *Blandrata*? Hic apud nos, nullus dolus, nulla fraus, nulla haeresis apparuit in *Blandrata*. Sed talis, inquam, fuit apud nos. Fuerit sane: annon potuit mutari? Oravi ut cum *Blandrata* mutato redires in gratiam. Estne hoc puerorum ludibrio te exponere, teque ingenio adulatorio et servili esse putare, et ut in mei gratiam iubeas [18]) levitatis et mendacii dedecus? imo praescribere leges prodendi et veritatis et ecclesiae?

---

13) *Codex praebet:* Idem. Ante.

14) *Vocatio haec alia fuisse videtur ac ea quam secutus est a.* 1563. (*Salig* II. 658. 832. 847; *Lubien* 170; *Sand. p.* 28. *Heberle p.* 184).

15) *De semet ipso loquitur quasi de alio quodam, ut se magis commendet.*

16) *Sic codex. Fortasse legendum:* Quicunque etc. verissima doctrina de sanctissima Triade habetur.

17) *Huic loco quo pacto medendum sit tu videas.*

18) subeas?

Si nedum *Blandratae* causa, sed vitae meae et meorum omnium gratia existimas me ista cupere, male me nosti, mi D. *Calvine.* Veteratoriae artes *Stancari* mihi prospectae fuerunt in causa etiam ut ad te scriberem ne Simoni illi Chrofero *Leopolitae* [19]) crederes, non quod de tua prudentia et constantia dubitaverim, et cui modo non imponeret *Sarnitius,* si eius ambitio non esset detecta.

De D. *Normandio* scribo ad Ill. D. *Marchionem*: moram trium annorum mihi volo damnosam fuisse, non D. *Normandio.* Collegas tuos, viros apud, [20]) fratrem quoque tuum, et omnes mei memores reventer saluto. Dominus Iesus te servet incolumem ecclesiae suae et nobis omnibus qui te ex animo et amamus et veneramur. In mediis cruciatibus excitatis a vetere meo carnifice calculo constitutus haec scripsi: quare velis ignoscere in his quae non probabis. Vale. Cracoviae xiiii Decembris 1561.

Franciscus Lismaninus
tuus ex animo.

Rogo te mihi, domine et frater colendissime, ut scribas tuum iudicium de sententiis veterum quas in scheda hac inclusa descripsi.

Tuto potes tuas ad me commendare D. *Bullingero,* nam per filios E. d. Stanislai *Chikonsvi,* [21]) semper poterit eas Cracoviam mittere.

3650.

L'ÉGLISE DE TROYES AUX MINISTRES DE NEUCHATEL.

Même sujet que celui de la lettre de Gravelle.

(Autographe de la Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. — Bulletin XII. 357. Recordon p. 254.)

A Messieurs de la classe de Neufchastel.

Messieurs, les bienfaictz que nous avons receu de vous nous sont en si grande recommendation que toutte nostre vie aurons occasion de vous en remercier pour nous avoir envoyer M. *Soret* annoncer la parolle du Seigneur, homme tel que sa bonne vie et predications sont envers nous de tel prix et tant agreables au peuple que chascun le desire et souhette et duquel le Seigneur a tellement begny l'oeuvre que son trouppeau en est grandement augmenté et augmente par chascun jour. Et tout ainsy que sa venue nous a este joieuse et profitable nous craignons que son absence nous soit dommageable. Qui faict que nous vous supplions au nom du Seigneur permectre quil paracheve le cours du ministere quil a icy commencé et vouloir envers nous estre tant favorables que de nous en envoyer encore d'aultres pour en departir à noz voysins qui par faulte de ministres demourent sans la cognoissance de Dieu combien qui le desirent. Ce que avons estimé que feres voluntiers nous accordant ceste requeste qui ne tend à aultre fin que à l'augmentation du regne du Filz de Dieu duquel nous scavons que estes zelateurs. Et ce faisans sommes asseurés que le Seigneur benira tellement leur labeur et de ceux qui sont par deca que toutte nostre Champaigne, combien quelle soiet de longue estandue, en brief recepvra la parolle du Seigneur au proffit dung chascun de nous, contantement de vous et gloire du Seigneur, lequel nous prions, Messieurs, vous maintenir en sa saincte garde. De Troyes ce 15e de decembre 1561.

Voz humbles serviteurs
de l'eglise de Troyes.

3651.

CALVINUS TAMMERO.

Commendat ei civem Genevensem cuius filius Viennae mortuus est. Simul iuvenis cuiusdam a Tammero ipsi commendato grave facinus significat.

(Exemplar authenticum cum subscriptione autographa exstat in Cod. Goth. 404, fol. 28. Edidit Bretschneider p. 54.)

Ornatissimo viro D. D. Georgio Tammero iurisconsulto mihi plurimum observando.
Viennae.

Bernardus ita se gessit in suo discessu ut quod pollicitus fueram testimonium apud me reliquerit. Coactus enim fuissem negare. Libellos quosdam sodali suo furatus, quia deprehensum se videbat, con-

---

19) *Lege:* Sinoni (*Virgiliano scil.*) Christophoro. *De Leopolita vide N.* 3564 *et antea:* perspectae.

20) *sic!!*

21) *Nomen a librario corruptum esse vel caecus viderit. Cogitamus de Cicovio de quo Lubien. p.* 143: Vir natalium splendore clarissimus et vere magnanimus heros. *Post obitum Bonari ecclesiam quae in huius horto congregari solebat in suas aedes recepit* (1562). *Cf. ad* 13. *Sept.* 1563.

iecit in latrinas. Et quanquam convictus ita pertinaciter negabat ut parum abfuerit a magni dedecoris periculo. Valuit tamen tua commendatio et patris dignitas ut placide dimitteretur. Invitus quidem hoc attigi: sed quia alia de re scripturus eram non potui prorsus tacere. Haec vero scribendi ratio ut bonum hunc virum tibi commendem, cuius apud vos nuper filius est mortuus, is scilicet qui ultimas tibi meas reddidit. Negotiator erat tenuis, sed industrius et frugi. Itaque reliquisse dicitur, vel in nominibus, vel pecunia, vel mercibus, quod pater non adeo locuples negligendum esse non duxit. Si spes eum non frustretur, erit hoc aliquod orbitatis solatium. Quo aequior est causa, et homo ipse tum ob probitatem tum ob pauperiem misericordia dignior, eo maiore fiducia abs te peto, ut et consilio eum regere et favore iuvare, et quibus poteris officiis eum prosequi ne graveris. Erit haec tua humanitas mihi gratissima.

Vale, ornatissime vir et mihi ex animo colende, Dominus te semper spiritu suo gubernet omnique benedictionis genere in dies augeat. Genevae 16. Decembris 1561.

Ioannes Calvinus
ex animo tuus.

3652.

BEZA CALVINO.

Breviter de Baduelli successore quaerendo, de strage apud Ambianos facta, de Ferrariensi cardinali mediatore etc.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 54; Cod. 119, fol. 89, Cod. Bern. VI. 959, Cod. Simler. 102. — Ed. Baum II. App. 145.)

A Monsieur Monsieur D'espeville.
A Villefranche.

S. *Bayfii* [1]) literas tuto perferendas curavi. *Sanraverium* [2]) tuae exspectationi satisfacere plane gaudeo. Utinam in quaerendo *Baduelli* successore tam felix esse potuissem. Tentavi quod potui, sed nihil effeci et eam curam iam abieceram, quoniam iam pridem de eo negotio nihil scripseras. Nunc tamen iterum omnia experiar. [3]) Nam quum haec ad te scriberem iter ingrediebar Lutetiam versus una cum *Navarrena* ubi puto nos ad triduum mansuros. De rebus nostris nuper ad te multa scripsi. Apud Ambianos magna nostrorum strages facta. [4]) Itaque parum abfuit quin eo repente excurreret *Condensis*, sed tandem placuit *Snarpontium* [5]) mitti, qui severas poenas exigat et nostris consulat in posterum. Conventus reiectus est ad Ianuarii Calendas, nobis vehementer repugnantibus. Sed nihilominus bene spero.

Nostram illam [6]) tibi affirmo melius in nos affectam esse quam unquam antea. De tribus quoque ipsius liberis utinam tibi sigillatim multa possem scribere quae quotidie ex certis testibus audio. Certe tales sunt pro sua aetate, quales ne optare quidem possis. [7]) De meo collega [8]) nunquam aliter iudicavi. Sed tamen est in delitiis, adeo sunt perversa multorum iudicia, quamvis interea non desint qui sapiant. Ego vero, dummodo res procedant, caetera nihil moror. Singula tamen diligenter observo, et hominem a recta via ne tantillum quidem deflectere patiar. *Normandius* iam mecum est. Cuius negotia quam diligentissime fieri poterit curabo, ne ipsius praesentiam diutius requiras. Quae de *Nemorso* scripsisti, [9]) nostris pergratum fuit intelligere. Quorum etiam unus [10]) exclamavit, seram esse in fundo parcimoniam. Sed interea lentissime progrediuntur in peragenda ipsius causa, cuius consilii rationem nondum potui expiscari. *Cognetio* [11]) mandatum est de foedere.

Legatus, ille tuus fraterculus, mutat sese in omnes facies et valde distorquetur, atque adeo, nisi fallor, desperat. Nostri mediatores nescio quid cum eo moliuntur. [12]) Sed hoc nihil ad nos quibus in-

---

3652. 1) *olim legati regii in Germania.*

2) *Sic. In N.* 3594. *simile nomen occurrit aeque suspectum et ignotum. Sane in Libro Rectoris hoc inter professores non recensetur.*

3) *Baduelli successor fuit Henr. Scrimger ex Dundee, Scotus.*

4) *Perrenot de Chantonney, ambassadeur de Philippe II.* (20. *Dec.*)*:* A Amiens j'entend quil y ast eu aulcuns des notables de la ville qui ont esté tuez en une emotion pour la religion. (*Mém. de Condé* II. 19.)

5) *de Senarpont, Condaei familiaris.* (*Hist. eccl.* I. 453.)

6) *Reginam matrem. — Totum hoc comma a Beza cancellatum.*

7) *O caecum prophetam! Ad marginem autographi adscripsit manus coaeva:* Sic tum plerique gallicisabant ut de matre et liberis non male sperarent.

8) *Perrucello, dudum nostris suspecto.*

9) *literae non exstant.*

10) *rex Navarrae.*

11) *legato ap. Helvetios.*

12) *Ferrariensis cardinalis, ut Navarrenum captaret et omnibus partibus bene velle videretur, eo usque progressus est ut m. Nov. ineunte concioni protestantium interfuerit, ob quod legati Hispani et sedis Romanae censuram incurrit* (*Soldan* I. 544). — *Languet* 184*:* Audio Reginam et Cancellarium curasse sibi scribi formam emendationis ecclesiarum quam con-

terea iucundum erit, illos inter se de lana caprina certantes intueri. Quidquid accepero, ac fortassis etiam ipsa mediae illius, quam quaerunt, rationis capita, statim ad te mittam, non ut de iis labores sed ut rideas. Bene vale, mi pater, D. Iesus una cum fratribus et amicis omnibus te incolumem servet. Ex Sangermano 16 Decembris.

Tuus Beza.

3653.

COLLIOD A CALVIN.

Compliments d'occasion.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 236.)

A Monsieur, Monsieur d'Espeville, mon cher et honnoré Segneur, a Geneve.

Salut par nostre Seg. Iesus Christ.

Combien, trescher et honnoré pere, que je naye grande matiere et occasion de vous escrire des afferes de la religion pour le regard de ceste province, attendu que tous les jours vous les pouvez entendre et cognoystre par ceulx qui en ont notice plus ample, si est il toutesfoys que pour n'estre veu negligent je nay permys le present pourteur M. *de Contours* [1]) aller par della sans tesmoignage de la bonne souvenance que j'ay de vous tous les iours: Par le susdit entendrez, Monsieur, comme je ne suys ancores entré dedans Aig. Mortes, et que suyvant ma condition (puys qu'ainsy plaist au Seigneur) de changer de lieux, de Lunel suys venu en ceste ville de pezenas (par l'advys de monsieur et pere Mr. *Viret*) dans lequel le Sr monstre quil a des siens entre lesquelz il habite, comme pourrez plus amplement par le susdit de *Contours* estre faict certain, parquoy, monsieur, feray fin apres mestre recommandé a vostre bonne grace et sainctes pryeres: pryan le Sr vous preserver et defendre a son honneur et gloyre et edification de son Eglise. Amen.

De Pezenas, [2]) le 16 decembre 1561.

Vostre serviteur et bon amy
pierre Colliod Davarandal. [3])

---

sentiensibus Ferrariensi et Turnonio cardinalibus miserunt ad Pontificem petentes ut eam approbet *etc.*

3553. 1) *Un M. Guill. de Contour assista en* 1562 *au colloque de Montpellier* (*Bulletin* III. 228).

2) *Dépt. de l'Hérault.*

3) *Voyez N.* 3446. 3510.

3654.

BISE A CALVIN.

L'eglise de Romans [1]) *auroit besoin d'un pasteur, celui qu'elle avait étant allé ailleurs.*

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 196, fol. 237.)

Au tresfidelle serviteur de Dieu mon treshonnoré Seigneur et docteur Monsieur Calvin.

Nostre Seigneur Iesus vous soit pour salut.

Mon treshonnore Seigneur, considerant l'estat de l'eglise de Romans et la moisson copieuse qui y est, ie ne puis moins faire que la vous recommander au nom du Seigneur, a fin que par vostre faveur aide et conseil elle soit assistee. I'appercoy la famine tresgrande de la pasture celeste, l'ardeur de la recevoir quand le Seigneur leur presente le moyen. Ouyant la clameur de ce grand troupeau, voyant la diligence des diacres, le soing des anciens, et experimentant le zele en l'oeuvre de Dieu, leurs regrets et souspirs causant la longue absence de *la Comba* [2]) leur ministre (presté en une extreme necessite a ceux d'Oranges comme serez amplement adverty par ces deux notables personnages) ie suis contraint de souspirer avec eux et me complaindre a vous du tort qu'il me semble leur estre faict par lesdits d'Oranges et *la Comba,* contre l'intention du

---

3654. 1) *A Romans, comme à Montélimart et à Valence, les protestants avaient commencé en* 1560 *à célébrer leur culte publiquement dans une église. Mais bientôt le président Truchon fit sévir ses juges contre eux. A la fin de l'année La Motte-Goudrin, lieutenant-général du roi en Dauphiné, fit éclater une persécution plus sanglante encore, et à Romans il fit démolir la maison où l'on avait tenu les prêches et pendre plusieurs personnes.* (*Hist. eccl.* I. 343. 352. 365.)

2) *Les détails fournis par cette lettre ne se lisent pas ailleurs, pas même dans l'Histoire des protestants du Dauphiné par Eug. Arnaud. Seulement Pierre de Byse y est nommé* (I. 84) *pasteur à la Côte S. André; et plus bas au* 5. *Mars* 1562 *nous trouverons une lettre de La Combe.*

Synode tenu a Die et la permission desdits de Romans. Car si ceux d'Oranges ne se sont voulu pourvoir de ministre comme leur avoit esté enioinct, regrettans encores (comme verrez par leurs lettres) leur Gerg. *Cornelius*, receu par eux sans vocation et ordre legitime, et si ledit *la Comba*, n'ayant resiste audit Romans iusques a la prison ou au sang, se trouve plus commodement et a son aise avec lesdits d'Oranges, si sa femme nouvellement espousee luy est un empeschement, ou luy est plus chere que l'eglise du Seigneur, de laquelle par necessité il a esté en charge, et sans contraincte en a prins la charge, qu'en peut mais ce povre troupeau affamé et desolé duquel il rendra conte. Ie vous supplie donc au nom du Seigneur leur tendre la main, de sorte quils ayent occasion d'estre au double redevables envers vous. Il seroit du tout necessaire qu'a vostre instance Mr. *Merlin*[3]) y fit un voyage: car ie scay qu'il y sera receu comme un ange de Dieu, avec un fruict inestimable. Ils ont conceu ceste esperance que mondict Sr. *Merlin* leur fera ce bien et grace de les venir remettre en ordre (afin que ie ne dise en vie) a leur grande consolation. Ie me tiens desia pour resolu de la facilité et devoir envers les siens auquel i'en eusse escry si i'eusse heu le loisir. A tant ie prieray nostre bon Dieu et pere vous faire prosperer en son oeuvre, assister a ses povres et desolees eglises, vous fortifier et conserver en bonne sante, longue et heureuse vie, me recommandant tres humblement a vos sainctes prieres et bonne grace, sans oublier mon dit Sr. *Merlin* et mes honnorés seigneurs vos freres et compaignons.

De Romans ce 16. de Decembre 1561.

Pour autant que ceux de Beaurepaire, Moras, St. Valier et autres eglises desirent d'avoir ministres, ie vous supplie admonester un M. Pierre *Bisson*[4]) iadis apoticaire a Yverdun quil se prepare: car ie delibere en brief l'envoyer querre, si le trouvez propre. Sa pieté et saincte conversation m'est assez notoire de long temps.

Vostre treshumble serviteur
et disciple a iamais
Bise.

---

3) *Raymond Merlin était né à Romans. Voyez aussi différentes lettres du mois d'Octobre* (*N.* 3550. 3555. 3579 *sv.*).

4) *Il avait été recommandé par Byse à Morel le* 17. *Juillet.* (*Arnaud l. c.*)

3655.

SOREL A CALVIN.

Église de Troyes.[1]) *Elle a grand besoin d'un ministre. Prière d'y rappeler celui qui est actuellement à Dijon, ou d'en envoyer un autre. L'évêque s'est rallié aux fidèles.*

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 196, fol. 288.)

A Monsieur Monsieur despeville.
A Geneve.

Monsieur et frere, Ce present porteur est envoyé expressement par dela pour vous prier au nom de Dieu de tendre la main a ceste eglise, laquelle congnoissez assez de quelle consequence elle est et combien il est expedient quelle soit pourveue de fideles ministres qui soient puissans aux escriptures, dautant quil y a grand peuple en ceste ville et beaucop dennemys qui sefforsent de renverser les voyes du Seigneur. Nous vous avons prié par cy devant que si Mr. *le Roy*[2]) qui a ia este icy quelque temps non sans fruict ne pouvoit subsister à Digeon quil vous pleust laccorder pour ceste eglise plus tost que de lenvoyer autre part, et encor derechef vous en prions affectueusement, car il est bien necessaire icy. Que si nest possible de le retenir en ce lieu quil vous plaise dy pourveoir de quelque autre de bon scavoir et tel que cognoissez estre requis en ce lieu qui a grand resort. Il est vray que Monsr. Levesque[3]) est ioint avec nous et a este receu de leglise apres avoir eu conseil sur ce de Monsr. *Martyr* passant par cy et dautres. Lequel semble bien estre touché de lesprit de Dieu en ce quil nous a declaré son desir d'estre du tout ioint a leglise de Dieu et tenir la confession de foy des eglises et de soubmettre a la discipline de leglise et de semployer a ladvenir comme fidele ministre et en saine doctrine et en vie. Et pour

---

3655. 1) *N.* 3643 *suiv.*

2) *ibid.*

3) *Languet d. d. xi. Dec. p.* 184: Quae nuper scripsi de Tricassium episcopo videntur fore initia magni motus. Nam quia est promotus ad ministerium in nostris ecclesiis, omnes ecclesiastici uno consensu eum oppugnant et conantur ipsi episcopatum adimere. Male quidem habet Reginam, Cancellarium et, ut credo, Navarrum ac multos alios, quod haec tanta res in ista rerum perturbatione moveatur. Quod enim inde consequatur facile est coniicere. Sed tamen ipse episcopus constituit non cedere episcopatu et habet patronos non parvae autoritatis, inprimis Condaeum, quibus est gratum tale exemplum statui et qui non facile eius patrocinium deserent. Accersitus est iam in aulam, ubi heri audivi eum concionantem in aedibus Condaei cum magno applausu eorum qui sunt nostrae religionis *etc.*

cela estant pourchassé par les prestres dicy ne pert courage. Il est maintenant à la court pour avoir quelque support contre ses ennemys. Mais leglise ne se veult beaucoup arrester sur luy. Il est assez debile de sa personne et ne scait on si on pourra avoir grand secours de luy. Il na encor fait qu'un presche depuis quil a este receu. Quant a moy ie me sens trop foible et petit pour ce lieu, et si ne scay si auray congé plus que le terme qui ma esté donné. On a donné charge audit present porteur d'aller jusques a Neufchastel[4]) pour en avoir une resolution. Parquoy, trescher et honoré frere, jl vous plaira avec Messieurs voz fideles compaignons adviser par quel moyen vous pourrez assister à ceste eglise. Messieurs du conseil et du Consistoire vous saluent affectueusement et vous recommandent cest affaire. Surquoy apres mestre recommande a voz sainctes prieres je supplie leternel vous avoir en sa protection et vous augmenter ses graces pour ledification de son eglise. De Troyes ce 16 de Decembre 1561.

Vostre humble frere et serviteur
Jaques Sorel.

3656.

L'ÉGLISE DE TROYES A CALVIN.

Demande de pasteurs. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 196, fol. 239.)

Monsieur Monsieur Despeville.

Monsieur. Ayant esté par cy devant tant favorizez de vous, nous avons prins ceste hardiesse de vous supplier tres humblement continuer vostre faveur et charité envers ceste paovre eglise de troyes. Laquelle Dieu par vostre moyen a tellement acrue et augmentee que nous avons tous causes de louer Dieu. Et daultant que la moisson est grande, nous avons daultant plus affaire douvriers pour la dicte moisson. Tellement que nous avons de quoy, dieu mercy, pour employer une douzaine douvriers et davantaige, sy tant nous en pouvions avoir. Ce que nous ne pouvons si ce n'est par vostre moyen. Pour ceste cause nous envoyons de noz freres vers vous expres pour vous supplier bien humblement de nous voulloir faire tant de bien de nous en departir quelques ungs des vostres. Et pour aultant que nous avons pardeça Monseigneur *Le Roy* qui avoyt esté envoyé au lieu de Dijon pour y dresser quelque eglise ce quil na peu faire comme vous avez bien sceu: Et sest rengé vers nous sans quil ayt esté jamais reclamé de ceulx du dit Diion. Toutesfois nous avons paour que lon le veuille retirer de nostre eglise et semblablement monsieur *sorel* dict *pouterreuse* que vous nous avez envoyé: sy par vostre moyen nous ne sommes secouruz dedicts sieurs *Le Roy*, *pouterreuse* et de quelques aultres des vostres. Vous priant bien affectueusement au nom de Dieu nous voulloir ayder en ceste nostre grande necessité afin que la bastiment qui est ja sy advancé es eglises de Dieu en champaigne ne tumbe et se ruyne faulte douvriers.

Monsieur, nous supplions le createur vous augmenter ses graces avec bonne vie et longue.

De Troyes ce 17. Décembre.

Voz humbles serviteurs
de leglise de Troyes.

3657.

VIRETUS CALVINO.

Desiderantur ministri pluribus ecclesiis praeter Nemausensem praeficiendi.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 37.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori praestantissimo fratri et symmystae plurimum observando.

Genevae.

S. Arbitror tibi redditas fuisse literas quas postremas [1]) ad te misi, in quibus tuum petebam consilium super hac ecclesia, quo pacto illi melius consuli posset. Qua de re cupio vehementer tuam audire sententiam. Hic tabellarius ad vos accedit, experturus an ministros invenire possit quibus prospici possit ecclesiis a quibus desiderantur. Frater noster *Sarrazietus*, [2]) qui nuper ad te scripsit, te plurimum salutat, cupiens rescire si quid a vobis statutum est de pastore quem a vobis requirebat illius ecclesiae nomine, quae hoc ipsi negotium com-

---

4) *N.* 3650. *Bulletin* XII. 357.
3656. 1) *Comp.* *N.* 3650. 3655.

3657. 1) *N.* 3638.
2) *N.* 3611. 3674.

miserat. De mea valetudine audies ex hoc nuncio et de motu Montelimardico.[3]) Salutem plurimam dico collegis et fratribus omnibus. Vale optime ac diutissime et tuam cura valetudinem. Nemausi 17. Decemb.[4])

Tuus Petrus Viretus.

3658.

SURAEUS [1]) CALVINO.

Laudat ecclesiae Aurelianensis laetos progressus qui sunt eiusmodi ut pluribus opus habeat ministris. De quibus procurandis et ipsa satagit et Calvinum adiutorem adit.

(Ex autographo Cod. Gen. 109, fol. 186.)

Monsieur Monsieur Calvin.
A Geneve.

Gratia et pax a Deo patre et Iesu Christo D. N.

Etsi aliud longe argumentum ad te scribendi habebam, optime pater, si vel tuum in me amorem vel seram meam gratiarum actionem animo vellem complecti, tamen hoc genus ad te literarum peregrinum aut temerarium minime existimabis, ut ego quidem existimo, si consilium non tam meum quam totius nostri in Christo coetus perpendere non gravaberis. Ac ut de me primum dicam, quod tam diuturno silentio visus sum vel dissimulasse, vel non satis praedicasse quae abs te accepi beneficia, non fuit ingrati animi, sed potius quia duo mihi in mentem venerunt. Primum te non eo animo verbi divini praecones dimittere postulantibus ecclesiis, ut non monarchicum quoddam imperium et fastum usurpares: quin potius quemadmodum et scripta tua et conciones testantur, id unum te agere omnes norunt ut solus Christus emineat, quidquid reliquum est ei subiaceat. Alterum fuit quod oneris suscepti magnitudo et virium mearum (ut ipse mihi sum conscius) imbecillitas me semper taciturnum et quietum continuit, ut magis liberet apud me gemere non successisse quod sperabas et ecclesia Aurelianensis optabat, quam gratulari, me in hunc ordinem esse cooptatum.

Haec sunt, optime pater, quae adferre possum: quae scio apud te iustum pondus habitura esse, ut pro summa tua prudentia iudicabis non ἐξ ὑποκρίσεως ἢ προφάσεως ἀλλ' ἐξ ἀληθείας quaesita esse. Haec adeo causa fuit cur fratres, quum statuissent ad te scribere, id mihi negotii dederint, ut non tam gratulandi quam postulandi, vel etiam expostulandi tecum materiem nactus (ignosce quod audacius scribo) te de ministrorum penuria commonefacerem. Ut in hac re non solum ἀχάριστον me, sed etiam μεμψίμοιρον agnoscas, et santissimis ecclesiae votis nondum satisfactum esse intelligas. Felicissimis auspiciis hic et nata est et adolevit eo usque ecclesia, ut iam operis moles maiores operarios postulet, quemadmodum non haec civitas solum sed tota Gallia se huiusmodi viris egere clamitat. Hanc extremam manum ut divino operi adderent fratres nec impensis nec itineribus pepercerunt. Tentarunt D. *Bezam*, *Gallasium*, *Viretum*, *Spinam*. Nihil successit. Alii quod summis laboribus et conatibus a nostris quaesitum est nobis praeripuerunt. Quin etiam, ne quid laboris vel sumptus relinqueretur et nullus non moveretur lapis, missus est ad vos *Callistus*, qui D. *Beraldum* et *Ribittum* a vobis impetret. Dum illic est audimus *Beraldum* ab aliis sollicitari. Denique eo ventum est ut metuamus ne, postquam omnia effecerimus, laborum nostrorum fructu alii potiantur. Postremus in Galliam venit *Spifamius*, cui trimestrem sedem in oppido nobis vicino concessistis. Unde nec migrare nec cuiquam se addicere statuit quin prius vestrum iudicium acceperit. Interim gnaviter Lutetiani incumbunt ut et *Viretum* et *Spifamium* Megalopolin abducant. Id nunc te rogamus ut nobis alterum vel utrumque serves. Nosti ipse (ne longior sim) hic non Thebana sed Attica esse ingenia. Postquam in lucem prodiimus et palam habentur sacrae conciones, plane necesse est in suggestum conscendere non qui curiosis satisfaciant (neque enim ἀνθρωπάρεσκοι sumus) sed qui conciones eruditione condiant, ne divini verbi maiestas ob nostram infantiam vilescat. *Spifamius* ipse non obscure significavit se Lutetiam non libenter migrare, ubi maiori offendiculo quam aedificationi futurus sit et malevolorum invidiam concitare, pro loco quem illic antea obtinuit, quam pacem adferre queat. Si ad eum scribere voles, tutius illum et commodius apud nos futurum, parebit statim. Habent iampridem eximios viros Megalopolitae, qui pares et oneri ferendo et hostibus coercendis esse possunt. Nostra ecclesia non aliunde quam illinc mutuata est quos habet. Nam *Vallaeus* (quem *Folion* nosti) ubi a

---

3) *De hoc nihil legimus ap. Arnaud, hist. des prot. du Dauphiné. Anno sequente minister eo missus est.* (*Idem* I. 82.)

4) *Nemausum reliquit Viretus m. Maio* 1562.

3658. 1) Hugues Sureau de Rosier, né à Rozoy-sur-Serre en Tiérarche, mort à Francfort vers 1575, était d'abord correcteur d'imprimerie. On ne sait pas l'année quand il fut donné comme pasteur à l'église d'Orléans. (*Bulletin* VIII. 602. IX. 294. *Haag* IX. 329.)

Tholosatibus revocabitur ad eos redibit. Postremus ego νεόφυτος accessi.[2]) Admonuit etiam nos quidam nobis amicissimus, Emanuelem *Tremellium* nemini esse addictum. Quod spem nobis facit, si ad eum scriberes honestissima stipendia hic nacturum, urbis situm (qui amoenissimae Galliae amoenissimus est) exponeres, facile illum tuis monitis auditurum.

Haec ego paucioribus scribo quod sciam nec opus esse longis precibus ad exorandum, nec multis verbis ad persuadendum, quin pro eo quo ad provehendam Dei gloriam desiderio flagras ea nobis concedas quae ad ecclesiae aedificationem et urbis ornamentum pertinere intelliges. Deus opt. max. tuis sanctis laboribus pergat benedicere, teque diu incolumem et propagando filii sui regno insudantem servet. Commendo me tuis precibus apud Dominum, qui tanto oneri subiaceo, nisi vires suppeditat qui me in maximum certamen produxit. Vale. Aureliae 18. Decembr.[3])

Tuus ex animo
Hugo Suraeus Rosarius
nomine et mandato omnium.

3659.

BEZA CALVINO.

Cevallerii et Baduelli successores. Consilia politica secretiora. Libellus Academiae. Ipsius reditus.

(Autographon reperies in Cod. Genev. 117, fol. 56. Alia exemplaria suppeditant Cod. 119, fol 83, Cod. Bern. Epp. VI. 971, et Simleri Vol. 102. — Edidit Baum II. App. p. 146.)

A Monsr. Monsr. D'espeville
a Villefranche.

S. Heri, mi pater, simul atque literas tuas accepi, *Mercerum* conveni ut cum eo agerem de idoneo *Cevallerii* et *Baduelli* successore. Utrumque se hac ipsa hebdomade curaturum recepit et magnam spem fecit fore ut inveniat quales requirimus. Ita[1]) igitur fiet, favente Deo, ut pristinum errorem corrigam. Certe non dubito quin tibi persuaseris me, quum tibi olim de *Cevallerio*[2]) loquerer, nihil aliud quaesivisse quam scholae commodum. Nosti etiam locum illum Pauli ad Timotheum: quorundam peccata etc. Sic ergo nos exerceri oportet, quamquam utinam tibi ipsi potius, quam mihi credidisses, quem et credulum et multis in rebus obtusum esse tu quidem toties iam es expertus, et ego experientia doctus agnosco. Nec tamen possum vitia excutere. Imprudentem et impetuosum esse cognoveram, improbum et contumeliosum esse, vel futurum, nunquam essem arbitratus. Sed valeat ille et ad suos Cretenses redeat, quos tamen diligenter praemonebo.

Quod de *Rheni Comite*[3]) scripsisti gratum fuit nostris intelligere, sed pro innato illis stupore ne isti quidem sapiunt. Puto tamen clam comparari, quae quum opus erit hostibus opponentur.[4]) Ego vero multo etiam libentius, quam antea, ab istis consultationibus abstineo, partim ut iis occurram qui iam mussitant me nescio quid a nostris principibus captare, partim etiam quod malim de iis laborare quae sunt nostrae functionis propria, quamquam nihil eorum negligam quorum illos admonendos putabo.

De *Balduino* placet mihi consilium tuum,[5]) et ego quoque nonnihil scribam. Meldensibus absens prospexi quantum permisit eorum levitas et temeritas. Sed plane digni sunt qui severe corripiantur.

De libello Academiae[6]) ignosces meae memoriae, quae facit ut nihil certi scribam nisi hoc unum: oportere omnino ut vel adsit in mea bibliotheca, vel ex mandato meo sit cuipiam fratrum traditus ab uxore. Liber est chartaceus, folii integri, margine rubro, corio tectus, foliis viridi colore tinctis. Si discessit uxor, traditae sunt tibi aedium claves, si modo mandatis meis paruit. Ibi igitur quaeren-

---

2) *Hist. eccl.* I. 291: Les trois ministres qui pour lors (1560) estoient à Orleans, à savoir Pierre Gilbert dit de la Bergerie, Robert le Masson dit La Fontaine, et Antoine Chanourier dit Desmeranges, continuerent l'exercice depuis le 18. d'Octobre iusques au 14. Nov. que l'Eglise fut toute dissipee, mais estant advertis que François II. estoit tombé malade la Bergerie et Desmeranges retournerent. *Ibid.* 730: Gilbert mourut le 18. fevrier 1561. Quelque temps apres passant par Orleans un nommé Nicolas Folion dit de la Vallee, que la persecution avoit chassé de Toulouze, y fut appellé.

3) *Annum elicies ex iis quae de Vallaeo dicit, et de Vireto Lutetiam vocando* (*N.* 3576).

3659. 1) *Sequentia a Beza cancellata usque ad verba:* diligenter praemonebo.

2) *Sic ipse Beza, lapsu calami. Sed nomen delevit et aliud superscripsit quod enucleare non potuimus. Patet virum innuisse de quo sibi optima quaeque promiserat, sed nunc aliter iudicat.*

3) *Nomen in autographo deletum, superscripto N. — De huius ducis tricis eo anno in Germania tentatis v. Barthold,* I. 350 *et Kluckhohn, Briefe Fr.* III. 244.

4) Puto .... opponentur, *in autographo uncis inclusa.*

5) nempe ut C. ipse primum respondeat. (*Simler.*) *Caeterum hic ad ep. deperditam alludere videtur.*

6) Le livre du Recteur, Catalogue des Etudiants de l'Académie des Genève. Gen. 1860. — *Haec quoque omnia cancellata sunt usque ad verba:* favente Deo comprobabo. *Ita fere nihil supererat quod prelo subiiceretur et Beza prudenter totam epistolam ineditam manere maluit.*

dus et inveniendus erit. Sin minus, tantisper dum redeam annotanda erunt nomina seorsim, quae postea invento libro reliquis subiiciantur.

Caeterum de meo reditu, iam puto vos istic de responso decrevisse itemque de uxoris profectione.[7]) Ea res fortasse nonnullos in suspicionem adduxit me de migratione cogitare. Sed semel hoc dictum esto: me nihil unquam nisi ex vestra sententia facturum. Quod si *Navarrena*, ut fore suspicor, ad suos brevi redierit, non video peracto conventu quid me diutius hic retinere possit. Prospicio quidem futurum ut multorum preces ad vos perferantur, sed iterum dico me totum in vestra potestate et esse et fore. Hoc si nonnullis vix persuadeo, re ipsa tamen, favente Deo, comprobabo.

Conventus ad Ianuarii Calendas reiectus est. Interea quotidie crescit ecclesia satis feliciter. Novi praeterea quod scribam non habeo, nisi unum hoc quod tibi risum movebit. Nudius tertius apud Franciscanos, quum monachus missificans obdormivisset, fur quidam versutissimus argenteum calicem ita callide illis surripuit ut et sacrificum et circumstantes aliquot mulierculas fefellerit, nec postea deprehendi potuerit. Hinc rumor, a diabolo fuisse surreptum et quid non? Bene vale, mi pater, cum reliquis fratribus et collegis. D. Iesus vos incolumes tueatur, et assiduis benedictionibus locupletet. Lutetiae, ubi adhuc aliquot dies cum *Navarrena* manebo in ecclesiae gratiam, 22. Decemb.

Tuus Beza.

3660.

POPILLON A CALVIN.

Progrès de l'évangélisation de la Bourgogne.[1]) *Détails locaux. Besoin de pasteurs.*

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 196, fol. 241.)

Monsieur et pere Monsieur Calvin.
A Geneve.

Monsieur, suivant vostre conseil de communiquer la parole de Dieu a nos voisins quand ils nous en requerroyent, je me transporté il y a quinze jours par ladvis de nostre consistoire à Beaulne ou je fey deux assemblees par deux jours et a huys ouvert ou il y avoit grand peuple. Et en la premiere il y eut deux enfans baptisez sans que pour cela il advint aulcun tumulte ne sedition comme on creignoyt. J'ay la trouve un grand peuple qui desire fort de jouir de ceste pasture spirituelle et non seulement en la ville mais aussy aux champs comme jay entendu. Ils mont demande que je vous suppliasse leur voulloir envoyer un ministre par leur homme qui y est allé pour cest effect et ce en attendant que leur eschollier se façonne pour les pouvoir puys apres venir servir quand il vous plaira leur renvoyer. Estant audit Beaulne je fuz requis par ceux de Arné le Duc[2]) de les aller visiter. Mais pource que nostre consistoire ne m'avoyt donné congé que pour troys jours, je les remys au dimanche prochain a nostre consistoire ou il fut ordonné que Monsr. *Du Pré* y iroyt. Je l'avoy presenté à nostre Eglise le dimanche precedent aprez quil eust esté receu de nostre Consistoire avec le tesmoignage que vous luy aviez donné. Il a employé la sepmaine passee a visiter ces deux villes de Beaulne et Arné le Duc, selon ladvis de nos anciens, et s'est bien porté faisant bon debvoir audit veoyage, comme j'ay entendu. Il a faict deux presches audit Beaulne et deux aussy à Arné le Duc, auquel lieu il y eu deux baptesmes, sans aulcun empeschement ou trouble, graces a Dieu qui les en a preservez comme au paravant il les avoyt empeschez à Beaulne. Les enfans baptisez à Arné le Duc furent portez en la veue d'un chascun et bien accompagnez, et mesmes l'un d'iceux au jour du marché. Ilz le prierent de leur ayder a dresser un petit Consistoire,. ce quil feit, et par ce moyen Dieu se servit de luy a reconcilier le beau pere avec son gendre, lequel beaupere auparavant ny voulloyt aulcunement entendre, encores quil eut esté esleu ancien, mais quand Mr. *Du Pré* eut dict tout hault quil ne fairoyt point la priere en sa presence s'il demeuroyt ainsi endurcy, Dieu luy toucha le cueur tellement qu'a linstant il demanda pardon a Dieu devant l'assemblee les larmes a loil et se reconcilia. Jespere, Monsieur, que le Seigneur se servira de luy. Nostre Eglise se contente grandement de ses presches. Il ne sespargne pas en l'oeuvre du Seigneur et a bon cueur. Il a commencé a prescher l'evangile selon S. Luc. Il est assez severe pour son aage a reprendre les vices tant en public qu'en particulier. Il a la voix haultaine et est bien jntelligible et est, comme j'ay desia dict, aggreable a l'Eglise, plus que je n'eusse pensé à cause de sa jeunesse. Ainsi que je luy

---

7) *ad patrem Besae.*

3660. 1) *Hist. eccl.* I. 220: En 1559 fut dressee l'Eglise de Chalon, y estant envoyé Antoine Popillon gentilhomme qui s'estoit pieça retiré à Geneve, auquel furent adioints un surnommé du Pré et Philbert Grené.

2) *Sur Beaune et Arnay le Duc voyez l'Hist. eccl.* I. 780.

vouloy parler de quelque souspeçon d'arrogance qu'on avoyt eu de luy, jl m'en parla le premier et me dict qu'il vous remercioyt humblement de la remonstrance que vous luy en aviez faicte et que depuis qu'il en avoyt ouy parler a Geneve qu'il avoyt prié Dieu ardemment tous les jours de le preserver d'un tel vice et si detestable et le contenir en modestie et humilité. Dieu luy veulle donner augmentation de grace et perseverance jusques a la fin. Son absence pour son veiage nous a faict reculler la Cene d'aultant que l'examen que nous avons commencé a esté discontinué. Il est vray que par plusieurs foys nous avons catechisé, en presence de plusieurs, quelques enfans, a fin que les aultres par ce moyen receussent instruction, mais nous avons trouvé quil y avoit moins de proffit que nous ne pensions quand nous sommes venus a les interroguer particulierement. Nous fairons diligence moyennant la grace de Dieu de faire la cene huit jours ou pour le plus tard quinze aprez la vostre. Messieurs d'Arné le Duc m'ont requis vous supplier les avoir pour recommandez quant a leur envoyer un ministre, comme ilz vous en veullent solliciter par leurs gens quils vous envoyent. Or, Monsieur, en vous recommandant les Eglises veoisines a Chaalon ce n'est pour mettre en oubly la requeste que nostre Eglise et moy semblablement vous ay faicte, mais pour la vous rafreschir et vous prier affectueusement, si Mr. *René* et Mr. *de Villeneuve* vous presentent quelqu'un qui vous soyt à gré et a Messieurs vos freres, le nous voulloir envoyer, et si vous nous faictes ce bien, vous obligerez de plus en plus ceste Eglise à prier Dieu pour vous et me lairront aller de meilleur courage, quand je leur demanderai de me retirer, ce qu'ilz ont mys (suivant vos lettres) en ma liberté, de quoy je les ay grandement remercyez. Toutesfoys pour laffection que je leur porte je poursuivré encores moyennant la grace de mon Dieu a leur faire service de mon petit pouvoir, combien que le Seigneur mait pour quelque temps en l'absence de mon frere *Du Pré* grandement abbatu et au cas que je sentisse encores de si durs assaulx que j'ay mal soustenus par l'infirmite et petite foy qui est en moy, pour m'accuser envers vous, je croy, Monsieur, que vous ne trouverez mauvais si je me retire vers vous pour cercher consolation et respirer des grandes angoisses et destresses que j'ay souffertes et ce par mon vice et par ma faulte. Ce que j'eusse esté contraint de faire presentement avec mon grand regret et vostre mescontentement et de Messieurs vos freres que je crain si le Seigneur ne meut consolé par sa misericorde, ayant usé en cela de la bonne volonté que me portent Messieurs de ceste Eglise combien que je ne l'aye aucunement desservy ou bien petitement envers eux. Aussi il ne tient pas a mon frere et compagnon que je n'aye bon courage suivant la bonne amitié qu'il me porte. Et sur tout quand mon Dieu me regarde de son oeil paternel, vos lettres pleines de consolation et de doulceur me servent grandement.

Monsieur Francoys *Guillard* veint parler a mon frere et a moy devant hier au seoir et est party hier au matin de ceste ville pour aller vers un nommé Mr. *de Grandrie,* [3]) nepveu de Mr. *de l'Aubespine.* Il se tient a Molins lez Gilberts par delà Autun. Ledit Mr. *Francoys* nous monstra des lettres par lesquelles il luy presentoyt 200 livres et envoyer querir sa famille l'entretenir, pourveu qu'il voulut dresser une Eglise en sa maison, et nous demandoyt si pour une si bonne fin il n'y debvoyt pas aller, mais jl ne sceut jamais obtenir de nous sinon quil scavoyt bien que le moyen qu'il voulloyt tenir ne valloyt rien pour parvenir a ceste bonne fin et qu'il scavoit bien que seroyt ce introduire au ministere, et que s'il y voulloyt aller que ce debvoyt estre pour s'excuser de la charge, et non point pour l'accepter. Quand il vit que nous ne voullions aulcunement approuver sa demande totallement il feit grande jnstance de nous la faire trouver bonne, pour dix ou douze jours, mais ca este en vain, et l'avons exhorté de se recongnoistre, et les faultes quil a faictes, et shumilier: ce qu'il a promis faire devant nostre Consistoire confessant avoir grandement failly de singerer et introduire au ministere, et retracter les lettres superbes qui vous avoyt escriptes et vous en satisfaire et semblablement l'Eglise de Dijon quil avoit troublee dont la playe en seignoyt encores, comme je luy dy l'avoir entendu a Lyon quand je y fu dernierement envoyé au Synode par nostre Consistoire. Monsieur, jl fut dernierement advisé par nostre dit Consistoire de recepvoir au baptesme les enfants dudit Monsr. *Francoys,* moyennant qu'il recongneut ses faultes premierement, ce quil feit promettant de satisfaire aux Eglises qu'il avoyt scandalisees et principallement a la vostre, promettant de jamais ne s'ingerer au ministere. Et ainsi deux iours apres ses enfans furent baptisez. Car jl nous avoyt faict dire qu'il n'attendoyt aultre chose pour se retirer de ceste ville.

Monsieur, nous desirerions scavoir avec quel pain nous devrions celebrer la cene pource qu'en plusieurs Eglises on l'administre comme nous avons entendu avec pain levé. Sil vous plaist vous le nous manderez. Et en cest endroyt aprez avoir presenté mes treshumbles recommandations a vostre bonne grace et de Messieurs vos freres, et singulierement a vos sainctes prieres, ie prieray nostre bon

---

3) *René Bouceron Sr. de Grandry fut gouverneur de l'île d'Oleron en* 1570. (*Bulletin* III. 134.)

Dieu de tout mon cueur vous vouloir multiplier les dons et graces de son S. Esprit pour vous rendre invincibles contre tant d'assaulx qui vous sont livrez, et luire tousiours comme une lumiere au meilleu * de son Eglise pour nous eclairer et adresser és voyes du Seigneur selon sa saincte et excellente vocation en laquelle il vous a estably. De Chalon ce 22. de Decemb.

Monsieur, on a arresté hier en nostre Consistoire de vous envoyer Mr. *Divés,*[4]) principal du college pour estudier. J'ay tant faict que j'ay obtenu cela suivant vostre exhortation. Monsieur *du Pré* et luy ont esté long temps compagnons au college de Lisieux et ont regenté d'un mesme temps. La demeure a Geneve luy servira beaucoup comme j'espere. Car combien quil soyt docte comme i'ay entendu es letres humaines et en la Langue grecque jl a peu estudié en la saincte Escripture, mais il a bon voulloir d'employer le temps. Dieu luy en face la grace.

Vostre treshumble filz et serviteur
A. Popillon.[5])

3661.

DUPRÉ [1]) A CALVIN.

Il le remercie de lui avoir adressé quelques paternelles exhortations dont il reconnaît avoir eu besoin et lui recommande l'église de Châlons.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 196, fol. 243.)

A Monsieur et pere Monsieur Calvin
a Geneve.

Monsieur, jay occasion de louer Dieu quantesfois jl me souvient de la saincte exhortation que me fites a mon depart. Laquelle j'ay receue d'ung coeur tant plus volontaire quelle tendoit a mon salut et mon bien. Je prie au Seigneur quil me la veuille si souvent remettre devant les yeux quelle me serve de bride pour refrener mes affections. Car cognoissant comme je suys facile en tel vice cela m'apprendra a me contenir en crainte, ce qui autrement seroyt mal aisé en la jeunesse où je suys. Or combien, Monsieur, que pour lors jeusse desir de vous faire quelque responce toutesfois j'aimay mieux donner lieu a vostre remonstrance pour ne me monstrer rebelle que de m'y opposer. Maintenant seulement sil vous plait je vous satisferay. Je ne scay si j'ay presenté a Messieurs voz freres occasion de colliger quil y ayt en moy quelque confidence: toutesfois combien que je ne me veuille excuser, le Seigneur par sa grace me faisoyt ce bien de l'jnvoquer journellement qu'il luy pleut m'humilier et oster de mon coeur toute hautesse. Comme aussy recognoissant mon ignorance et infirmité, de laquelle Monsieur *Tremblay*[2]) vostre frere vous pourra servir de tesmoing, Je me presumoys avoir de quoy me confier en moymesme. Mais neantmoins je vous remercie d'un si sainct advertissement, car il m'apprent de cheminer en plus grande sollicitude que jamays, afin de ne tomber en tel mal auquel je ne me sens que trop enclin. Ainsy j'espere que ce bon Dieu me gouvernant par son Esprit, qui est lEsprit de petitesse et humilité, me fera la grace de tendre a sa gloire de laquelle je m'estimeroys sacrilege si je retenoys quelque opinion de moy mesme, puis que le tout provient de sa seule liberalité. Comme resentant son assistance miraculeuse en mon endroict j'ay grand argument de luy rendre louange et action de grace perpetuelle. Au reste Monsieur *de Paray*[3]) vous escrit assez amplement de lestat de nostre Eglise pour lavancement de laquelle nous desirerions quil vous pleut nous envoyer quelque secours, car graces a Dieu les personnes monstrent avoyr grande affection a la parolle. Nous poursuivons maintenant a examen pour la cene. Le Seigneur nous y veuille donner ladresse de son Esprit afin que le tout retourne a sa gloire.

A tant nous nous recommanderons a vos sainctes prieres, priant aussy nostre bon Dieu accroistre en vous les graces de son Esprit, comme il cognoyt estre besoing pour le salut de sa povre Eglise. Faisant fin, Monsieur, apres m'estre derechef humblement recommandé a vous je prieray le Seigneur vous tenir tousiours en sa garde. De Chalon ce 23. Decembre.

Vostre humble fils et serviteur
Bon Dupre.

---

4) *ou* Dinés.
5) *Au dos on lit de la main de Bèze:* de Mons. de Paré. *L'un des deux noms était-il un pseudonyme ou bien Popillon était-il Sieur de Paré? Voyez la lettre suivante.*
3661. 1) *Ministre à Châlons voyez la lettre précédente.*

2) *Ministre à Peney en* 1560, *à Genève en* 1564.
3) *Popillon.*

3662.

CALVINUS BEZAE.

Magnopere laetatus de nunciis ex Gallia allatis spem exitu confirmari cupit. Responsio ad Balduinum iam excuditur, cui et ille aliquid adstruere deberet.

(Ex apographo satis recenti Cod. Paris. Dupuy 102, fol. 27 v.)

Bezae. Bien aimé frere.

Bamaeus [1]) noster celeritate sua eo usque profecit ut literas reddiderit tandem vicesimo quinto die postquam acceperat. Senatus concessit [2]) quod nec honestum nec utile nec fas erat negare. Quoniam dedecori sibi duxit *Bamaeus* nisi responsionem ipse perferret, id per me obtinuit. Interea officio meo satisfeci, quia liberum non erat longius differre. Literas regi *Navarrae,* [3]) si videbitur, reddendas curabis, quibus si offensus fuerit culpam in te suscipies. Quid de *Balduino Reginae* scribam [4]) postquam inspexeris, statues an reddere expediat. Equidem servile censui esse tacere: modestius autem loqui non potui.

Venio nunc ad tuas postremas [5]) quae uberrimam gaudii materiam mihi attulerunt, quia scio non temere nec de nihilo sperare. Deinde spes tuas non modo proponis sed quid iam factum sit commemoras. Laeta scilicet principia et prope ex voto. Rogandus interea erit nobis Deus ut respondeat perinde felix exitus. Quod dilata fuit tua ad patrem profectio, nihil accidere potuit opportunius, quantum coniicere licet. Paulo post uxorem illic venies, quae te absente non admodum grata fuisset patri propter utriusque fastidium. Quia ecclesiae interest te quam primum redire, ubi pietatis officio erga patrem defunctus eris, vel eam tecum abduces vel huc remittes, quod secundum longe praefero non sine iustis causis. Quanquam tu melius ex re praesenti statues quatenus eius desiderio mos gerendus erit.

Mea ad *Balduinum* responsio [6]) excuditur, cum quibusdam eius epistolis quae pro commentariis erunt ad leges de Transfugis, Desertoribus et Emansoribus. Statuit et *Crispinus* commentarium addere ad L. tertiam C. de Apostatis, sed nosti hominis tarditatem. [7]) Me certe ob taedium poenituit suscepti laboris et legendo cognosces me indignitate fuisse exacerbatum. Ubi ad te pervenerit liber, consilium capies quidnam tibi agendum sit. Nisi quod me occupationum tuarum miseret, cuperem tuo quoque penicillo bestiam depingi. [8]) Sed novam materiam suggeret sine fine blatterando. Tam longae absentiae dolorem mitigat fructus, quem istic percipit ecclesia ex tuis laboribus: sed, crede mihi, mitigat tantum, et quidem exigua parte. Vale, optime et integerrime frater. Collegae omnes multam tibi salutem precantur. Dominus te diu servet incolumem, spiritu suo regere pergat virtuteque sustineat. 24. Decembris 1561.

Ioannes Calvinus tuus.

Collige nomen meum quia excidit.

3662. 1) *Nomen dubium et alioquin incognitum. Vide infra N.* 3679.
2) *scil. Bezae veniam per plures menses etiam in Gallia remanendi.* (*Reg. du Conseil* 22. *Dec. Bezae ep. ad Senatum d. d.* 28. *Nov. app. Baum* II. *App.* 138.) *Calendis Dec. Beza profectus est ut patrem inviseret, sed ab Admiralio revocatus eo non pervenit nec patrem postea vidit.* (*Baum* II. 461.)
3) *N.* 3664.
4) *N.* 3663.
5) *Nobis postrema fuit N.* 3652 *nam de* 3659 *cogitari nequit.*
6) *Opp. T.* IX. 561. *Prolegg. p.* 46.
7) Ad Legem tertiam Codice de apostatis commentarius I. Crispini ad Iurisconsultos (*ad calcem Responsionis modo laudatae p.* 100 *seqq.*). *Prodiit a.* 1562 *ap. ipsum Crispinum.*
8) *Quod et factum est sed serius:* Responsio ad Fr. Balduini Ecebolii apostatae convicia. Genev. 1563. 12. (*in Bezae Tract.* II. 199).

3663.

CALVIN A LA REINE DE NAVARRE.

Insinuations relatives à la conduite du roi, et aux intrigues de Baudouin.

(Original avec sceau et signature autographe. Bibl. de Genève. Vol. 107, fol. 136. Copies Vol. 115a, fol. 55, Berne F. 170. — Ruchat VII. 389. Crottet, chron. N. 58. Bonnet II. 437. Trad. angl. IV. 245.)

(A la Royne de Navarre.)

Madame, ce ne sera pas sans grant regret que nous soions encores privez pour quelque temps de la presence de mon frere, Monsieur *de Beze.* [1]) Car leglise ya dommaige et les escolliers qui sont icy pour profiter en theologie sont reculez daultant,

3663. 1) *Reg. du Conseil* 22. *Déc.* Lecture des missives envoyees a Messieurs par le prince de Condé du 24. nov. de la reine du 25 aux fins quil plaise leur accorder encores ledit de Beze pour 3 ou 4 moys. — *Languet* 26. *Oct. p.* 152*:* Besa fit concionator reginae Navarrae.

pource que ie ne puis satisfaire a tout. Or puise quil fault quainsy soit ie prieray Dieu, Madame, que le fruict qui reviendra de son labeur pour lavancement du regne de Iesuschrist, nous soit comme recompense pour nous esioyr ou alleger en partie nostre mal. Ce pendant nous avons dequoy benir Dieu de ce quil besongne si vertueusement en vous, Madame, et vous faict surmonter tout ce qui vous pourroit divertir du bon chemin. Il seroit bien a desirer que le Roy vostre mary print pour ung bon coup telle resolution, que ce ne fust plus pour nager entre deux eaues. Ie scay comment vous y travaillez, mais ie vous prie, Madame, que si vous nen venez si tost a bout quil seroit a soubhaister, que lactente ne vous lasse ne refroidisse. Au reste quoy quil en soit, vous sçavez, Madame, comme il vous fault garder songneusement de vous esloingner de Dieu pour gratiffier aux creatures mortelles, ce qui vous doibt donner couraige de poursuyvre vivement, tendant au but qui vous est proposé, quelques vens qui soufflent a lopposite.

Iay aussi, Madame, a vous advertir dune chose, dont ie vouldroie bien me depporter sil estoit en ma liberté: mais ie croy quaiant entendu la raison qui my contrainct, vous mexcuserez aisement de ce que ien faicts. Il y a ung certain rustre que le Roy vostre mary a faict magister de son bastard [2]). lequel estant ung apostat et traistre a Dieu et a la religion, a desgorgé par ung livre imprime contre moy toutes les iniures quil a peu forger. Or oultre ce quil se taudit du nom du Roy vostre mary, ne luy faisant point trop dhonneur en cela, il faict aussi bouclier contre moy de la feue Royne vostre mere, en ce que pour ung temps elle fust faschee de ce que ie redarguois asprement la secte des libertins. [3]) Ie luy en respondis pour lors, et vous envoye, Madame, la coppie de la lettre escripte de la main de nostre frere *des Gallars*, il y a passé quatorze ans, afin que vous iugez du merite de la cause. Ie ne pretens point a vous animer contre luy. Vous en ferez ce que Dieu vous monstrera. Mais ie ne puis pas mabstenir, Madame, de vous prier de mectre ordre par vostre authorité, quil ne mecte point en ieu madicte Dame vostre mere, de peur que ie ne soie contraict en maintenant la querelle de Dieu, de plus dire que ie ne vouldrois. La malice et artiffice de telle racaille est de faire une faulse couverture du nom des Princes, afin de clorre la bouche aux serviteurs de Dieu soubs telle umbre: et daultant plus les Princes doibvent tenir la main a les rembarrer.

Sur ce Madame, apres mestre treshumblement recommandé a vostre bonne grace, ie supplieray le pere celeste vous maintenir en sa protection, vous gouverner tousiours par son esprit, et accroistre vostre Maiesté en tout bien. Ce 24. de decembre 1561.

Vostre treshumble serviteur,
Charles Despeville.

2) *Il s'agit de Baudouin. De la Place éd. Buchon p.* 193*:* Le fils bastard du roy de Navarre fut donné à Fr. Bauldouin pour l'instruire aux lettres avec une pension de mille à douze cens livres. — Dum Balduinus dat operam iurisprudentiae simul et historiae, Rex Navarrus, ut se tuis calumniis nihil moveri ostenderet, voluit filium suum naturalem Carolum Borbonium quem unice diligebat ap. Balduinum educari. (*Biga resp.* 189.)

3) *Cf. N.* 634. — *Heveling, Vita Bald. p.* 34*:* Balduinus in sua ad Calvinum responsione dixerat se, si iterum premeretur, iudicium socrus Regis de Calvino esse communicaturum. Qua de causa Calvinus autoritate reginae Navarrae, quae illi valde adhaerebat, effecit ut in hac re Balduino imponeretur silentium.

3664.

CALVIN AU ROI DE NAVARRE.

Pressantes et sévères remontrances au sujet de sa politique.

(Copie, en partie de la main de Th. de Bèze, avec des corrections du même Bibl. de Genève. Vol. 107, fol. 138. — Vol. 115ᵃ, fol. 47. Berne F. 147. Bonnet II. 441. Trad. angl. 247.)

Sire, la crainte que nous avons de vous importuner, nous empesche de vous escrire si souvent que nous vouldrions bien, et que possible il seroit utile. Mais encores que nous en deussions faire quelque difficulté, les lettres de la Royne vostre femme [1]) non seulement nous ont enhardis, mais aussi nous ont osté toute excuse de plus differer. Car selon que Dieu l'a touchee au vif, ne se contentant point de suyvre et marcher au bon chemin où il l'a appelee, elle nous a aussi exhortez, voire affectueusement, de faire tout ce qui nous seroit possible pour vous augmenter le courage et magnanimité quil est besoin que vous monstriez. Comme son desir est louable, aussi nous doibt il servir d'un bon esguillon, Sire, c'est que comme vous estes son chef, vous luy donniez exemple a ce qu'elle soit tant plus incitee a la gloire de Dieu, quand en une chose si saincte elle se pourra conformer avec vous. Et de faict, vous avez bien a vous resiouir et louer Dieu de ce qu'il l'a tellement disposee, qu'au lieu que par cydevant, ne vous ayant

3664. 1) *qui n'existe plus.*

pour conduyre elle ne vous estoit point pour ayde, maintenant elle s'applique droictement a vous seconder, comme son debvoir le porte. Ce pendant, Sire, d'autant qu'elle est toute resolue de bien payer ses arrerages a Dieu, et recompenser les defaults du temps passé, c'est a vous aussi de vous haster affin de marcher tousiours devant en vostre ordre et degré. Car c'est la meilleure de toutes voz preeminences de vous porter si vertueusement que celle qui desire de vous complaire, ayt de quoy se resiouir au double, quand, en se rengeant a vous, elle glorifiera Dieu.[2]) Quant tout cela n'y seroit poinct, Sire, encores ne seriez vous pas quitte du debvoir que vous avez a Dieu. Mais un tel avantage merite bien que vous le faciez valoir, en vous esvertuant, comme il vous laisse tant moins d'excuse, si vous marchez froidement. Or il vous plaira nous pardonner, Sire, si nous ne povons pas vous dissimuler que iusques icy vous ne vous estes pas aquite a beaucoup pres de ce que Dieu a bon droict requiert de vous.[3]) Ce n'est pas que nous ne considerions assez, Sire, les obtacles dont vous estes assiegé de tous costez. Mais quand vous penserez que nous sommes procoureurs de Dieu, vous souffrirez, selon vostre pieté, que nous ne vous flattions point en maintenant son droict. Sur tout nous vous prions de bien noter la leçon qui nous est donnée au psaume 119, ou le prophete prie Dieu qu'il ne luy oste point pour tousiours de la bouche la parole de verité. Là en premier lieu il n'a point honte de confesser qu'il ne s'est point monstré si franc ny entier qu'il debvoit a maintenir l'honneur de Dieu, et toutesfoys il proteste au mesme pseaume, quil a esté comme prescheur de la Loy, devant les roix et les princes. Mais sachant bien qu'en une cause si digne et precieuse, celuy qui a le mieulx faict se trouve neantmoins redevable, il se desplaist en sa foiblesse, affin d'avoir contentement quand il aura mieux profitté. Et d'autant qu'il n'avoit pas esté assez ardent a soustenir la querelle de Dieu pour un temps, il cherche le remede ou nous le povons trouver, c'est que Dieu nous fortifie par la vertu de son esprit. Mais quoy qu'il en soit, il ne s'endort point en sa froidure, mais rompt tout delay, comme si iamais il ne debvoit[4]) parvenir assez tost ou il aspire. Voila pourquoy il demande que Dieu ne permette point qu'il demeure ainsi debile comme il se cognoist. Or comme par le mot de bouche, il monstre que la foy ne doibt pas estre ensevelie, qu'elle ne se desploie devant les hommes, aussy il n'y a doubte qu'il ne comprene tout service exterieur de Dieu. Maintenant, c'est a vous, Sire, de considerer, nous ne disons pas si vous avez esté aussi libre qu'il eust esté requis a rendre tesmoignage de vostre foy, mais seulement si vous en estes aproché iusques a mi chemin. Il est donc temps de courir de paour que la nuict ne viene, et que vous soyez surprins. En general, combien s'en fault il, Sire, que vous ayez maintenu la querelle de Iesuschrist, selon que vostre estat et dignité vous y oblige plus que les personnes privees? Si quelque paovre homme et de basse condition faict semblant de consentir a ce que le nom de Dieu soit blasphemé, la religion mise en opprobre, et la paovre eglise foulee soubs les pieds, il fauldra qu'il se condamne de n'avoir point eu la parole de verité en sa bouche. Que sera ce de vous, au pris,[5]) Sire, en ceste authorité, honneur et haultesse, si, sans vous flatter, vous entrez en compte avec celuy duquel vous tenez tout.

Ce seroit aussi lascheté a nous de couvrir par silence l'acte particulier qui a engendré envers grands et petits un si grand scandale: c'est de ceste malheureuse harangue,[6]) qui a esté faicte a Rome de vostre part, Sire, laquelle faict rougir, pleurer et gemir, et quasi crever de despit tous bons zelateurs tant de la gloire de Dieu que de la bonne reputation de vostre Maiesté. Il est certain, Sire, que vous ne sauriez trop travailler a vous esvertuer tout au rebours iusqu'a ce qu'une telle faulte soit reparée devant Dieu et devant les hommes. Nous ne parlons point de celuy qui a esté employé pour porter la parole, pource qu'il ne se fust pas trouvé homme de bien qui eust voulu accepter telle charge. Mais il semble que luy et voz ennemis ayent voulu faire un triumphe de vitupere qui vous a esté faict, en imprimant une telle ordure qui n'estoit desia que par trop divulguee. Nous voyons bien, Sire, comment vous y avez esté induict: mais soit[7]) que les perplexites ou vous estiez pour lors vous aient faict plier oultre vostre vouloir, soit que vous aiez eu esgard a vostre seureté pour obvier aux embusches de voz ennemys,

2) elle glorifie à Dieu *Bt.*

3) *Le protestantisme n'était pas ce qui préoccupait le roi; il s'agissait pour lui de recouvrer la Navarre espagnole. A cet effet il envoya M. d'Escars à Rome pour gagner le pape, auquel il promettait, pour prix de ses bons offices, de travailler au maintien du catholicisme en France, en menaçant, dans le cas contraire, de s'en séparer ouvertement.* (*Soldan* I. 518.) *Vargas, l'ambassadeur espagnol dirigeait la contre-mine.*

4) povait *Bt.*

5) auprès de vous *Bt.*

6) *Il s'agit de l'allocution faite par d'Escars lorsqu'il remit ses lettres de créance le* 26. *Sept.* (*Soldan l. c. note* 8.) *La demande du roi ne fut pas accueillie, quoique Le Laboureur* (*Add. aux Mém. de Castelnau p.* 745) *dise que d'Escars revint de Rome avec bonnes espérances.*

7) *A partir d'ici l'écriture n'est plus celle de Bèse, lequel cependant a encore fait des corrections au reste.*

ou pour rompre les filletz qui vous estoient tendus, soit que vous y aiez esté attiré par l'esperance de recouvrer a l'advenir ce qui vous apartient, rien de tout cela, Sire, ne sera receu devant Dieu pour vous absouldre. Et de faict, que seroit ce s'il vous estoit dict que tout le monde vous seroit donné, quant vous faictes hommaige a celuy qui ne peult rien que mal? Vous pardonnerez a la necessite, Sire, laquelle nous contrainct de parler ainsy, daultant que nous avons soing de vostre salut, voire d'une chose plus digne et precieuse, cest de la gloire de Dieu et de ladvancement de regne de Ieuschrist, ou consiste le salut de vous et de tout le monde. Mesmes, Sire, quant nous vous prions de vous emploier cy apres plus vaillamment à faire droicte et pure profession de vraye chrestienté, ce n'est pas que nous ne prevoions [8]) les combatz et alarmes qui vous seront incontinent dressez. Pour le moins il vous fauldra apprester à un interdict. Mais cest bien raison que pour servir à celuy auquel tout est deu, rien ne soit espargné. Combien que iamais vous ne vous pourriez resouldre, Sire, a marcher ou Dieu vous appelle, iusques a ce que vous aiez aprins du tout à vous appuyer sur ses promesses, vray est que ce pendant pour vous soulager il vous tend la main en beaucoup de sortes. Car s'il y a d'un costé des menaces, perilz et [9]) fraieurs, il y a de bons remedes et convenables, qui soffriront promptement quand il vous plaira de les accepter. Encores que tout vous fust fermé, Sire, si vous fault il practicquer en cest endroict ce que dict David, cest que Dieu donne des piedz de chevreulx [10]) aux siens pour saulter par dessus les haultes murailles. Mais quant il vous supporte en cela de vous donner ouverture, nous vous prions, Sire, de ne faillir à entrer et user [11]) du temps opportun, lequel les plus prophanes scavent bien dire qu'on ne doibt laisser eschapper. Mais combien que les affaires de ce monde se demainent par longs circuitz, Dieu veult quon procede plus franchement a soustenir sa querelle, tellement que la facon de temporiser que vous avez suyvie iusques icy, Sire, ne sera iamais trouvee bonne en son bureau. [12])

Cecy nest pas pour vous faire precipiter. Mesmes il y a du zele inconsideré en daulcuns [13]) que nous n'approuvons pas, et que nous vouldrions bien moderer sil nous estoit possible. Mais puisque nous ny pouvions pourvoir, [14]) nous supplions vostre Maiesté le vouloir supporter. Mesmes nous pensons que Dieu pour corriger la tardiveté des grans, a faict avancer les petis, voire tellement quil seroit auiourdhuy difficile de les faire reculer. Or sil luy a pleu besongner en telle sorte, daultant plus que les malins sefforceront dy resister, tant plus debvez vous estre aiguise, Sire, a mectre et applicquer en usage les intrumens debiles ausquelz en la fin apparoit la vertu du S. esprit. Nous avions tasche a la verite de faire qu'on se contentast de prescher en secret par les maison. Oyans que le contraire est advenu, nous sommes esbahis: mais nous ne laissons pas destimer que Dieu a voulu mectre sa parole en possession sans main dhome, afin que le conseil ne trouve pas si estrange d'octroier permission et souffrance de ce qui est desia. Quoy quil en soit, Sire, selon que vous estes loial iusques au bout, et en telle perfection quon peult soubshaister a procurer la prosperité et repoz du Roy, et le bien commun du pais de France, nous vous suplions de conioindre aussi le zele [15]) et affection ardente de mectre paine que Dieu soit gloriffié, en renoncant [16]) ouvertement a toute superstition et idolatrie, vous monstrant aussi protecteur de la povre eglise a ce quelle ne soit plus si durement oppressee. Car quoy que le diable et le monde escument toute leur rage, ceste liberté qu'auront les fidelles de servir Dieu obtiendra de luy que le roy domine paisiblement sur tous ses subiectz, et que vous soiez conservé en vostre degré, tant pour gouverner ses pais comme chef de son conseil, quaussi pour regner au vostre.

Sire, apres nous estre humblement recommandez a la bonne grace de vostre maiesté, nous supplierons nostre bon Dieu vous tenir en sa garde, vous fortiffier en constance invincible, vous donner prudence et adresse en tout maniement, et vous augmenter de plus en plus en ses graces. [17])

8) prisions *Bt.*
9) perilz et *om. Bt.*
10) chacaulx *Bt.* (*Voyez Ps.* XVIII. 30. 34.)
11) entrer. Usez *Bt.*
12) tribunal *Bt.*
13) d'aultres *Bt.*
14) parvenir *Bt.*

15) nous vous supplions aussy de non moindre zèle *Bt.*
16) résistant *Bt.*
17) *M. Bonnet ajoute:* Vos humbles serviteurs Jéhan Calvin. Théodore de Besze. *Le MS. n'a pas cette signature. La lettre est mentionnée dans celle à Bèze du* 24. *Déc. En marge il y a:* 1562; *c'est la date de la présentation de la lettre au roi. — On peut comparer l'Hist. eccl.* I. 687 *qui dit:* Les instrumens pour gagner le roi furent l'ambassadeur d'Espagne, le légat et le Card. de Tournon. Il se laissa mettre en teste un fantosme par le Pape, l'asseurans les susdits que s'il se vouloit porter neutre et faire aller son fils une fois à la messe le roi d'Espagne luy bailleroit la Sardaigne. Aucuns ajoutent que le Pape luy promettoit de le divorcer d'avec sa femme heretique, et de luy faire adiuger toute la confiscation d'icelle pour puis apres luy faire espouser la Royne et le Royaume d'Escosse, ce qui toutesfois n'est pas croyable. Ceste trame avoit esté tissue dés devant l'edit de Janvier. De quoy adverty Beze ne faillit de luy en faire bonnes et vives remonstrances. *Voyez aussi La Popelinière l.* VII. *fol.* 282.

3665.

PICHON [1]) A CALVIN.

Demande de pasteur pour une église du Dauphiné.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 196, fol. 245.)

A Monsieur Monsieur Calvin
Geneve.

Salut par nostre Seigneur Jesus Christ.

Monsieur et frere, ie me recommande a vous. Ces bons seigneurs, presens pourteurs sont deux advocatz de Sainct Marcelin, gens bien affectionnes qui sen vont a vous pour demander un ministre, et mont prié leur donner addresse a quelcun qui eust leur cause recommandee, et qui eust congnoissance de ce qui leur est necessaire dans ce cas. Or congnoissant vostre promptitude en telles choses et que cognoissez le lieu auquel y a gens de scavoir et qui est de grande consequence pour le baillage quy est la, quy a continuellement gens de divers lieux, qui peuvent estre gaignés a nostre Seigneur: Vous supplye leur adcister par les meilleurs moyens que Dieu qui les envoye vous donnera a faire quils ayent homme qui craigne Dieu et qui ait les graces pour respondre a sa charge autant quon porra selon la petitesse qui est aux hommes. Il y a ia quelque temps quilz avoyent donné charge a un qui est demeurant a Geneve de vous prier de cecy: ilz y vont en personne pour declairer de bouche le bon vouloir quilz ont de si employer et la grand necessité quilz en ont. Je prie au Seigneur qui en veuille susciter de propres pour bien recueillir les brebis esgarees et ferez bien de les admonester denvoyer des escouliers qui soient enseignez pour faire ceste charge, a quoy ilz se sont montrez bien paresseux iusques auiourdhuy, aussi font les nostres. Le Seigneur vous conserve et fortifie pour vous employer en ceste oeuvre. Je nous recommande a voz prieres ceste eglise et moy nous ne vous oblions point.

De Grenoble ce 25. de Decembre 1561.

Vostre frere et serviteur
Enard Pichon.

3665. 1) *Pichon, pasteur à Dombresson, était allé avec Farel en Dauphiné et était devenu pasteur à Grenoble. La démarche dont il est question dans cette lettre a dû réussir. Car dès le commencement de* 1562 *il y a eu un pasteur à S. Marcellin.* (*Arnaud, Hist. d. Prot. en Dauphiné* I. 84.)

3666.

LE SÉNAT DE GENÈVE A LA REINE DE NAVARRE.

Réponse à la lettre par laquelle elle demandait la prolongation du congé de Th. de Bèze. [1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie. Copie.)

Madame, Aiant receu les letres quil vous a pleu nous escrire, combien que labsence tant longue de nostre fidelle ministre spectable Theodore *de Besze* nous soit griefve, comme aussi de faict elle porte grand dommage a nostre eglise et a nostre escolle, daultant que nous desirons de tout nostre pouvoir complaire a vostre maieste, nous avons acquiesce a ce quil demourat par dela, veu que Dieu lemploie avec tel fruict pour ladvancement de son evangile et aussi que nous voions quil vous est agreable pour le profit que vous recevez de sa doctrine: nous aurons doncques patience, madame, pour le terme que vous avez declaire en voz letres. mays comme nous somes affectionnez a vous faire service tel que nostre petit pouvoir le porte, Aussi nous supplions vostre maieste davoir esgard a la necessite que nous avons dung tel homme, veu que la dissipation de ceste eglise porteroit mesmes preiudice a toute la chrestiente. mays pource que nous esperons que de vous mesme vous y serez encline nous nen ferons pas plus longue jnstance.

Madame, apres nous estre treshumblement recommandez a vostre bonne grace nous prierons Dieu vous tenir en sa saincte garde et faire prosperer vostre maieste en tout bien. de Geneve ce vingt-sixiesme de Decembre 1562 pris a la nativite. [2])

3667.

LE SÉNAT DE GENÈVE A CONDÉ.

Même sujet. [1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie. Copie.)

3666. 1) *N.* 3623.
2) *L'année commençant à Noël.*
3667. 1) *Voir N.* 3621.

Monsieur, Quant jl seust pleu a Dieu vous pourvoir d'homme suffisant pardela tellement que le retour de nostre bon et fidelle ministre spectable Theodore *de Besze* ne vous fust point venu mal a gre nous heussions heu matiere de nous en resiouir et louer Dieu. Car son absence nest pas sans regret tant de toute leglise que des escolliers qui ne peuvent avoir tousiours lecons en Theologie comme de coustume. Mays puys que vous avez trouve bon de le retenir encores pour quatre mois nous esperons que son labeur apportera tel fruict que ce nous sera occasion de patience en ce quil nous aura defailly. Et puys que vous a pleu prendre la peine, Monsieur, de nous en escrire, nous serions bien marrys de navoir obtempere a vostre desir, daultant que nous vouldrions bien selon nostre petit pouvoir nous emploier a vous faire tous services comme la bonne devotion y est. Mays puys que nous aymons mieux estre despouillez pour ung temps dung si grand bien que de vous desplaire, nous vous prions, Monsieur, que le terme par vous assigne estant escheu quil vous plaise estre moien que pour le moings jl nous soit lhors rendu Affin que nostre escole qui est en partie dissipee soit remise audessus et que nous soions edifiez par sa doctrine de laquelle jl nous faict bien mal destre privez.

Monsieur, apres nous estre treshumblement recommandez a vostre bonne grace nous supplions le pere celeste vous maintenir tousiours en sa protection, vous fortifier par sa vertu et augmenter en toute prosperite. De Geneve ce xxvi[e] de Decembre 1562 pris a la nativite.

Voz bien humbles et affectionnez serviteurs
les syndiques et conseil de Geneve.

3668.

LE SÉNAT DE GENÈVE A COLIGNY.

Même sujet. [1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie. Copie.)

Monsieur, Aiant receu vostre letre par laquelle vous priez que le terme soit prolonge a nostre bien ayme et fidelle ministre spectable Theodore *de Besze* daultant que sa presence est encores bien requise pardela, nous navons pas voulu y contredire tant pource que nous desirons ladvancement de levangile au Roiaulme de france que aussy pour la bonne affection que nous avons de vous complaire et faire service en tout ce qui nous sera possible. Vray est que sa presence est bien regretee par deca tant de ceux qui estudient en theologie que de tout le peuple, tellement que sil nous en falloit estre privez plus long temps nous y aurions grand dommage. Parquoy, Monsieur, selon que vous nous voiez jnclins et volontaires a nous accorder et acquiescer a vostre bon plaisir, nous avons de nostre coste a vous prier que le terme estant expire jl vous plaise destre moien quil retourne vers nous affin de continuer a faire ce quil a bien commence.

Monsieur, apres nous estre humblement recommandez a vostre bonne grace nous supplierons le pere de misericorde vous avoir en sa garde, vous accroistre en tous dons de son esprit et en bonne prosperite. De Geneve ce xxvi[e] de Decembre 1562 pris a la nativite.

3668. 1) *Réponse à N.* 3619.

3669.

CAPROPHONTES CALVINO.

Gratum animum effuse profitetur et floribus poëtarum exornat, simul munere misso sincerum esse testatur.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 45. Singularem viri latinitatem vel in simplicibus literis servandam esse putavimus.)

Clarissimo viro Ioanni Calvino Novoduno praestanti symmystae summi vivi Dei in urbe Geneva domino et patri in Christo summa observantia semper colendo ac venerando.

Firmam et perfectam per graciam Domini precatur in apostolicae fidei assiduo labore studio et confessione simul constanciam.

Clarissime et reverende domine et pater in Christo Domino salva observancia colende et charissime. Etsi nulla mihi unquam cum V. R. intercesserit noticia et consuetudo, unde possit aliqua occasio et audacia sumi, qua animatus scriberem ad V. R., tamen divina specifica providencia efficit ut procul valde dissiti et ignoti divinitus innotescant. Nunc igitur fretus syncera pietate et clemencia paterna, qua affectam esse persuasum habeo eandem erga apostolicae fidei domesticos, cum magna, ne dixerim temeraria parrhisia ac ϑarsia statui ad V. R. scriberem. Verum praesens statueram eandem salutare et alloqui: quod et fecissem nisi hostis veritatis son-

ticus domino hoc permittente impedisset propositum. Clarissime domine, legere est etiam apud fabulosam vetustatem magni aestimatam fuisse beneficiorum retributionem ac graciarum actionem. Nam Hesiodus tres fecit etiam gracias, Aglaen, Euphrosinam et Thaliam. Homerus unam ex his Pasithean appellat atque illis matrimonio addicit. Respiciunt se invicem complexis dextris ut redditio beneficiorum notetur. Hillares sunt sicut dantes et accipientes: praeterea virgines, quod sine spei conceptione detur, vestibus fluentibus et lucidis quod sine obligatione alterius aut obligatione tribuatur: denique iuvenes quia non dent beneficiorum memoria * senescere. Tres sunt, promerencium videlicet et reddentium et amborum simul, qui grate beneficium accipit primum eius pensionem solvit. In summa, ut comicus testatur,

Ἀχάριστος ὅστις εὖ παθὼν ἀμνημονεῖ.

Si igitur fideli praeceptori aliqua debetur observantia, et parenti propitio tenuis gratitudo, quod nunc est usitatissimum, qui ita est sollicitus de suorum salute ut nihil ad laborem assiduum requiri possit, tibi, tibi inquam, vir observande, natio ac gens Pannonica hoc iure divino merito deberet. Siquidem per heroicum *Lutherum* inchoatum opus per eandem [1]) est divinitus absolutum. Disputationes vero peracres fuere de sacramento: tamen ita sunt pacata omnium ingenia ex ultima V. R. admonitione ad *Vesth.* [2]) ut idem sentire videantur. Doctrina praedestinationis et liberi arbitrii etiam placitum * habuisset cursum, modo ne Stancharico dogmate fuisset turbatum. Parem graciam referre eciam si velit nostra lacerata Pannonia pro meritis eiusdem eximiis non possit, nec valet quid nisi per preces. Ut tamen angustia temporis et tenuitas nostra permisit, aut saltem in unico individuo experiatur eadem quam scio eandem non expetere gratitudinis specimen, precibus vero nunquam defutura est Pannonia, nisi per manus D. *Iacobi* bibliopolae earundem V. R. auream monetam satis antiquam ponderantem 2 ungaricos et medium. Balteum ac cingulum, coclear unum et strophiolum quo sudorem navantem operam diligentem in divinis eadem abstergat. Verum et D. *Besae* misi, sed optio erit penes V. R.

Ut itaque paucis perstringam nec tanto divino negotio occupato obstrepam, humiliter valde precor V. R. ut pro sua clementia hanc meam importunitatem dextre accipiat et munuscula sint eidem accepta, qui dantis pocius animum inspiciat. Hoc igitur unum anxie precor V. R. ut pro sua pietate concedat et oranti exhibeat se exorabilem: quia nec Germania nec Polonia, nec aliud ullum regnum ita est sontico dogmate *stanchari* [3]) infectum ut misera Pannonia, consulat eadem saluti Pannoniae alioqui satis afflictae. Nam autoritate eiusdem et Helveticorum doctorum tota nunc nititur Pannonia. Vere vere non erit irritus et inutilis labor in domino eiusdem in Pannonia. Aut saltem folium emitat contra *stancharum* in Pannonia: erit gratissimum munus omnibus piis symmystis egregiis et Barronibus. Est praesertim quidam Barro, homo militaris, qui contra Turcam pro muro habitus est intra decennium in arce finitima, Gaspar *Magoczki*, comes perpetuus comitatus Thorna, qui et Ecclesiae summo labore consilio et auxilio semper et adfuit et profuit. Licet *Ferdinandum* serviat, nihilominus firmiter stat et pergit in sua statione et stadio. Si iuditio V. R. huic dicaretur scriptum pagellum contra *stancharum*, foret maiori utilitati tocius Pannoniae. Homo enim vere bene meritus est de Ecclesia. Hunc igitur velim eidem commendatum esse.

Postremo peto, liceat mihi impetrare manum vestrae R. pecii d. *Iacobum* ut acciperet et aliorum doctorum Genevensium. Deus deorum pius gubernator adsit suae Ecclesiae et columnas suarum ecclesiarum diu nobis et toti orbi christiano conservet et eiusdem animae et corporis vires sustentet. Vitebergae in festo S. Stephani martyris anno domini 1561.

Vestrae Reverentiae addictus studiosus
et scrutator divinae viae ostensae.
Franciscus Καπροφόντης
patria Crasznananus natione Pannonus.

3669. 1) *scil. V. R.*
2) *Westphalum.*

3670.

CALVINUS FARELLO.

Attingit obiter res Gallicas et Neocomenses.

(Exemplar Bibl. pastorum Neocomensium amanuensis manu scriptum cum subscriptione autographa, sed ex parte prae vetustate lacerum. — Perrot. p. 133.)

3) *Stancarus a.* 1553 *ex Polonia in Hungariam et Transsylvaniam se contulerat et sua doctrina ecclesias turbaverat. Qua de causa a.* 1555 *ministri Clausenburgenses autore Casp. Helt confessionem contra eum ediderunt. Porro etiam colloquium cum eo ibidem institutum fuit prid. Cal. Ian.* 1558. *Postea Stancarus in Poloniam rediit. De controversiis Lutheranorum, Reformatorum et Unitariorum in illis terris adeas Salig. T.* II. 833 *ss.*

Praestantissimo Christi servo D. Gulielmo Farello fratri et symmystae integerrimo.

Quod hactenus nihil tibi scripserim culpam tabellariis tuae gentis assigna. Qui certe praeposteri sunt dum literas nunquam postulant nisi sub discessum. Ut alios omittam, qui literas tuas [1]) attulit ad me venit circiter horam quintam quum ad coenam essem invitatus. Rogavi quando abire vellet. Respondit: postridie summo mane. Haec erit iusta excusatio cur vacuum dimitterem. Quanquam si necessaria fuisset responsio, minime in officio cessassem. Sed principio mihi dictum fuerat, missum data opera fuisse hominem qui malo remedium quaereret. Quae unica erat ratio. Ego quoque ad *Besam* scribendo [2]) partibus meis defunctus eram. Templa occupari, ut odiosum est Regis consilio, ita mihi nunquam placuit, donec publice aliquid statueretur, quod brevi fore confido. An privatim vobis fuerit prospectum, nescio, nisi quod *Cursolii* adventus [3]) hostium violentiam sedabit et impetus compescet. Tu interea qua poteris moderatione ecclesiam sustineas. Cupiunt fratres Neocomenses, sicut ex *Christophori* literis intelliges, te synodo interesse. Ego a Principe [*iussus*] sum et eiu[*s*] m[*atre*]: sed dies qui co[*nstitutus*] est valde esset mihi intem[*pestivus* ......] tim .... [*Eo die*] legendus senatus et distribuenda munera. Itaque vereor ne mihi liberum sit exire. Sed quia scripsit mater Principis, habitam fuisse mei commodi rationem, tempus forte prorogabunt. Sunt enim huc brevi venturi. Conventus, ubi de statu religionis aliquid decernendum est, reiectus est ad Cal. Ianuarii. [4]) Quod ut malis artibus factum est ita merito nobis dolet. *Besa* tamen optime sperat et cogit me aliquid spei concipere. Faxit Deus ut exspectationem nostram eventus superet. Bene vale, eximie vir et integerrime frater. Dominus te semper tueatur, spiritu suo gubernet, tibi adsit et labores tuos benedicat. Collegae mei et alii fratres multam salutem tibi precantur. Saluta vicissim meo nomine istic omnes amicos. 28. Decemb. 1561.

Iohannes Calvinus tuus.

3670. 1) *deperditas ut videtur. Nam quam habemus recentissimam* (*N.* 3627) *de ea vix cogitaveris.*
2) *N.* 3662.
3) Le comte Antoine de Crussol, nommé lieutenant général du roi dans le Dauphiné, la Provence et le Languedoc, le 10. Dec. 1561, avec la mission spéciale d'y pacifier les troubles religieux, arriva quelques jours après à Valence. (*Arnaud, Hist. d. Prot. du Dauphiné* I. 76.)
4) *N.* 3652. 3659.

3671.

CALVINUS BEZAE.

Libelli contra Balduinum editio lente procedit. Pro tempore nullus in Bezae locum sufficietur.

(Ad manus erant exemplaria Cod. Genev. 107ᵃ, fol. 249, cum subscriptione autographa; 111ᵃ, fol. 206, Bernense Epp. VI. 913, Simleri Vol. 102. — Edidit Baum II. App. 151.)

Quoniam nostra interest te scire quid scribatur ad eos qui postularunt tempus tibi prorogari, [1]) exemplaria curavi tibi descripta. Quantum ex supputatione temporis colligo, *Barmaeus,* relicta apud patrem uxore, tibi in itinere occurret. Ergo ubi in aulam redieris, dices tibi esse mandatum, quod rogati sunt, ut tibi concedant. Senatus tibi non scripsit quia has partes in me suscepi. Unde intelligis, segnitiem meam fuisse in causa. In edenda mea ad *Balduinum* responsione *Crispinus* suo more properavit. [2]) Leges ergo manibus scriptam, quia inter plures distributus fuit labor. Non mitto autem, ut tuum mihi vel consilium vel iudicium significes: quando id iam fieri non potest in tempore: sed ut lectione admonitus statuas quidnam tibi agendum sit. Nihil praescribo, ne te molesto et fastidii pleno onere premam. Nuper agitatum fuit in coetu nostro, an ex collegis subrogandus esset quispiam, qui vices tuas obiret quantisper aberis. Ego quod ab auditoribus optari audieram, retuli. Reclamarunt omnes una voce. Atque haec ratio maxime valuit, sinistrum praeiudicium non debere admitti. Tuum est mature prospicere, ne collegii exspectationem fallas. Quod superioribus literis oblitus eram, in *Borgoino* decepti fuimus, ut saepius nobis accidit, quum suum quisque locum fallacibus elogiis supra nubes attollit. [3]) Quanquam de Ambianis [4]) non fuit cogitandum, qui nunquam verbum apud nos fecerunt. Valeant igitur et aliunde adipiscantur. Decem urbes Calidomonti, [5]) ut sero didicimus, merito praeferendae erant. Sed haec fuit festinationis merces, dum fratrum ardorem sedare cogor. Vale, optime et integerrime frater. Dominus tibi semper adsit, te gubernet, tueatur suisque donis locupletet. 18. Decembris 1561.

Carolus Passelius tuus.

3671. 1) *N.* 3662.
2) *Nomen typographi in libello non indicatur.*
3) *quid haec sibi velint non assequimur. Hist. eccl.* I. 767 *commemorata Burgoinii missione addit:* L'Eglise de Troyes alloit tousiours en croissant iusques au massacre de Vassy.
4) *N.* 3652.
5) *Chaumont.*

3672.

BULLINGERUS CALVINO.

Spectrum Augustanum iam Brentio et Vergerio ducibus Galliam invadens videt et reformidat.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 96. Exstat quoque in Cod. 111a, fol. 238, in Epp. Bern. VI. p. 1106 et ap. Simlerum Vol. 102.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori domino colendo et fratri carissimo suo.

S. D. Ex Virtembergensi ducatu pro certo nobis nunciatur missum esse ex Gallia ad principem *Ramboletium*[1]) quendam. Quid agat ignoro. Deinde sunt qui dicant *Guisianum*[2]) expetere colloquium cum Wirtembergensibus et locum destinatum esse Tabernas in Alsatia non procul ab Argentina. Pro certo tamen hoc non affirmo. Hoc scio, neminem hoc saeculo vivere qui maiori conatu conetur idolum illud Augustanae confessionis omnibus gentibus obtrudere. Impellitur ab ubiquista *Brentio*, qui in hac concertatione insanit. Nuper dixit (certissimum hoc est): iam tandem in actis Galliae apparet quid *Beza* et *Calvinus* et alii illi sentiant de causa eucharistiae. Audi aliud: Scripsit nuper ad senatum Curiensem *Vergerius* (ego literas habui in meis manibus), inter alia vero: Senex sum et valetudinarius, inquit, et tamen metuo ne summa hyeme cogar in Galliam et quidem cito.[3]) Ad Philippum *Gallitium* ita scribit: Adhuc metuo mihi in Galliam eundum esse, imo nunc magis metuo quam ante unquam. Datae sunt literae Tubingae die IV. Decembris. Admonete ergo fratres in Gallia: si venerit, excipiant illum prout dignus est.

Festinantissime haec scribo et te optime cum omnibus tuis valere opto: precor item tibi tuisque annum felicissimum. Quaeso scribi aliquando per tuos cures quid fiat in Gallia et quae spes sit. Adversarii hic infausta spargunt. Ego meliora spero et Dominum oro ut nostri misereatur. *Tretium*[4]) Polonum saluta et commendatum habe, cuius literas binas accepi. Respondere adhuc non potui. Tiguri xxix Decembris 1562.[5]) Salutat te *Martyr*, salutant te et fratres omnes nostri. Dominus benedicat tibi et servet te, domine colendissime et frater carissime. Non relegi.

Tuus Bullingerus.

3672. 1) *Jac. d'Angennes de Rambouillet legatus cum Hotomanno m. Decembri in Germaniam missus fuit, qui cum Principibus de Tridentino concilio adeundo vel potius de novo quodam convocando ageret. Adierunt primum Fridericum Palatinum* (*Kluckhohn Briefe* I. 232), *deinde Christophorum Wirtembergensem* (*Sattler* IV. 172. *Beil.* 206; *Kugler* II. 314), *denique Electorem Saxoniae a quo d.* 21. *Ian. recepti sunt.* (*Languet* II. 193; *Dareste in Revue hist.* II. 34.)

2) *Franciscus dux Rascalonem suum eo misit qui d.* 15. *Nov. Stuttgardiae appulit.* (*Sattler l. l. Beil.* 215; *Kugler* 331; *Barthold* 359.)

3) *Imo summopere mitti cupiebat. Vide eius epp. a Schottio editas.* (*Kugler* 329.) *De eo Languetus d. d.* 9. *Oct.* II. 143*:* Homo quo nullus est magis idoneus ad res turbandas.

4) *N.* 3597.

5) *sic autographon. Caeteri ad computum communem redigunt.*

3673.

SURAEUS CALVINO.

Easdem preces atque in proxime praecedente sua[1]) *profert et quidem enixius quum unus ex collegis abeundi veniam petierit.*

(Ex autographo Cod. Genev. 113, fol. 128.)

Praestantissimo et piissimo theologo et verbi divini ministro D. Ioanni Calvino.

Gratia et pax a Deo et patre D. N.

Ignosces, ut spero, et meae qua in superioribus ad te literis usus sum sive libertati sive temeritati, et his tam cito repetitis in hanc sententiam precibus. Neque enim hoc vereor ne importunos flagitatores nos existimes qui crebris precibus obtundere te statuerimus, dum vel obtineamus vel extorqueamus id quo tantopere egemus. Nam si penuriam qua laboramus, et gregis qui hic Domino collectus est et in dies crescit numerum nosses, te non libenter modo petentibus concessurum confidimus, sed ultro rebus nostris prospecturum arbitramur. Dum pauci pro facultatum nostrarum modulo desudamus in excolendo agro dominico, *Vallaeus*, collega noster et τῶν συμμυστῶν ὑπέροχος, abeundi veniam petit et propediem ministerii provinciam intermissurus est. Hic cogites velim quid nobis et populo fiet, nisi adsit successor qui tantam iacturam sarciat. Ad haec adeo auctus est et augetur credentium numerus ut accedere pastores magis quam discedere sit operae pretium.

3673. 1) *N.* 3658.

Haec causa est, optime pater, cur negotium mihi datum sit a coetu nostro, non iam ut te rogem, nostrae ecclesiae quos postulaveramus tribuas, sed si tam amplae messis colligendae cura te tangit, ut id quoad eius fieri poterit acceleres. *Spifamium* ex nostris quidam adiit. Negat se sui iuris esse, totum se vestro arbitrio commisisse ut quidquid statuetis statim sequuturus sit. *Baronem* Genabo [2]) accersere erat animus, si quem in eius locum sufficeremus haberemus. Hic occurrit *Danaeus* [3]) qui apud vos philosophiam profitetur, quem si Genabensibus daremus statim ad nos rediret D. *Baro.* Tuam itaque opem et assensum imploramus [*ut Spif*]*amium* vel alium ex iis quos superiore epistola nominaveram ecclesiae nostrae destines, et *Danaeum* horteris ad ministerium verbi suscipiendum, quo D. *Baronem* recuperare possimus.

Exercent se apud nos diligenter in explicandis scripturis multi iuvenes, sed tam multa sunt circa nos oppida quo mittere necesse est simul ac e nostra diatriba prodierunt, ut nobis aliunde nostro gregi quaerendi sint, praesertim qui multos et eruditos auditores habemus. Habebis igitur nostri rationem, neque patieris *Callistum* quem ad vos huius rei causa misimus, inanem redire, quin et *Ribitti* [4]) et *Danaei* compos sit eosque huc comitetur. *Henricus,* [5]) qui apud reginam *Navarrae* ministerio verbi Domini fungebatur, diuturno morbo conflictatus iam graviter de vita periclitatur. Vestris eum precibus patri coelesti commendate. Nec me praetereas velim, optime pater, quin memineris quanto muneri et quam arduo oneri infirmum homuncionem subieceris, viresque ab eo suppeditari postules cui militaturum emisisti. Pudet pigetque imbecillitatis meae, cui inter tantos viros dicendum est de rebus coelestibus quarum ἀμύητος plane sum. Tuae sunt partes ut, quoniam in me parum et nostrorum votis et tuis conatibus respondisti, nunc aliis mittendis diuturnam sitim expleas. Deus opt. max. te servet laboresque sanctos in amplificando filii regno provehat. Vale. Aureliae. 4. Cal. Ianuarias.

H. Suraeus Rosarius
nomine et mandato omnium.

---

2) *Gien.*
3) Lambert Daneau, né vers 1530 à Orléans selon Meursius, M. Adam, Niceron et du Pin, à Gien selon Lacroix du Maine et Du Verdier, à Beaugency selon le rôle des Français reçus citoyens de Genève, dont l'autorité tranche la question (*comp. Senebier Hist. litt. de G.* I. 311. *Le livre de Recteur p.* 372), mort à Castres 1595. Son tuteur l'envoya à Orléans étudier le droit sous Anne du Bourg. Témoin de la mort de celui-ci il partit en 1560 pour Genève où il se voua à la théologie. Il fut appelé en 1562 à desservir l'église de Gien. (*Haag* IV. 192.) *Eum philosophiae professorem fuisse alibi memoriae proditum non videtur. A.* 1573 *prof. theologiae fuit Genevae teste libro Rectoris.*
4) *qui simul cum Vireto Lausannam reliquerat.* On ne sait rien de plus sur sa vie (*Haag* VIII. 430). Ribitt prend congé et va à Orleans. (*Reg. du Conseil* 19. *Jan.* 1562.)
5) *N.* 3030. 3061.

3674.

VIRETUS CALVINO.

De Varandalo ad Aquas mortuas misso et a Pezenacensibus vocato.

(Ex autographo Cod. Genev. 111a, fol. 122, coll. c. Cod. 116, fol. 131. Cod. Bern. Epp. VI. 918 et Simler. Vol. 102. — Edidit Baum II. App. 152.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fratri et symmystae plurimum observando.

Genevae.

S. *Varandalus,* [1]) qui a vobis missus fuerat ad Aquas mortuas, non ita pridem vocatus a Pezenacensibus, non solum apud illos, sed etiam in tota vicinia magno cum fructu Christum annunciare coepit. Quamobrem Pezenacenses [2]) magnopere eum retinere cupiunt, quoniam, si ab illo deseruntur, collecta ab eo ecclesia conservari ac multo minus augeri poterit. Neque enim alium habent ministrum, neque satis norunt unde habere possint. At vero quia *Varandalus* a vobis minister designatus est apud Aquas mortuas, nullis se audet aliis astringere ecclesiis, nisi prius vestro audito consilio, quod abs te intelligere cupit. Ego quantum quidem cognoscere potui, consultius ecclesiae esse iudicarim, si alius inveniri posset, qui ad Aquas mortuas mitteretur, quum id fieri poterit sine praesentissimo periculo: quod nunc quidem fieri non potest. Sed in posterum spes est melior. Causa vero quae me in hanc adducit sententiam, haec est, quod metuo, ne diu non possit *Varandalus* iis inservire, quibus primum destinatus est, quia valde obnoxius est distillationibus, [3]) quibus valde infestatur: tu vero ex loci situ satis coniicere potes, quam parum salubris illi futurus sit. Caetera audies de hoc nuncio tibi, ut opinor, notissimo, et de statu totius huius regionis, quapropter hic finem faciam salutatis fratribus et colle-

---

3674. 1) *Pierre Colliod dit Davarandal.* (*N.* 3658.)
2) *Pésenas* (*Dépt. Hérault*).
3) *Aigues-mortes locus est minime faustus ex aëre paludibus corrupto.*

gis omnibus. Nostri, nominatim vero *Maugetus*, *Martinus* et *Sarrasietus*,[4]) te amantissime salutant. Vale optime ac diutissime. Nemausi 30. Decembr.

Hic tabellarius mihi verba fecit de Antonio *Calvo*, qui, quum isthic essem, famulabatur D. *Sarraceno*.[5]) Cuius ecclesiae gratia illum petat, ex ipso audies, et quod expedire iudicaris statues. Iterum vale.

Tuus Petrus Viretus.

3675.

L'ÉGLISE DE POITIERS AUX MINISTRES DE GENÈVE.

Demande de pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 196, fol. 246. Bulletin XIV. 327.)

A Messieurs et peres Monsieur despeville et ses freres.

En leur maison.

Grace et paix par nostre Seigneur Jesus Christ.

Treschers sieurs et peres. Comme souvent jl est advenu qu'en nos necessitez nous ayons tousiours pris addresse ver vous pour estre secouruz dhommes et de conseil en ladvancement de la gloire de Dieu et edification de son eglise, aussy faisons a present nous estant tousiours apperceuz du profit qui nous est advenu de vostre part. Car comme ainsy soyt que depuis quelque temps en cza quil a pleu a Dieu de faire cesser les persecutions par decza leglise soyt multipliee de grand numbre de personnes et n'ayans homme a suffire a lestat du ministere, vous ayons instamment supplie de vouloyr tant faire pour nous de faire retourner ver nous Mr. Francoys *de Sr. Pol*,[1]) en default du quel vous requerions quil vous pleust estre moyen que Mr. *de Saule*[2]) nous vint visiter tant pour satisfaire aux predications qu'a la conduicte d'un bon numbre d'Escoliers qui ayans laissé l'estude des Loix et jurisprudence se sont franchement addonnez a l'estude des sainctes lettres et mesme vouez au service de Dieu et de son eglise par l'ordre qui y est estably. Choze autant necessaire que louable pour subvenir a tant d'eglises voisines qui affamees de pasture celeste nous importunent d'heure en heure pour leur departir de ce peu qu'il a pleau à Dieu mettre entre nous, comme aussy l'avons faict envers plusieurs dont, graces a Dieu, nous en voyons un tresgrand fruict. Il est bien vray que mondit Sr. *de Saule* nous a rendu bon tesmoignage de la bonne volunté quil a de venir ver nous, mais nous voyons les affaires si longues que nous nen pouvons rien asseurement esperer. Toutesfoys encores quil feust desia pardecza avecques nous, considerans quil ne pourroyt pas suffire a tant de charges, et qu'en partie nous dezirerions quil fust soulagé, jl nous seroyt encore besoing et necessaire quil vous pleust nous donner homme qui en son default peust satisfaire ausdites charges. Que sil ne se trouvoyt homme prest entre vous pour nous estre envoyé, nous avons obtenus lettres de faveur de la Royne de *Navarre* aux Sieurs et Princes de Berne pour en requerir quelquun de leur Seigneurye, et dautant que cest esté passé il se trouva un des ministres de Tonnon nommé Monsieur *Nynaut*[3]) en ceste ville qui nous donna troys ou quatre exhortations, Lequel nous priames de demeurer avec nous. Or d'autant quil nous advertit quil estoyt obligé a son eglise et aux dicts Sieurs nous donna ouverture pour l'obtenyr d'eux. Et pource quen cest endroict nous nous voulons garder des mesprendre nous vous supplions humblement quil vous plaise nous faire entendre vostre advis, a savoyr si nous le devons demander. Que si il y avoyt ocasion de nous en deporter, quil vous plaise regarder aux moyens plus aisez pour nous en faire recouvrer quelque aultre suffisant a faire les susdites charges a fin quen toute diligence, vostre response ouye, nous envoyions homme expres de nostre compagnye pour y faire tout debvoyr et lamener ver nous, vous asseurant que nous le recevrons avec joye et luy ferons tout le bon traictement quil nous sera possible, voire et mieux qui n'a par cy devant esté faict aux aultres d'autant quil a pleu a Dieu nous en donner plus grands et meilleurs moyens que n'avons eu par cy devant. Que si ainsi vous le faictes vous nous rendrez tousiours de plus en plus redevables ver vous, et prions Dieu, treschers Sieurs et peres, vous maintenyr et conserver a sa gloire et augmentation de son Eglise, nous recom-

---

4) *Nemausenses cf. N.* 3582. 3638.
5) *medico Genevensi.*
3675. 1) *S. Paul avait été envoyé à Poitiers en Mars* 1559. *En* 1560 *il fut à Montélimart. Il retourna à Genève après la conjuration d'Amboise. Puis il alla à Dieppe, où il retourna après le colloque de Poissy auquel il assistait. Il y était encore quand la guerre de religion éclata.*
2) *Des Gallars retourna à Londres après le colloque.*

3) *autrefois ministre d'un village Genevois.*

mandans humblement a vos grace et sainctes prieres. De Poitiers ce penultieme jour de Decembre 1561.

Vos humbles serviteurs
Launay [4]) au nom de tous
Brochard. Dehore. Favre. Babinot. Gervillars.
Deruain. Pinagaud. Fraytier. Dreux.

3676.

DE L'ESTANG [1]) A CALVIN.

Même sujet, pour la même église.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 196, fol. 248.)

A Monsieur Monsieur Despeville,
En sa maison.

Monsieur, l'urgente necessité qui me presse de toutes sortes me faict prendre la hardiesse de vous adresser ce petit mot pour vous pryer et supplyer affectueusement quil vous plaise pour l'honneur de Dieu vous souvenyr de ceste povre et desolee Eglise a fin que par la conduicte et prudence d'ung personnaige tel qui seroit bien requis, non tant pour le bien et proffit de ceux de ceste ville seullement mays de tous les voysins du pays, ou peult voyr jcelle floryr plus que jamays (chose qui seroyt aujourdhuy plus aysee a fayre quil n'a esté cy devant, tant pour la disposition volontayre du peuple que pour le bon nombre descholyers qui du tout se sont dedyez au pur service de nostre bon Dieu et addonnez aux sainctes letres) de sorte qu'oultre la proposition ordinayre du jeudi tous les jours y a proposition extraordinayre a neuf heures du matin d'une douzayne qui se façonnent le myeux quil nous est possible. Et combien que de la part de toute nostre compagnye pareille requeste vous aye este faicte, tant y a, Monsieur, qu'en mon particulyer et comme en mon nom privé (excusez moy, sil vous plaist, en mon importunité) je ne me suys peu commander jusques la que de m'abstenyr. Vray est, Monsieur, que si vous avez egard et veilliez reduyre en memoyre l'ingratitude Laschetė et refroidissement qui a esté ceste part (plus a la verité qu'en lieu que scache) jlz seroient bien dignes quon les quittast là comme indignes d'ung tresor si grand et excellant. Mays a fin, Monsieur, d'avoyr contre eux de quoy leur reprocher ce que Jesus Christ disoit aux Juifz (combien de foys t'ay je voulu ramasser et tu n'as pas voulu) je vous supplye treshumblement encores ceste foys leur vouloyr secouryr: attandu les promesses et protestations quilz m'ont faict de se porter myeux que jamays, quoy faisant, Monsieur, serez moyen de redresser ung bastiment qui de bref sen va prest a tomber en ruyne, si bien tost ny est prouveu. Nous vous avyons cydevant supplyé, Monsieur, quil vous pleust ordonner Mr. *de Saule*. Nous persistons encor si possible est, sinon, Monsieur, quil vous plaise nous fayre visiter pour six ou huit moys par lung de Messieurs et peres de vostre compagnye, comme la necessité le requiert plus que je ne le puys lexprimer, et croy que le jugez aynsi. Partant, Monsieur et pere, si vostre bon playsir est nous tant favoriser et secouryr en cest endroict que nous accorder ceste requeste et le nous fayre scavoyr afin de nous amployer selon vostre advys et conseil, vous nous rendres a jamays d'aultant plus obliges et reddevables a vous, que nous estimons le bien et playsyr que nous ferez jnestimable. Et quant a moy, Monsieur, je demoureray a jamays celluy qui vous obeyra et fera treshumble service.

Pour la meillyeure fin je pry Dieu, Monsieur, vous continuer les dons et graces de son esprit avec prosperité et longue vye pour servyr a sa gloyre et a son eglise, me recommandant humblement et de bon coeur a vostre bonne grace et sainctes pryeres. A Poictiers ce 30ₑ de Decembre 1561.

Vostre humble et obeissant serviteur
De Lestang
ministre à Poictiers.

---

4) *C'est le même que le ministre de l'Estang aûteur de la lettre qui suit* (*Bulletin* II. 248).

3676. 1) *Il est nommé Alexandre de l'Estang, Gaudion de l'Estang, Launay de l'Estang. L'église de Poitiers le prêta à celle de Paris en* 1561. *En* 1581 *il était pasteur à Couhé en Poitou, et il remplit les fonctions de secrétaire au synode de La Rochelle, la même année.* (*Bulletin* II. 387.) *Lièvre, Hist. d. Prot. du Poitou* I. 97, *cite parmi les ministres de Poitiers l'Estang, Chrétien, S. Marceau et le curé de Chiré.* — *Hist. eccl.* I. 763: Les desordres des escoliers appelés les sifflars, survenus en iuillet 1561 contre les protestans, n'empeschoient pas l'Eglise de se maintenir. Les prêches se faisoyent en une saulsaye devant le chasteau surtout par Pierre Després, surnommé le curé de Chiré. Le 6 Aoust le roi de Navarre assista lui mesme au sermon, ce qui encouragea de nouveau les reformés au point que le 15 aoust en un jardin la s. cene fut administree à plus de 1500 personnes. Ils s'emparerent de l'eglise des Iacopins et y firent leurs assemblees estant lors receu pour ministre Pierre Chrestien. Empeschés par les catholiques ils se reunirent dans le couvent des Augustins où ils continuerent iusqu'au 5. Nov. où l'edit du roi les obligea de quitter ce lieu. Ils se pourveurent le mieux qu'ils peurent iusques à l'edit de Ianvier.

Je ne veux aussi oublyer de vous dyre, Monsieur, que nous avons obtenu letres de la Royne de *Navarre* vers Messieurs de Berne pour leur requeryr quelque personnaige, et sil s'en trouvoit la de telz qu'en bonne conscience peussiez requeryr, o cas que ceste eglise ne peult estre secourue par vostre moyen, et touchant cecy plus a plain en ay je escript à Mr. *de la Planche* pour vous en communiquer a vostre loysyr. Il est question de M. Pyerre *Nynauld* ministre à Tonnon.

3677.

BEZA CALVINO.

Relatio tumultus in Suburbio S. Marcelli exorti.

(Exstat ap. Bezam, ed. Genev. p. 262, Laus. p. 543, Hanov. p. 610, Chouet p. 359, Amst. p. 164. — Baum. II. App. 148.)

Accipe quid novi acciderit, ex quo postremas ad te dedi. Pridie natalis Domini discedens *Navarrena* Parisiensi ecclesiae me concessit ad triduum. Natali ipso quievimus. Postridie, copia nobis tum primum facta publice diebus festis concionandi, duas conciones habui frequentissimas, unam in D. Antonii, alteram in D. Marcelli suburbio, [1]) idque sine ulla prorsus specie tumultus. Interfuerunt ex omnibus civium ordinibus plurimi, et quidem inter caeteros D. *Andelotius*, qui me cum honestissimo et firmissimo comitatu per mediam urbem deduxit, obstupescentibus adversariis et summa cum bonorum gratulatione, quorum multitudine ita oppletos vicos conspexisses, ut numerus facile iniri non posset. Altero post die mane concionem tertiam habui, in qua multo etiam plures affuerunt quam unquam antea. A prandio itum est ad Marcelli suburbium, me quidem repugnante, quoniam praemoniti eramus sacrificos nescio quid moliri. Sed fieri aliter non potuit, quoniam sua sponte infinita turba eo confluebat, quam alioqui inimicis prodidissemus. Accessi a prandio. Aderat autem nobiscum ex Reginae mandato vigilum praefectus cum suis apparitoribus [2]) ita ut regia auctoritas ubique nobis praeiret. Concionatus est *Malotius*. [3]) Ecce igitur quum vix esset concionem auspicatus, coeperunt sacrifici in proximo atque adeo contiguo Medardi templo campanas suas omnes quam vehementissime pulsare, quasi suas quas vocant Vesperas cantaturi, ita ut *Malotius* audiri vix posset. [4]) Ibi ex nostris aliquis, nullius tamen iussu, illos adit, et blande rogat ut obstrependi finem faciant. [5]) Illi quasi occasionem nacti quam captabant, ut qui una cum aliquot sicariis ad hoc ipsum egregie sese comparassent, impetum in illum faciunt, et inermem conto traiiciunt, quem pertuisanam vocamus. Hoc scelus nostri simul atque conspexerunt, eo recta feruntur. Hostes et ipsi occurrunt, simulque ex turri templi et vicinis aedibus saxa et sudes, quasi signo dato, deiici coeperunt. Ad hunc tumultum, qui concionem audiebant, ingenti murmure exorto, statim provolant: omnia maximo tumultu miscentur. Interea nostri ad ipsas usque templi fores adversarios repellunt. Ego forte in cubiculo adstabam, quod ex uno latere locum ipsum ubi coactus erat coetus, ex altero plateam spectabat qua transeundum erat omnibus ad certamen properantibus. Conatus sum quantum potui et voce et manu mulieres et turbam confirmare: et *Malotius* ipse minime perturbatus, signo dato ut Psalmum decimum sextum caneremus, populum utcunque retinuit. Iam igitur paene composita erant omnia, quum repente sacrifici cum sua cohorte, quum sese et a vigilum praefecto et a nostris ita cernerent obsessos, ut evadendi spes non esset, campanarum pulsu, quem toxinum vocant, omnes ad arma convocant. Tum vero nostri conferri praecipites. Ego quum iam cernerem nullum esse remedio locum, in plateam accurro inermes procurrentes verbis et opposito ostio impedio, ne in periculum manifestum ruant: quod quidem ita commode mihi suggessit Dominus, ut magna pars turbae fuerit periculi ignara, et *Malotius* per dimidiam horam quasi rebus tranquillis perrexerit concionari, quamvis ille toxini sonitus auditorum animos subinde percelleret. Si qui interea prodibant, eis fiebat exeundi potestas, sed cum conditione, ut consisterent tantisper dum a nostris, si ita opus esset, evocarentur. Dum haec intus geruntur, nostri, praeeunte et iubente vigilum praefecto, impetu facto, templi fores cum repagulis summa vi perfringunt. Hostes balistis, ensibus, contis, saxis, et sudibus

---

3677. 1) *N.* 3642. *not.* 5.

2) *Hist. eccl.* I. 670: la Royne donna charge à Gabaston chevalier du guet et à d'autres encore d'y assister avec mainforte pour empescher les tumultes. — *Mém. de Condé* III. 543: Il y avoit en l'assemblee le Prevost des Marechaux Rougeoreille, commis de M. le gouverneur, pour la garde et seureté d'icelle et estoit accompagné de cinq ou six de ses archers. *Gabaston supervenit cum septem aut octo equitibus, ad campanae sonitum.*

3) *Jo. Malot, olim vicarius ad S. André des Arcs.* (*Hist. eccl.* I. 490.)

4) *Idem narrant Mém. de Castelnau* III. *c.* 5. *ed. Le Laboureur* I. 74 *et Bruslart in Mém. de Condé* I. 68.

5) *Quelqu'un de l'assemblée* nommé Pasquot, sans aucunes armes. (*Hist. eccl.* I. 671.)

(haec enim summo studio compararant) fortiter quidem se tueri, sed frustra. Nam accurrentes ad subsidium nostri suburbanos interea ita repulerant, ut eorum nulli postea apparuerint. Id unum igitur supererat, ut oppressi omnes obtruncarentur: sed, quod mirum est in tanto impetu, nemo interemptus,[6]) omnes, acceptis tamen aliquot vulneribus, in deditionem recepti, et praefecto vigilum traditi in manus. Inde in turrim templi perrectum est, ubi rursus effractis valvis omnes ad unum capti, qui toxinum pulsarant. Itaque plus valuit in mediis etiam armis regii praefecti autoritas, quam ira. Sed qui hostibus armatis pepercerant, idolis et panaceo illi Deo parcere non potuerunt: frustra reclamantibus, quibus ista non placebant. His peractis, absoluta concione, gratiis solennibus Deo actis, et admonitis omnibus ut moderatos se praeberent, si quid in itinere occurreret, ita reditum instituimus. Ita et suburbium et urbem totam sine ullo prorsus tumultu transivimus, et domum quisque rediit. Imo, quod magis mireris, captivi hostes triginta sex, ita ut erant fere omnes vulnerati, et in iis decem ad minimum sacrifici, funibus vincti, spectantibus et ne mutientibus quidem adversariis, non aliter transvecti sunt, et minoris Castelli,[7]) carceribus inclusi, quam olim nostri illi fratres in D. Iacobi vico deprehensi. Utinam vero nihil eiusmodi incidisset, ac tranquille potius Deum nobis colere liceret. Sed quando id nulla nostra culpa accidit, gratiae Deo agendae pro insigni victoria: quae, ut spero, barbaros istos et immanes Cyclopas docebit suis saltem, quod aiunt, sumptibus sapere. Postridie, id est, 28. huius mensis bene mane huc accurri, ut calumniis malevolorum occurrerem: et, quantum possum coniicere, non male res cedet. Missus est statim N.[8]) homo probus et a nobis non alienus, qui causa cognita in seditiosos ex edictorum formula animadvertat.[9]) Sed audi etiam alia. Heri eo ipso loco iterum concio habita est, sine ullo tumultu. Sed ecce vix digressa multitudine, quidam ad hoc comparati, in aedes vacuas quae illi plateae imminent, ignem iniiciunt. Nostri repente recurrentes, flammam exstinguunt, et frustra repugnantes incendiarios, vi ex suis aedibus extractos, evocatis lictoribus tradunt in carcerem deducendos. In eo conflictu feruntur aliquot ex hostibus interempti. Ex nostris duntaxat unus priore illo certamine trucidatus in ipso templi limine, aliquot sunt lapidibus vulnerati. Habes nostri status historiam: qui utinam minus esset turbulentus, aut mihi imposita non esset necessitas ista non audiendi tantum sed etiam aspiciendi, a quibus natura ipsa abhorreo. Precibus opus est, si quando alias, quoniam adversarios certum est omnia experturos, et firmitatem in multis requiro. Sed Deus procul dubio ecclesiam suam tam necessario tempore non deseret. Bene vale, mi pater, cum collegis et amicis omnibus. Dominus Iesus te incolumem servet et sanctis tuis laboribus magis ac magis benedicat. Ex Sangermano, 3. Calendas Ianuarii.

Tuus Beza.

---

6) *Bruslart l. l.:* Les Huguenots allerent en grand nombre en l'Eglise de S. Medard, laquelle ils pillerent, blesserent et navrerent iusques a mort plusieurs personnes paroissiens de ladite Eglise, et advint que un pauvre boulangier de la paroisse chargé de 12 enfans, voiant le massacre qu'ils faisoient, prit entre ses bras le ciboire ou estoit le precieux corps de nostre Seigneur, leur disant: Messieurs ne touchés là pour l'honneur de celuy qui repose en ce lieu. Lors un meschant luy donna un coup de pertuisane au travers du corps et plusieurs autres coups desquels il mourut à l'instant près le grand autel. Furent aussi tués deux autres personnes en ladite Eglise et plusieurs autres blessés et navrés. — *Castelnau l. c.:* il y eut plusieurs prestres blessez.

7) *le petit Chastelet.*

8) *Nomen ignoramus, nam huc non pertinent quae tradunt Mém. d. Condé III.* 295, *ubi de duobus d.* 30. *Dec. ad inquirendum missis autor loquitur, scil. Gayant pontificio et Fumée (Capnio) protestante.*

9) *De isto tumultu praeter iam laudatos adeas:* Responce aux Remonstrances faites contre les Placards attachez le 18. Avril 1562 en ce qu'elles touchent le faict et sedition de S. Medard (*Mém. de Condé* III. 291). *Languet* II. 189. Hist. veritable de la mutinerie tumulte et sedition faite par les Prebstres de S. Medard le samedy xxvii jour de Dec. MDLXI. (*Mém. de Condé* II. 541.)

3678.

HOLBRACUS CALVINO.

Negotia Francofurtensia. Varia de Zancho, Hotomano, Perrucello.

(Ex autographo Cod. Genevensis 196, fol. 250.)

Clarissimo pietate et eruditione viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori.

Genevae.

S. Optarem meliora de ecclesia Francofordiensi tibi iam me scribere posse. Caeterum quae ex literis *Arnoldi*[1]) et *Quercetani* nuper ad me missis intellexi summatim exponam. Fervor dissidii studio et diligentia *Arnoldi* magna ex parte restinctus est. Electus itaque[2]) communibus suffragiis et

---

3678. 1) *Banci.*
2) *N.* 3640.

senatui praesentatus ante tres septimanas suae fidei confessionem et explicationem a senatu rogatus exhibuit, et nisi obstitissent Germani ministri quorum sententiam audire voluit senatus supra *Arnoldi* confessione, iam pridem restituta esset ecclesiae libertas. Eo enim propendere videtur, etsi non maior, melior saltem pars senatorum. Interea vero, dum differunt Germani ministri suam dicere sententiam adversus nostros, tanquam omnis pietatis et religionis hostes, declamant et nihil non tentant quo in omnium invidiam adducere possint, et nisi Dominus senatus corda et mentes regat, metuendum est ne adversariorum impetu transversum abripiatur.

Nos hic [3]) in eodem prope versamur naufragio: si nostri semel obtineant quod tamdiu adversus *Zanchum* [4]) moliuntur, credi potest Satanam ea sui dispendia quae in Galliis patitur hic resarcire conari. Dominus illum compescat. Iam dies 16 agitur quum *Rambouilletus*, primogenitus domus inquam, a rege et consilio legatus missus ad principes Germaniae hac iter faciens *Hotomannum* secum ut collegam assumpsit. Legationis causam non plane, intellexi: coniicio tamen hoc primum esse legationis caput, ut ineatur ratio impediendi concilii Tridentini et ne ullus ex Gallia regis nomine eo mittatur. Profectus ecclesiarum per totam Galliam miro gaudio nos afficit. E multis locis eo vocor, inprimis ab ecclesia Parisiensi. Verum haec statio in qua nos Dominus constituit nullo modo deserenda videtur, nisi forte ipsius imperatoris nomine militiae iussu alius quispiam meo loco substituatur.

Non ignoras *Perrucellum* [5]) iam esse aulicum concionatorem et, ut ad me Lutetia scriptum est, intra paucos dies tantum promovit ut iam quasi semideus a multis habeatur. Tantum splendorem illi non invideo, quin potius spiritum humilitatis sinceritatis et mansuetudine* non fictae a Domino ipsi enixe precor. D. *Zanchus* profectionem, quam ante 3 septimanas ad *Brancium* [6]) susceperat, nondum absolvit. Audio illum Stocardia Tigurum ivisse. Valebis in Domino, vir clarissime, et patrem Domini nostri Iesu Christi pro nobis precator. Argentinae 31. Decembr. 1561.

Tuus Gulielmus Holbrachus.

---

3) *Argentorati.*
4) *Vide supra N.* 3391. 3404. 3432. *Ex eo tempore indies magis a Lutheranis impetitus, maxime quia sententiam suam de coena scripto tradiderat Delfinio legato. Autumno Sueviam et Helvetiam percurrit theologorum iudicio theses suas submittens, a quibus ut plurimum probatae sunt, vel ab ipso Brentio. Turici Martyr eum hospitio excepit.* (*Schmidt in Studien* 1859. *p.* 654. *Zanchi Epp. in Opp.* VIII. 117. 119. 121.)
5) *N.* 3652.
6) *Brentium.*

3679.

CALVINUS BEZAE.

Uxor Bezae iter ingressa est. Scholae prospiciendum. Responsio ad Balduinum. Ministri in Galliam mittendi. Duces Longaevillae et Nemorsi.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 206. — Simler. Vol. 102; Liebe pag. 79; Bretschneider p. 56; Baum p. 153; Vers. angl. IV. 242.)

A Monsr. et bien aimé frere Mr. de Besze.

Quia incertus sum an te in aula reperient meae literae antequam ad patrem profectus fueris, [1]) breviorem me facit haec dubitatio. Uxor tua die dominico [2]) iter suum ingressa est: quam diutius relinqui apud patrem vel Parisiis subsistere, minime expedit, ab urbe vestra [3]) cito solvere ipsa quoque optat. Parisiis forte libenter maneret: sed praestabit (crede mihi) prima occasione remitti, et tempus erit commodum mense Martio. Tua quoque interest, quum redibis, omnibus impedimentis solutum esse: quia transitus per Burgundiam non adeo tutus erit quin cavendae sint insidiae. Penultimae tuae, [4]) ut spes magnas dabant, mihi iucundissimae fuerunt. Ex postremis quoque non parum gaudii percepi: nisi quod meae querimoniae renovatus fuit dolor: quia tibi videbam causam fuisse vel tristitae vel sollicitudinis. Me quidem mox poenituerat, sed iam elapsae erant literae ex meis manibus. Nunc fecit tua offensio ut mihi magis displicuerim. Neque tamen est cur excuses tibi publicam scholae utilitatem fuisse curae: quando id non magis tibi cognitum est, quam mihi persuasum. Et mihi dolebat nos simul fuisse deceptos. [5]) Praecipue vero mihi indignabar, qui probe sciens et volens in fraudem incideram. Nunc videtur ad manendum esse compositus. Sed nobis decretum est non fidere. Nec enim vel abeundi consilium deposuit: nec de reditu quidquam vult promittere. Sed de hominis ingenio et actis plura coram. Recta interea factum fuerit, si quis opera *Merceri* successor nobis paratus sit. [6]) Nam ut hic, qui noster fuit, abitum differat, alter nobis opportunus erit, propter morbum *Sanraverii*, [7])

3679. 1) *Nescit adhuc Bezam non profectum fuisse.*
2) 28. *Dec.*
3) *Vezelay.*
4) *quas penultimas, quas postremas dicat, quum multae hoc tempore scriptae sint, accurate definire non possumus, quia quando singulae Genevam venerint nescimus. Videtur tamen hic ad N.* 3624. 3630 *alludere.*
5) *Quem hic innuat tu videas. Cevallerius abire volebat sed mutato consilio Genevae mansit.* (*Reg. du Cons.* 8. 11. *Dec.*)
6) *Cf. N.* 3659.
7) *N.* 3652.

quem etsi lethalem esse negant medici, diuturnum tamen fore coniicio. Gratum nobis erit, si quam primum adsit qui *Baduello* succedat. *Barmaeo* [8]) literarum quas ferebat exemplaria tradidi, quae tibi redderet. Describendum etiam curavi, quod *Balduino* responderam: ut inde statueres aliquidne temporis velles perdere, dum tibi paulo plus otii erit apud patrem. Venerunt huc Parisienses, qui ad *Passium* [9]) extrahendum missi fuerant: eorum rogatu Uxelodunenses [10]) hortabor ut eum dimittant. Ipse, ut audio, consilio nostro obtemperabit. Habent etiam literas quibus accersitur *Viretus.* [11]) Senatus permisit ut Lutetiae transeat: sic tamen ut eum aestate recuperet. Turonenses etiam vehementer contendunt de *Acanthio,* [12]) quem putant sibi fuisse addictum, quum a me rogatus fuit ut ad eos concederet. Et certe videntur Parisienses esse nimium cupidi.

Finem epistolae facturus ad te redeo. Prudenter tu quidem quod ultro, alienis consultationibus omissis, quae functionis nostrae propria sunt amplecteris utroque brachio. Sic tamen ab aliis curis abstineas velim, ut non modo scias quidquid geritur, sed ne te occultiora quoque lateant. Tuum enim est non tantum ubi peccatum sit vitia corrigere, sed occurrere multis malis. Quod te affirmas semper nostrum fore, de animo tuo non aliter existimat senatus, nec quidquam sinistrum suspicati sunt fratres: sed metuebant ne tu quoque liber esses. Itaque literis tuis auditis mirifice laetati sunt ac si quid novi allatum esset. Equidem, donec te recepero, videbor mihi nescio quomodo destitutus. Vale, optime et integerrime frater. Collegae nostri et amici te peramanter salutant: inter alios *Marchio,* qui triplici quartana adhuc laborat, citra periculum tamen, ut confidimus.

Dux *Longaevillae,* [13]) qui nos invisere ausus non est, donec Bernam profectus esset ad foedus renovandum, brevi [*se*] hic futurum scripsit. Cupiunt ipse et mater me initio Februarii Neocomum ducere, ut synodo intersim. Vix potero effugere, quia senatus non negabit. *Nemorsus* [14]) timorem simulat. Portae oppidi diligenter custodiuntur. Nuper *Sabaudus* iussit currus omnes et vehicula Cameracum adduci. Quorsum haec omnia nescimus. Iterum atque iterum vale, integerrime frater. Dominus tibi semper adsit, te regat et tueatur, laboresque tuos benedicat. Senatus noster tibi salutem dicit. *Normandio* nostro non scribo, quia nulla nova materia suppetit. Utinam citius expediatur quam ex eius literis colligo. Si poterit interea cum suis de paterna haereditate transigere, bene et utiliter sibi consulet. Unum omiseram. *Canayus,* abiecta legatione apud nos manere instituit, donec cum literis, quibuscum longum divortium fecit, redeat in gratiam. Alterum tamen suo loco mittit ad *Viretum.* Haec est mea brevitas de qua praefatus fueram. Pridie Calendas Ianuarii 1562. [15])

Carolus Passelius tuus.

8) *N.* 3662. 3671.
9) *Spifame.*
10) *Issoudun, ubi Spifamius ministerio functus est.* (*Bullet.* IX. 297 *ubi tamen vitiose* M. de Pani *scriptum est.*)
11) *Reg. du Conseil* 30. *Dec. ubi refertur Calvinum diuturniorem absentiam Vireti non probasse.*
12) *de l'Espine, qui post colloquium Possiacense primum in Fontenay-le-Comte, postea Rupellis ministerio functus est.*
13) *N.* 3670.
14) *N.* 3599. 3608.

15) *Anglus habet* 31. Nov. (*sic!*) *quod non vitio operarum tribuendum quum sequantur literae m. Dec. scriptae.*

3680.

GALLASIUS CALVINO.

Londinum relinquere meditatur et de successore ecclesiae prospexit.

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 189.)

A Monsieur Monsieur Despeville.

S. Ut reditus meus gratus fuit nostris, ita nunc de discessu in Galliam [1]) mentio ipsis molesta est. Turbulentis quidem et factiosis nihil optabilius quam ut cito abeam, atque ita suo arbitratu omnia gerere possint. Sed Dominum ita impediturum consilia ipsorum spero, ut gregem hunc conservet. Ego vero ante discessum meum omnem operam impendam qua ei in posterum consuli et provideri possit. Nactus sum hominem satis doctum atque ut arbitror cordatum quem substituam meo loco. Ei nomen est Adrianus *Sarravius,* [2]) Hedmi natus, qui et Belgicam et Flandricam linguam tenet. Iam aliquamdiu inter nostros versatus est, ita ut vitae suae testimonium habere possit. Atque iam piis

3680. 1) *Quidquid consilii eo tempore cepisse eum conieceris constat eum demum a.* 1563 *Londino valedixisse et anno sequente Aureliam se contulisse.*
2) *Postea inter concionatores Belgicos clarus et Guidonis de Bres collaborator in conscribenda confessione belgica* 1562. *Ipse de se scribit:* Ego me illius confessionis ex primis unum fuisse autoribus profiteor sicut et H. Modestus. Nescio an plures sint superstites. Illa primo fuit conscripta gallico sermone a G. de Bres *etc.* (*Ep. ad Uytenbog. d. d. Idib. Apr.* 1612 *in Praestant. vir. Epp. Amst.* 1684. *Ep.* 181.)

qui saniores sunt placere coepit. Mirum quantum hic nos torqueat quorumdam superbia et ambitio et quam violento impetu eruperit me absente. Sed irriti fuerunt conatus. Scis quam odiosa multis disciplina sit. Quamvis initia tantum eaque pusilla inter nos habeamus, tamen ob ea conflata est in me invidia ab iis qui nihil aliud quam se ipsos quaerunt. Sed eorum ructus et crepitus facile possum contemnere. De iis plura fortasse alias. Dominus te et symmystas diutissime incolumes ecclesiae suae conservet. Uxor mea et liberi te quam plurimum salutant. Londini pridie Calend. Ian. 1561.

Tui observantissimus
Nicolaus Gallasius.

3681.

CALVIN A L'ÉGLISE DE PARIS. [1])

Au sujet de David, moine défroqué et ancien prédicateur du roi de Navarre.

(Copie. Bibl. de Genève. Vol. 107ᵃ, fol. 352. — Bonnet II. 448.)

Treschers seigneurs et freres, nous avons entendu par maistre *David* present porteur, quil estoit icy venu suyvant vostre conseil et exhortation pour abolir les scandales qui sont procedans de luy. Et de faict a recognu quil ne sestoit pas porté comme il devoit, preschant en la maison du Roy de Navarre. Secondement quil avoit flechi devant le cardinal de *Lorraine*, quand il fut appellé par luy à Sainct Denis, desadvouant toutes fois ce qui luy estoit mis sus d'avoir promis [2]) de se revolter contre l'evangile. [3]) Tiercement, il a confessé quil sestoit mal porté et laschement estant prisonier a Lion, comme d'avoir esté à la Messe et navoir pas respondu en Chrestien des articles de foy quon luy avoit proposez. Sur ce nous luy avons mis en avant quelques faits dont nous avions esté advertis, desquels il s'est excusé en partie. Or nous voyans que la memoire des offenses estoit encore si fresche, et aussi que nous ne povions pas iuger de choses incongnues ou desquelles nous n'estions pas pleinement informez, luy avons declaré que nous ne povions pas luy donner approbation pour estre receu en office de pasteur, d'autant que ce seroit introduire mauvais exemple contre la sentence de Dieu. Mais sur tout craignans d'ouvrir la porte à beaucoup de murmures et schismes, luy avons conseillé de se retirer à l'Eglise de Paris a fin de se purger là devant toutes choses des crimes dont il est chargé. Car aussi c'eust esté temerité a nous d'en juger, veu que nous ne sommes par sur le lieu pour estre si pleinement accertenez que vous de la verité du fait. Sur quoy, seigneurs et freres.....

3682.

CALVIN A L'ÉGLISE DE LYON.

Refus d'un témoignage favorable pour Corbeil, ancien diacre de Morges.

(Copie. Bibl. de Genève. Vol. 107ᵃ. fol. 352 avec la suscription: *Loys Corbeil.* — Bonnet II. 449.)

Treschers seigneurs et freres, combien que maistre Loys *Corbeil* [1]) ne nous ait apporté nullus lettres de vous, toutesfois nous avons entendu dailleurs comme aussi par sa bouche que vous l'avies envoyé ici pour recognoistre ses fautes pas-

---

3681. 1) *Une main plus récente a écrit en marge:* Copie de deux lettres escrites a paris et a lion touchant David et d'une troisieme a lion touchant Loys Corbeil. *Mais il n'y en a qu'une seule pour Lyon qui va suivre. — Quant à David voici ce qu'en dit l'Hist. eccl.* I. 102: Environ l'an 1558, alors qu'on traitoit le mariage du Dauphin avec Marie Royne d'Escosse, aiant suivi à la cour le Roi et la Royne de Navarre, qui le faisoient prescher en habit de prestre sans surplis, les Cardinaux de Bourbon et de Lorraine feirent tant, qu'estant amorsé de l'esperance d'un gras benefice il promit de remettre ses maistres en l'eglise romaine. Cela estant parvenu aux aureilles du Roy il le chassa. Quoy voyant David eut son recours au Cardinal de Lorraine, duquel il obtint pour toute recompense une place de moine et pension à S. Denis, avec inionction de le faire vivre estroitement selon la discipline de l'ordre. Luy donc se sentant reduit en si pauvre estat feint se vouloir repentir, promet de faire merveilles, accuse le Cardinal de Lorraine d'avoir procuré la mort du Roy de Navarre et rentre aucunement en la bonne grace d'iceluy, taschant d'entrer mesmes au ministere, en quoy aiant donné beaucoup de peine aux gens de bien finalement se retrouvant à Orleans és premieres guerres civiles et mis en prison pour plusieurs detestables crimes, la mort le surprenant à la prison l'exempta du supplice qu'il avoit mérité. — *Dans ce texte les mots:* d'avoir procuré la mort du Roy, *ne peuvent signifier que:* médité; *car le Roi ne mourut qu'en Nov.* 1562 *des suites d'une blessure reçue au siége de Rouen. D'après les autres indications la présente lettre doit dater de* 1561 *et vraisemblablement de commencement de cette année.*

2) permis *Bt.*
3) contre les juges *Bt.*

3682. 1) *N.* 2199. 2210. 2214.

sees, afin d'estre employé au service de l'Eglise. Or s'estant presenté en nostre compagnie il a bien protesté qu'il ne se vouloit ingerer au ministere, sinon qu'il y fust introduit par bon ordre. Pareillement il nous a declaré qu'il s'accordoit en foy et en doctrine avec nous. Et de nostre part nous voudrions bien que rien n'empeschast qu'il ne fust mis en oeuvre. Car nous povons affermer en verité que nous l'aimons, et desirons son salut et son bien, mesmes que la memoire des offenses passees ne nous induiroit point à le reculer. Mais d'autant que pour s'excuser il nous a nié quelques choses qui nous estoyent cognues, et na pas rondement confessé le reste, nous n'y avons pas trouvé repentance qui nous peust ou deust contenter. Porquoy nous serions hypocrites et menteurs en luy donnant tesmoignage pour l'approuver a estre receu ministre de la Parole, iusqua ce quil ait appris de se mieulx cognoistre, et monstrer en sincerité que le mal luy desplait, n'ayant point honte de recongnoistre simplement en quoy il a failli sans rien desguiser. Ce que nous desirons d'une affection pure et fraternelle. Sur quoy... [2])

3683.

GRENEYUS CALVINO.

Quaerit quis et qualis sit Hispanus quidam qui Burdigalae ecclesiam suae gentis condere vult.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 148.)

Fido ecclesiae Genevensis pastori D. Calvino.
Genevae.

Quum nuper huius colloquii ministri Burdegalae convenissent, pater in Christo observandissime, obtulit se Hispanus quidam [1]) cuius literas ad te curo perferendas. Quia suspecta nobis est eius vita et vocatio, cuperem de eo a te aliquod testimonium elicere ne fraude eius aliqua circumveniamur. Vult enim, quantum coniicere possum, hic aliquam Hispanorum ecclesiam erigere. Utinam omnes prophetarent! nec enim praepostero Josuae zelo laboro. Sed quia ille apud vos aliquandiu commoratus est, ne quid detrimenti patiatur ecclesia, neve quid a nobis inconsulto actum videretur, hac epistola placuit ire obviam. Quapropter a te obnixe contendo ut me consilio tuo suffulcias et haesitanti in bivio manum porrigas. Proderit hoc vel maxime huic ecclesiae, in qua, Dei gratia, rima nulla hactenus schismaticis patuit, ex quo peracerbum nobis esset per incuriam hostes in gremium nostrum recepisse. Iam fatiscunt humeri in tam gravi provincia ministerii. Quo me vertam nescio nisi ad te, multum in Christo colende pater, qui et tenellam aetatem proceribus et doctis suspectam et spretam nosti, quum etiam mihi probe sim conscius mea inscitiae, quae paene facit ut pedem reflectam. Suppetias ergo fer, obsecro, consodalem mittens. Hoc ego non verbo sed intimo corde a te quam vehementissime flagito. Deus gratia sua ecclesiae gallicanae te servet diutissime incolumem. Inhiant enim omnes ad vestrum adventum. D. *Vireto* si placet salutem nomine nostro dices nec non etiam reliquis nostris in Christo patribus quibus prospera quaeque precor. [2])

Tuus ad omnia in Christo addictissimus
Philibertus Greneyus.

3684.

CALVINUS STANCARO.

Reprehendit eum quod Arianismi insimulaverit Melanchthonem. Si vero in Polonia Ariani exstiterint sentient ipsum hostem acerrimum.

(Ex apographo Cod. Paris. Dupuy Vol. 102, fol. 72.)

Eximiae eruditionis viro D. Francisco Stancaro
Mantuano S.

Si iam suo more Satan purum evangelii semen in Polonia coepit corrumpere suis zizaniis ac vitiare, nobis vehementer displicet. An vero in illis partibus pullulet Arriana haeresis nobis nondum innotuit. Neque enim fidem tuo testimonio habere humanum esset, quando non dubitasti Philippum *Melancthonem* publice gravare eius criminis infamia, quem et totus mundus cognovit ab impietate Arrii fuisse remotissimum, et nos idonei sumus testes. Literas enim habemus eius manu scriptas, ubi nobis

2) *Nous laissons cette lettre à la place que M. Bonnet lui a assignée bien que nous ne sachions pas ce qui a pu déterminer son opinion.*

3683. 1) *Suspicionem nobis suggerit quae alibi de Ant. del Corro legimus* (*N.* 3182 *not.*), *hunc h. l. notari.*

2) *Greneyus m. Dec.* 1560 *Burdigalam venit* (*N.* 3286). *Haec ergo ante a.* 1561 *scripta non est.*

privatim gratulatur de repressis *Serveti* blasphemiis, doctrinam in libro nostro comprehensam amplectitur, et addit ecclesiam saeculis omnibus gratitudinem nobis debere. Quid tibi in mentem venerit talem virum immerito tam atrociter proscindere, discutere nihil opus est, quia vident quoque pueri famam te captasse ex antagonista, dum pulchrum et decorum tibi fore existimas cum *Melancthone* confligere. Atqui te sic excaecavit ambitio ut non reputares in eius persona totum evangelium dedecore aspergi et impiis prostitui ad ludibrium. Si hoc non agnoscis, nunquam sapere incipies nisi tibi sis suspectus. Neque haec hostiliter scribimus, ac si velimus te deiectum esse et oppressum: quin potius optamus te in pristinum existimationis gradum restitui, ne laboris tui fructu careat ecclesia. Quod tamen fore non speramus donec mansuescas et sedata intemperie ad moderationem te componas. Si qui sunt apud vos Ariani praeter Georgium *Brandatam* * cui non peperimus, [1]) sentient nos esse erroris sui acerrimos hostes, quia simul ac detecta fuerit eorum impietas, eam silentio nostro non fovebimus. Tu vero in altera quaestione tibi temperes, nec indulgeas tuis cogitationibus, nec pertinaciter in hac contentione insistas. Vale, eximie vir et ornatissime. Deus tibi adsit, te gubernet. [2])

3685.

CALVIN A UNE ÉGLISE FRANÇAISE.

Il leur recommande un jeune ministre et saisit cette occasion de louer leur zèle religieux et de les exhorter à la constance dans la foi évangélique.

(Copie du 16e siècle. Bibliothèque de Genève MS. 107a, fol. 348. Au dos d'une ancienne main: *A certains fidelles.*)

La dilection de Dieu nostre pere et la grace de nostre Seigneur Jesus Christ soit tousiours sur vous par la communication du S. Esprit.

Honnorez Seigneurs et bien aimez freres, il vous plaira de nous excuser si nous n'avons si tost que nous eussions bien voulu satisfait a vostre sainct desir. Car nous n'avons pas tousiours gens en main propres et jdoines à telle charge: mais en la fin nous esperons que Dieu vous aura prouveu d'un homme qui s'acquitera fidelement de son devoir pour vous contenter. Vous le trouverez possible jeune en la face, mais nous esperons que Dieu lui donnera prudence et modestie, pour se porter en telle sorte que la parole qu'il vous portera ne soit en mespris pour son aage. Mais pource quil vault mieux que vous cognoissiez ce qui est en luy par experience, nous ne vous en ferons plus long propos. Ce que nous en avons dict a este a fin que ne fussiez degoustez de la pasture que vous devez recevoir par ses mains.

Du reste, treschers Seigneurs, nous avons à magnifier Dieu du bon zele et desir quil vous a donné de vous separer des superstitions et souilleures de la papauté et vous recueillir sous l'enseigne de son fils unique, à fin de profiter en son eschole. Car si nous avons besoing destre tout le cours de nostre vie enseignez en la doctrine de l'Evangile, encore quil n'y eust nulle contradiction pour nous desbaucher, la necessite est aujourdhuy d'autant plus grande que si nous ne appliquons sogneusement toutes les aydes que Dieu nous offre pour nous confermer en sa pure verité, le Diable a des moyens jnfinis pour nous desbaucher. Vous voyez comment le povre monde est plongé en horribles tenebres et quasi du tout abbruti en erreurs et jllusions mortelles. Il y a la violence et cruaulté des ennemis de la foy, qui pour se maintenir en leur tyrannie jnfernale font tous leurs efforts sans rien espargner pour distraire les enfans de Dieu du chemin de salut. Les caphars dautre costé corrompent et falsifient toute doctrine pour decevoir les simples. Plusieurs en telle confusion se desbordent en toute impieté, et effacent tant quil leur est possible toute religion et crainte de Dieu de leurs coeurs. Estans ainsi assaillis à droit et à gauche, si nous sommes nonchallans à nous bien munir, nous serons exposez à tout mal et ce sera un juste salaire de nostre nonchallance. Or noz armes sont comme sainct Paul nous advertit, le bouclier de la foy, le glaive de la parole, le heaume de salut, le halecret de justice et ce qu'il adiouste. Le tout revient a ce sommaire que nous serons jnvincibles contre tous les alarmes de Sathan et de ses supposts si nous luy resistons par vive foy de l'Evangile. Ce qui ne se peult faire sans nous exercer continuellement tant à lire qu'à ouir. Parquoy ne vous lassez à poursuyvre un bien si jnestimable et que vous ne soyez estonnez ni refroidis tant pour les menaces qui vous seront faites que pour les troubles et fascheries qu'on dressera a noz freres. Vous avez bien a vous tenir coyement et obvier

---

3684. 1) *lege*: pepercimus.

2) *Epistolam ex mera coniectura ad a.* 1561 *referimus, et quidem collatis plurimis aliis eiusdem anni* (*N.* 3332. 3347. 3348. 3564 *etc.*) *Melanchthonem iam mortuum fuisse satis aperte declarat. Calvinum ipsum autorem esse nihil cunctati nobis persuasimus, etsi in margine codicis aliquis dubium expressit scribens:* putarim esse Calvini.

tant aux embusches qu'a la rage des loups. Mais quand avec la prudence jl y aura une simplicité et constance de vous acquiter de vostre devoir, ne doutes pas que le fils de Dieu ne vous ait en sa protection, vous souvenans aussi de ce qu'il nous a declaire, que la vertu jnvincible luy est donnee pour garantir les siens qui se remettent du tout à luy. Et puis est bien raison s'il luy plaist nous eesprouver jusques là de nous apprester à estre affligez pour le tesmoignage de son Evangile, sachant qu'jl convertira le tout a nostre salut felicité et joye. Surquoy, treschers Seigneurs et freres, apres nous estre affectueusement recommandez a vous et a voz prieres, nous supplierons aussi nostre bon Dieu d'avoir sa main estendue pour vous conserver et vous augmenter en tous les dons de son Esprit et faire que son nom soit glorifié en vous jusques à la fin.

MDLXII.

3686.

HALLERUS BULLINGERO.

Castalionem nonnulli in scholam Lausannensem introduci cupiunt. Haeret ipse et Bullingeri consilium audire vult.

(Fragmentum autographon in Arch. Turic. olim Scrin. B. Tom. VIII. Epp. p. 3061, nunc Plut. VI. Vol. 115. Pars superior chartae cultro abscissa et finis quoque desideratur. — Simler. Vol. 103.)

— — — — — — — — — — — — — — — — —

— — Accedit vero in quo mature tuum consilium habere cupio. Utar autem illo bona fide, ut tibi metuere non debeas etsi libere dederis. Sunt in hac dissipatione scholae Lausannensis aliqui qui cupiunt *Castalionem* illuc introduci.[1]) Ego vero licet de illo nihil sciam, hoc tamen scio eum apud Genevates in summo esse odio. Quum ergo ministri fere omnes cum Genevatibus faciant, non habebit pacem inter illos, et ut sunt angusti pectoris, nolent una cum ipso servire ecclesiae. Itaque premor, hinc quidem metu horum malorum, illinc vero necessitate scholae retinendae. Vellem quidem Germanos illic constitui professores, et haberemus nos quoque quos illic constitueremus, sed nec nostris qui sunt illic cum Gallis convenire potest, et necessitas functionis illius, cui praeficiendus nunc est aliquis — — — — — —

3686. 1) *Inter quos Zerkintes qui iam initio a.* 1559 *de eo vocando cogitaverat* (*N.* 3023). *Cf. etiam N.* 2975. *Bonnet, Nouveaux récits* 154 *et in Bullet. T.* 23. *p.* 103; *Mähly p.* 68. *Offerebantur ei* 200 *fl.; domus cum horto, praeterea* 2 Säcke Mehl und 2 Fass Wein.

3687.

BERMEN A COLLADON.

Recommandation d'un ci-devant moine et d'une autre personne du Dauphiné, déjà élus ministres de deux églises nouvellement organisées et qui sont envoyés à Genève aux frais de celles-ci pour compléter leur instruction.[1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 109, fol. 99. — Bulletin XVIII. 530.)

A Monsieur Colladon ou a son absence a Monsieur Calvin, ministres de la parolle de Dieu.
a Geneve.

Salut par nostre Seigneur Iesuschrist.

Monsieur et frere, loccasion par laquelle vous escriptz la presente est que ce porteur nomme Michel *Malsang*, jadis jacopin, prechant en habit de moyne a Valdrome, village proche de la presente cite de Dye denvyron six lieues, inspire du sainct esprit delibera laisser lhabit de moynerie come despuys a faict a tant que ie me transpourtis au dit Valdrome por illec fonder esglise chrestienne cognoissant quil y avoit gentz craignantz dieu lesquelz despuys esleurent por leur ministre ledit *Malsang* come leur estant agreable et estanz famelicz de la parolle de Dieu de sorte que ledit *Malsang* sont huy[2]) huict jours en presence de trois ministres noz freres et de moy proposa aux fins destre receu

3687. 1) *Voyez Arnaud, hist. d. prot. du Dauphiné* I. 85. 88. *Au commencement du* 17*e Siècle il fut fondé à Die une académie protestante* (*Bullet.* III. 514. V. 179. *Arnaud, hist. de l'ac. prot. de Die P.* 1872).
2) *hodie.*

au ministere de la parolle de Dieu (apres ce que fort bon rapport fust faict par lassamblee de ses bonnes vie et conversation) Laquelle proposition faicte fust resolu quil allast estudier encores deux ou trois moys. Au moyen de quoy il sen va a ces fins la hault avec ung sien compagnon nome Gaspar *de la Mer*, natif de Cisteron demeurant pour pedagogue audit Dye bien modeste morigine et de mediocre scavoir tant en lettres divines que humaines qui pareilhement est esleu por ministre en lesglise de Chastilhon village proche du dict Dye de deux lieues. Lesquelles deux Esglises de Valdrome et de Chastilhon envoient a leurs despens estudier les dictz *Malsang* et *de la Mer* lesquelz (a ce que ie cognois et que mont promis) diligenteront grandement a leur estude. Parquoy vous prie en particullier come aussi generalement font ceulx desdictes eglises leur voulloir ayder et vous en prendre garde mesmes aux choses que concernent la correction et discipline scholastique. Puys quant leur scavoir pourtera destre receuz audict ministere vous plaira les fere presenter devant Messieurs et estre quilz seront receuz audict ministere les envoyer de par deca le chacun respectivement en son esglise et non alhieurs actendu ladicte ellection et quelles les entretienent (comme sus est dict) la hault a leurs despens. Joinct une aultre raison quelles sont si fameliques de la parolle de Dieu que rien plus, come asses le faict le demonstre. Et en ce faisant nous tous vous serons grandement redebvables et prierons nostre bon Dieu le vous rendre, vous priant de salluer noz freres en mon nom et de leur recommander les dictz *Malsang* et *de la Mer*, lesquelz vous pourront rappourter de la prosperite de nostre esglise et comme dernierement nous avons cellebre la cene. Ma feme vous sallue ensemble toute nostre chere Esglise nous recommandans a voz prieres et de toute vostre esglise et aultant en sera faict de nostre part. De Dye ce vj[e] de Janvrier 1562.

Le tout vostre frere et humble obeissant Guill[e]. Bermen, ministre de la parolle de Dieu a Dye.

3688.

BEZA CALVINO.

Res omnibus ex partibus ancipites. Ipse nescit cur diutius stare debeat ubi nihil effectum iri praevidet, aliis aperta inimicitia obstantibus, aliis etiam plus nocentibus falsa amicitia.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 58, coll. c. Cod. 119, fol. 77, Epp. Bern. VI. p. 974, et Simleri Vol. 103. Inscriptio desideratur. — Edidit Baum II. App. p. 155.)

S. Nunquam me magis vexatum memini quam superiore hebdomade. Tertio Calendas Ianuarii vix Lutetia reversus statim ad Meldenses excurri[1]) partim ut eos in officio continerem, partim ut cum synodo provinciali, quae nunc ibi convenit, rem maximi momenti communicarem. Quoniam enim iam pridem *Hispanus*[2]) non desinit nobis minari et nihil aeque remoratur nostram *αὐτοκράτορα*,[3]) quominus in nostras partes aperte inclinet, atque metus ne non satis firmi simus: idcirco visum est *Posidonio*[4]) palam admonendas ecclesias ut sedulo dispiciant quibus tum peditum, tum equitum copiis possint hoc regnum tueri adversus exteros, si religionis causa bellum forte nobis inferatur.[5]) Multa hic mihi et varia in mentem venerunt, quae nos dehortarentur, sed vicit *Posidonii* sententia, nec metuendae sunt calumniae, quum nihil clam et sine auspiciis geratur, quamvis illa nominari nolit. Et nisi me fallunt coniecturae puto illa omnia exterorum terriculamenta inania fore, si vel mediocri ali-

---

3688. 1) *N.* 3659.

2) *Languet* 11. *Dec.* (II. 186): In aula agitur ut stipendia restituantur praefectis germanicis quibus proxima aestate fuerunt adempta. Nescio an haec fiant metu Hispani qui dicitur recens suis numerasse stipendium. Sed tamen heri mihi est dictum in aula ab homine talium rerum non ignaro, posteriores regis Philippi literas ad nostros fuisse multo minus minaces quam eae quas hactenus scripserat. Quum nuper in regio consilio de iis rebus ageretur, quidam exardescens dixit: si ab Hispano bellum propter religionem moveatur, possum Regi certo promittere evangelicos ipsi suppeditaturos stipendium centum millium hominum ad integrum annum. *Idem* 10. *Ian.*: In Belgico et hic plerique existimant certo instare Gallis bellum ab Hispano rege. Consideravi statum illius aulae et diligenter interrogavi eos, qui inde veniunt, sed nihil tale adhuc suspicari possum. Multi dicunt etiam Guisios aliquid moliri, quod omnino credo esse falsum (!): nam omnes suas opes habent in regno Galliae, quas omnes posset ipsis eripere unus praeco missus a senatu Parisiensi.

3) *Catharinam reginam.*

4) *Coligny.*

5) *Hist. eccl.* I. 668: Un bruit qu'on faisoit courir que le Roy d'Espagne, le Pape et les Catholiques d'Alemagne avoient grandes intelligences en France et se preparoient pour empescher l'avancement de la religion. Ce qui esmeut la Royne de s'enquerir quelles pourroient estre les forces des Eglises reformees et de quel secours elles pourroient assister S. M. Et de faict, suivant son commandement qu'elle bailla sous main à l'Amiral, il fut escrit à toutes les provinces par les ministres et deputés des Eglises restans à Poissy, les exhortant d'envoyer par escrit signé les noms de toutes les Eglises faisant profession de la religion reformée, pour puis apres adviser la dessus ce qui seroit de faire. Suivant cette deliberation il se trouva 2150 Eglises signees et plus, au nom desquelles les susdits deputés presenterent au Roy une requeste, faisans grand instance d'avoir des temples et offrans tous services au Roy de leurs biens et personnes s'il en avoit besoin *etc.*

qua diligentia et fortitudine res domesticae administrentur. Formulam autem ita ut ex nostrorum consensu scipta est ad te mitto, ut quum deinceps consilio opus erit, habeas actionis huius fundamentum. Quod nisi simul captum esset consilium et manus operi admotae, fecissem, quod utinam fieri potuisset, id est de re tota ad te scripsissem et sententiam tuam essem percontatus, quam etiam rogo et obsecro ut ne nunc quidem scribere graveris. Sed ad reliqua venio. Interea dum invitus absum, secunda Ianuarii oblatus est ecclesiarum libellus, cuius exemplar ad te mitto, verbosum et incompositum ut mihi videtur,[6]) quod peccatum ut corrigerem confeci certos, quos vocant, articulos, quos heri plerisque obtulimus. Postridie *Cancellarius*[7]) orationem habuit, quae auditoribus valde satisfecit. In summa, causam nostram si non fortiter, certe, ut nobis renunciatum est, (nemo enim praeter proceres et eos qui sententiam dicturi sunt, interfuit) prudenter egit. Et ita esse inde colligo quod nostris hostibus supra modum displicuit. Eodem die huc redii. Ab eo tempore non destitimus omnes appellare et sedulo causam nostram agere. Cras incipient mitti in suffragia. Ego etsi non omnia, tamen bene spero, et quia non dubito quin vel minimus gradus libertatis, si publica autoritas accesserit, aditum nobis ad certam victoriam faciat, facile vel in mediocri statu acquiescam. Sed hoc valde me torquet quod de quorundam patientia plane despero, qui utinam sibi solis nocerent, quando ita illis placet. Exemplum unum recens proferam. Aquitani quibus adhuc omnia licuerunt, non contenti sua libertate, nisi vi omnes adversarios extruserint, oppidum quoddam quod Basas[8]) vocant, repente occupant, idola deiiciunt, sacrificos populantur, denique quid non? Hoc nudius tertius huc nunciatum gubernatoris literis ita omnes commovit, ut nihil incommodius potuerit accidere et statim *Condensis* expeditis equis sit iussus illis occurrere comparatis equitum et peditum copiis. Ipse vero a me contendit ut se sequerer.[9]) Hic tibi cogitandum relinquo quae me curae et molestiae circumsteterint. Neque enim hoc tempore deserere poteram ecclesias, et rursus periculosissimum erat, multis de causis, paucorum hominum voluntati tantam causam committere. Tandem igitur impetratum est, ut ad aliquot dies differatur ista expeditio. Puto autem fore ut paucis omnino diebus conventus iste absolvatur, cuius si forte infelix fuerit exitus, causa nimirum nulla erit, cur hic consenescam. Sin vero, quod spero, tolerabilem libertatem impetraverimus et princeps iterum operam meam requisierit, religio mihi fuerit hoc illi denegare, quod illis omnibus ecclesiis non utile modo sed etiam necessarium esse existimo. Iam enim ita sunt exacerbati animi, ut et duces utrinque sint comparati, et pecuniae colligendae ratio inita, et copiae etiam aliqua ex parte conscriptae, quae consilia non tantum vi et autoritate, sed etiam verbis coercenda satis intelligis. Sed priusquam proficiscamur, de rebus omnibus ad te scribam. Tumultus Parisiensis[10]) nondum apparet exitus, et incredibilis est hostium impudentia, quam nemo coercet. Sed patiendo saltem vincemus. Et hic quidem nunc est rerum nostrarum status. Literae tuae[11]) omnibus gratae fuerunt, sed *Navarrenae* inprimis, cui quum exhibuissem literarum exemplar, quod ad te remitto, nihil, inquit, opus erat excusatione ulla. Neque enim matris peccatum velim excusare, et rem totam satis teneo. Perlegit tamen et probavit.

Balduinus autem ipse nullo hic est loco neque numero. Quosdam tantum habet qui interdum

---

6) Requeste presentee au Roy par les Deputez de ceulx de la nouvelle religion, pour avoir des temples. (*Mém. de Condé* II. 575.)

7) *Languet d. d.* 10. *Ian.* (II. 188): Conventus qui erat indictus ad 20. Dec. reiectus est in init. huius mensis. Praecipua deliberatio est an nostris debeant concedi templa. Cancellarius (*de l'Hospital*) initio habuit luculentam orationem et graviter perstrinxit Cardinales et quosdam qui dixerant se posse armis nostros opprimere si hoc ipsis Rex permitteret. De Cardinalibus dixit, eos tantum admirari suam purpuram et eam pluris facere quam Deum aut religionem aut regni incolumitatem. Alios autem interrogavit an putarent se bene consulere Regi si interficerent eam partem subditorum eius quae sit innocentissima et regno utilissima *etc. Sommaire-Recueil de la Harangue du Roy et de M. le Chancelier en l'assemblée des Presidens et conseillers des Parlemens de France à S. Germain-en-Laye sur le faict de la Religion en Janvier* 1561 (62) *in Mém. de Condé* II. 606. *Beza tertium Ianuarii sistit citra omnem controversiam, Soldan* I. 563 *septimum, in Mém. de Condé et Thuano, ed. Bas.* III. 118 *decimus septimus indicatur qui potius fuit dies promulgati edicti.* (*Hist. des choses mém.* 1599. *p.* 145.)

8) *Hist. eccl.* I. 806: Ce mesme iour (7. Dec.) à Bazas où estoit envoyé ministre par un synode tenu à S. Foy un nommé du Pont il cuida advenir un grand scandale, ne voulant souffrir le vicaire de l'Evesque qu'il y entrast. Mais bon nombre de ceux de la religion y estant accourus des Eglises circonvoisines et l'entree estant surprise au despourveu, les chanoines n'y gagnerent rien et furent toutes les images abatues.

9) *Languet l. l.*: Scripsi antea apud Cadurcos crudeliter interfectos esse 42 qui religionis causa convenerant, et ob eam rem vicinos Vascones sumpsisse arma ut illam crudelitatem ulciscerentur. Eorum numerus adeo crevit ut dicantur esse in armis duodecim millia, et urbes occupare, imagines deiicere, sacerdotes male mulctare et regia mandata contemnere. Condaeus eo mittitur cum novem alis equitum et iubetur tantum peditum conscribere quantum satis esse indicabit ad eos compescendos. Ducit secum Bezam, sperans per eum posse persuaderi seditiosis ut arma deponerent. Nondum tamen est profectus Condaeus impeditus adversa valetudine, et hoc vespere audivi seditiosos resipiscere et arma deponere.

10) *Alludit ad turbas ad aedes S. Medardi ortas.*

11) *N.* 3662.

misero illi nescio quid de eo suggerant.[12]) Apologias[13]) de quibus scripsisti vehementer desidero. Sed illis frui non potero, si nobis fuerit in Aquitaniam currendum. Eram et ipse aliquid scripturus si vel minimum otii nactus essem. Mihi commodissimum videtur ut ei opponatur *Crispinus* potius quam alius quispiam.[14]) Mitto autem ad te quoddam his de rebus *Hotomani* scriptum quod *Crispino* licebit bona illius pace sibi vindicare. Tantum mutanda esset praefatio, et inserenda nonnulla, quae depromere poterit ex Commentariis sive Memoriis, ut vocant, quas una ad te mitto. Adiungenda etiam erit *Duäreni*[15]) epistola et *Contii*[16]) quaedam, quae simul accipies. Uxor utinam istic mansisset.[17]) Utinam etiam patrem invisere liceret. Sed haec caeteraque omnia sunt in Dei manu. *Normandius* una cum aliis multis hic nobiscum exspectat horum comitiorum exitum. Bene vale, mi pater. Dominus Iesus te servet una cum amicis et collegis omnibus, quos omnes velim ut meo nomine salutes.

Monsieur, je vous prie nommeement de vouloir presenter mes treshumbles recommandations a la bonne grace de noz treshonorez Seigneurs, lesquels je ne verrai iamais si tost que le desire de tout mon cueur.

Ex Sangermano vj. Ianuarii.

Tuus Beza.

Mercerus tardius respondet quam vellem.

Monsieur de Brie m'a de rechef adverty deux ou troys foys que vous preniez garde a ce soldat, nommé Ferrand dont il vous a advertys, et a la garde des portes, sur tout durant les sermons et n'en parle point par cueur. Car il asseure avoir ouy et veu luymesmes de quoi. Tu pro tua prudentia de istis dispicies.

Cognetius adhuc hic haeret. Sed intra paucos dies dimittetur et quidem bonis, ut spero, conditionibus.

---

12) *De la Place p.* 193: Il avoit soufflé aux aureilles du roy de Navarre qu'il avoit trouvé un bon moyen pour recouvrer son royaume, produisant des coppies de quelques vieilles chartres par lesquelles il l'avoit mis en bien grande esperance dudict recouvrement.

13) *Appendices ad Responsionem ad Balduinum.*

14) *N.* 3662.

15) Duareni I.C. ad alterum quendam Iurisconsultum Ep. de Fr. Balduino.

16) Ant. Contii (*Le Conte prof. Biturig.*) I.C. Admonitio de falsis Constantini legibus ad quendam qui se hoc tempore I.C. christianum profitetur.

17) *N.* 3679 *ubi etiam de Normandio et Mercero.*

3689.

BLAURERUS CALVINO.

Quum dudum nihil ab eo literarum acceperit recitat quasnam ipse nuper scripsit, tum rogat ut de Galliae statu certior fiat, narrat Quinquepagicos Tridentum misisse suos theologos et quid Zanchus in Germania egerit frustra concordiam thesibus editis restaurare conatus.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 152.)

Praestantissimo pietate doctrinaque viro D. Iohanni Calvino, fratri suo tam colendo quam longe carissimo.

Genevae.

S. in solida salute nostro Christo, qui tibi ex pleno gratia et veritate cornucopiae suo omnes bonas felicitates longissime perpetuoque fundat, mi omnium longe mihi colendissime carissimeque *Calvine*, omnibus animi mei votis tibi opto, ne praeter vulgo receptum morem anni huius initio non faustis ominationibus te salutem. Scripsi ad te pridem per nostrum *Linerum* qui rediens nullas tuas attulit. Deinde xi Decembr. pro Ioachimo *Hertero*[1]) commendatitias ad te dabam, mentionem faciens tuorum in Danielem commentariorum, quos *Linerum* ut nunc mihi afferat valde quam obnixe rogavi, simul etiam si quid forte praeterea tua nobis fructuosa foecunditas interim peperit.

De Galliae rebus a D. *Martyris* reditu ne gry quidem accepimus. Fac igitur ecquid *Beza* noster promoveat, quisve sit illic evangelii Christi progressus, quam primum resciscamus. Mire namque hic variant incerti isti ultro citroque iactitati rumores, dum singuli quod verum esse cupiunt pro certo affirmant atque divulgant, ut in tanta mendaciorum licentia malim de iis nihil quam incerta credere.

Quinquepagici nostri cum Soloduranis et Friburgensibus theologos suos quos multos et eximios habent scilicet, Tridentum[2]) mittunt, sacrosancto se

---

3689. 1) *Vide N.* 3641.

2) *Concilium d.* 15. *Ian.* 1562 *a Pio IV. instauratum fuit. Ruchat* VI. 477: L'évêque de Come, légat du pape, avoit obtenu des cantons catholiques qu'ils ordonneroient à leurs prélats de choisir un d'entre eux pour aller au concile au nom de tous. Ceux-ci, réunis le 6. Janvier à Wyl, ne purent s'accorder. Assemblés de nouveau à Rapperschwyl le 27 ils choisirent Ioach. Eichhorn abbé d'Einsiedlen, et lui adjoignirent le chancelier de S. Gall. Ces cantons avec Fribourg, Soleure et les catholiques de Glaris promirent au nonce, mais de bouche seulement, qu'ils accepteroient tout ce qui seroit conclu dans le synode et qui pourroit servir à la paix de l'Eglise et à l'unité de la foi.

concilio humiliter submittentes, quod ut Abbacellenses confoederati quoque facerent multis persuadere conati sunt, sed frustra: ii enim rustica simplicitate constanter responderunt: nihil sibi rei esse cum concilio etc.

Hiero. *Zanchi*,[3]) insignis theologi et Argentoratensis scholae professoris, theses ad te mitto, per Dominum te obsecrans ut eas legere ne pigeat, itidem si quid forte in illis desideres in marginibus annotes ac per *Linerum* nostrum remittas. Qui primarii sunt ecclesiae Argentoratensis ministri acriter cum *Zancho* contendunt et diversam defendunt sententiam quum Marpurgensium, Heidelbergensium, Basiliensium academiarum professores illi magna consensione subscripserint cum Tigurinensibus. Fuit etiam cum *Brentio* Stuttgardiae, multum obsecrans ut quid de thesibus istis sentiret libere diceret. Ille vero, ubi primum intellexit D. *Marpachio* Argentoratensis ecclesiae antistiti ista displicere, noluit quidquam pronunciare, quum iam ante in suis scriptis suam sententiam satis declararit. Sed ita transversum rapimur malesanis istis affectibus plerique, ut etiam cum veritatis iactura eorum amicitiam, qui nobis insolentia dogmata tradentibus assentiuntur, retinere modis omnibus velimus. Precemur Dominum Iesum Christum ut sponsam suam clementer respiciat et in sincera purioris christianismi simplicitate usque conservet. In quo bene simul et aeternum vale, ac meam hanc senectutem ut magis atque magis secundum interiorem hominem reiuvenescat fidelibus tuis et fide flagrantibus votis frater adiuva. Iterum vale. Vitoduri [4]) Anno 1562. 8. Ianuarii.

T. Ambr. Bl.

3) *Cf. N.* 3678.

4) *Mense Septembri* 1559 *relictis Bielis Vitodurum se contulerat privatim acturus, et munus ecclesiasticum sibi oblatum vergente a.* 1561 *detrectavit.*

3690.

BULLINGERUS HALLERO.

Enixe rogat ut ne Castalio Bernam vocetur, homo suspectus, novaturiens et Genevensibus ingratus.

(Ex apographo amanuensis Hottingeri in Cod. Turic. F. 46 olim Epp. XI. fol. 600. — Simler. Vol. 103.)

S. D. Quid dicam, carissime frater? Manibus, pedibus, et totus quantus sum renitor, dissuadeo et dehortor ne recipiatis *Castalionem*, [1]) non tantum quod ingratus sit Genevensibus et inde exspectanda sint vobis perpetua bella, sed quod *Castalio*, etsi non indoctus sit, videatur tamen optimis quibusque plenus opinionibus peregrinis, quas effusurus sit si quando opportunitatem fuerit nactus. Dicitur praeterea facere cum omnibus novatoribus et turbatoribus qui Basileam veniunt, illac transeunt. Norunt ipsum et commendant omnes peregrinarum quaestionum studiosi. Quid vis, mi *Hallere?* Cave, cave, cave. *Jr sind, ob Gott wil, nitt vskommen, das ir an das liebloss mänly gebunden syind.* Non dubito quin viri cordati apud Basileenses istius praesentia carere possint et forte aliis suadeant ut vocetur. *Müssend dann ir St. Bernhardts fusswasser vstrinken, so gsegne üch Gott den häher.* Nuper apud nos fuit Tiguri: imprudentes eum excepimus convivio. Postea plurima fidi mihi de eo retulere quae si scivissem prius nunquam convivio per me fuisset exceptus. Quod autem polliceris, te hic fidum futurum, praestes mihi obsecro, pro tua singulari fide. *Dann ich gern mitt sömlichen Lüten vnverworren vnd vngezangget bin.* Proin discinde hanc chartam. Vereor et ego ne synodus, si procedat, plus turbarum quam pacis sit paritura et forte apud adversarios multum animi. Dominus sit tecum.

3691.

VERMILIUS BULLINGERO.

Iudicium de Castalione.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 106, olim Scrin. B. Epp. Tom. II, fol. 908. — Simler. Vol. 103. — Proprie non epistola est quum Martyr in eadem urbe degens ac Bullingerus talem scribere opus non haberet: schedam potius dixeris huic traditam ut collegae sententiam suae ipsius adderet Hallero mittendam.)

Mihi quemadmodum tibi, clarissime compater, videtur ut quantum fieri potest a commercio talium virorum abstineatur.

Basileae res non parum turbavit neque disputando tueri potuit dogmata quae profitebatur.

Deinde, ut ipse dixisti, si doceat Losannae, dissidium inter Bernates et Genevates vehementer recrudescet.

At si evitari non potest quin recipiatur confessio ab eo exigenda est clara perspicua et aperta,

3690. 1) *Cf. N.* 3686.

praesertim de iis capitibus quorum suspicione laborat. Primum legantur eius annotationes in caput IX ad Romanos, quas Basileenses expungi voluerunt, nec in libris posthac vendendis passi sunt inseri.[1] Ibi statuit omnes homines praedestinatos esse ad aeternam vitam. Vult item multa fieri contra Dei praedestinationem. Plus aequo tribuit libero arbitrio. Haec omnia quum ibi tum alibi diligenter expendantur in eius annotationibus.

In Ep. ad Corinthios posteriorem Cap. X.[2] ita fidem et religionem liberam facit ut videatur nolle quidquam poenae in haereticos posse statui. De iustificatione per fidem solam dicitur non recte sentire.

Praedicatur etiam docere eam perfectionem in hac vita obtineri ut operibus legi Dei satisfaciamus.[3]

3692.

CALVIN A MOREL.

Response a trois questions qu'avoit proposees M. de Colonge au nom des freres qui s'estoyent assembles a Gien: Si les ministres peuvent prester argent à profit: si le consistoire peut demander le serment des personnes: si ceus qui ont office civil peuvent estre du consistoire.

(Bibl. de Genève. Vol. 145, fol. 150 avec la suscription qu'on vient de lire. Bonnet II. 451. Traduction anglaise IV. 252.)

Monsieur et bien aime frere, ieusse este possible plus diligent a vous respondre sur les trois points dont vous m'aviez demande mon opinion, neust este le scrupule que ie fay de toucher a une matiere si chatouilleuse quest celle qui est contenue en voz lettres: a savoir si les ministres peuvent bailler argent a profit. Car de condamner simplement une telle facon de prester, il y auroit une trop grande rigueur et qui pourroit engendrer beaucoup de repliques. De fait, ie noseroye pas affermer quil ne soit licite. Mais dautre part quand ie regarde a combien de calomnies et scandales cela est suiet, et aussi que plusieurs estendent quelque condition moderee pour se dispenser plus quil ne leur est permis, ie mabstiendroye volontiers de respondre sur ceste question. Le plus seur et expedient seroit de ne point entrer en telles pratiques ou contracts: Et ce nest point sans cause que Ieremie proteste que les debats quil soustenoit ne venoyent point davoir presté ny emprunté. Ainsi quand un ministre se passera de faire tel profit, ce sera bien le meilleur. Mais pource que cela est plus supportable que de marchander ou mener quelque train dont il soit distrait de son office, ie ne voy point pourquoy le fait doive estre condamne en general. Mais cependant ie vouldroye bien quon y gardast telle moderation que ce ne fust point pour en tirer profit certain: mais quon se contentast en baillant son argent a quelque marchant homme de bien, de se rapporter a sa foy et loyaute a ce quil en fist profit equitable, selon que Dieu feroit prosperer son labeur.

Touchant de prester serment au Consistoire, il est bon dy proceder prudemment afin dobvier a toutes detractions et murmures. On pourra bien sommer et adiurer les gens, leur mettant Dieu devant les yeux avec son iugement, dautant quil preside en telle compagnie: mais il se faut soigneusement garder de toute formalite qui ait espece de jurisdiction ou qui en approche.

Sur le dernier jl me semble quon ne doit faire nulle difficulte dadmettre au Consistoire gens de justice et chefs de police, moyennant quils ny soyent point en qualité de magistrat. Mais que tousiours la discretion soit observee entre les deux charges et estats. D'exclure ceux qui sont au gouvernement civil, quils ne soyent aussi bien superintendens au regime spirituel, il me semble que ce seroit contre toute raison. Le tout est, quand ils seront eleus comme idoines a tel office, qu'ils ne meslent point avec la puissance du glaive ce qui en doit estre distingué.

Voyla en somme ce que Dieu ma donné sur les trois questions: à quoy nos freres se sont tous accordez. Car iay bien voulu ensuivre leur advis, a fin que la resolution ne vinst point de moy seul. Sur quoy etc. Ce 10. janvier 1562.

3693.

BEZA CALVINO.

Conventus huc usque bene processit. Ipse aegrotus aulae valedixit et fortassis in Aquitaniam proficiscetur. Uxor nondum advenit.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 60 coll. c. Cod. 119, fol. 75, Epp. Bern. VI. p. 980, et Simleri Vol. 108. — Edidit Baum II. App. p. 158.)

3691. 1) *N.* 1985.
2) *ad calcem Bibliorum latinorum.*
3) *Cf. Hottinger H. E.* VIII. 876.

A Monsr. Monsr. D'espeville
a Villefranche.

S. Rogo ut literarum brevitatem excuses. Scripsi haec ad te decumbens ex catarrho mihi iam non tantum familiari sed etiam contubernali. [Accessit [1]) tantus renum ardor ut et guttur sit exulceratum, et urinae meatus, quod posterius malum, propter pudorem, quum ad aliquot dies celarim, nunc vereor ne eo sit redactum, ut vocandus sit chirurgus.] Haec igitur meae nunc est conditio, quamvis meo more meliora sperem. Discessi ex aula invitus, nona huius mensis, ita urgentibus proceribus nostris, ut vix satis spatii haberem induendis ocreis. Postridie subsequuturus erat *Princeps*, [2]) qui tamen nondum venit, neque ut audio, veniet, nisi dimisso conventu. Hoc vero mihi gratissimum est, quoniam nihil magis metuebam quam ne absente *Principe* inimici quidvis auderent, et ideo cupiebam omnino, ut ad exitum colloquii permaneret, quod factum video et gaudeo. Interea video illos texisse, quod non frustra coniicio, metuisse nimirum, ne mea praesentia adversarios exacerbaret. Utcunque sit mihi non defuit animus praestandi officii ad finem usque. Et mihi in eo quoque prospexit Dominus, quod hic morbus in urbe potius me occupavit quam in aula, ubi plane mihi pereundum fuisset. Quod autem ad rem ipsam attinet omnia adhuc egregie nobis in conventu successerunt. [3]) Ex 26. suffragiis 15. nobis templa, 7 loca vel publica vel privata cum regis conniventia decernunt. Reliqua quatuor contra nos faciunt. Supersunt 22. quorum etiam multo maiorem partem non immerito speramus nostram fore. Sed interea, quoniam nobis est cum hominibus negotium et iis quidem versutissimis, in uno Deo confidimus. Nisi *Regina* sententiam mutarit et morbus impedierit, *Principem* sequar in Aquitaniam, ubi vix credas quanta sit nostrorum intemperies, quasi cum hostibus velint impatientia certare. Si scribatur in nostram sententiam edictum, plane existimo hostes extrema tentaturos. Itaque preces multo magis etiam intendetis, quam unquam antea. Coenae celebrationem hic distulimus in comitiorum exitum. Agitur nunc in Senatu de causa St. Medardi, qua de re copiose nuper ad te scripsi, ut testis oculatus. Incredibilis est hostium audacia et impudentia. [4]) Sed tamen scio non effecturos quod volunt. Neque nobis novum est iniuriam pati.

Uxor nondum venit et diutius, ut spero, apud patrem manebit, quam ut illam videre possim, nisi mutato de Aquitania consilio et recuperata valetudine. Deus mihi tribuat quod unice opto, ut brevi mea apud patrem pietate defungar, quum extremum sit in mora periculum. De *Balduino* misi ad te quae mihi visa sunt peropportune ab *Hotomano* missa, quibus *Crispinus* utatur. Nunc rursus ad te alia mitto quae hodie ab eodem accepi. Denique, ut tandem absolvam, si fieri potest ut minister aliquis Britannis istic concedatur, multis probis et integris hominibus gratissimum feceris. Sed non urgeo et rogatus rogo. Video me contra exspectationem pro brevibus longas scripsisse et sane quum ad te scribo, nihil doloris sentio. Bene vale, mi pater, cum collegis et amicis omnibus. Dominus Iesus tibi magis ac magis benedicat et ecclesiam suam respiciat. Lutetiae 12. Ianuarii 1562.

Tuus Beza.

[Ubi *Crispinus* usus fuerit *Hotomani* literis, cura, obsecro conscindendas.]

3693. 1) *Besa cancellavit.*
2) *in Occitaniam profecturus* (N. 3688, *not.* 9.)
3) *scil. in deliberatione de singulis articulis edicti d.* 17. *Ian. promulgandi.*
4) *Supplicio affecti sunt, praeter duos alios, Gabaston, chevalier du guet et Nez-d'Argent, qui tamen non nisi officio suo functi erant.* Desjardins lieutenant criminel de robbe courte et Rouge-oreille prevost de la Connestablie à grand peine peurent eschapper (*Hist. eccl.* I. 674).

3694.

FARELLUS CALVINO.

Vapinci retinetur flagitantibus fratribus, Neocomum sibi redeundum credit, consilium amici sibi expetit in tali discrimine. Porro exponit quatenus decimarum et aliorum censuum ecclesiasticorum redemptoribus cum pontificiis agere permiserit. Notat Gropedium monachum.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 144, coll. c. Cod. 116, fol. 67. Epp. Bern. VI. 889 et Simleri Vol. 99.)

Christi praestantissimo servo Ioanni Calvino pastori ecclesiae Genevensis fratri et symmystae valde observando.

Genevae.

S. Nunquam magis pressus fui quam nunc hos deserere, ut res se habent, nec retineri possum. Fratres me vocantes, [1]) quorum suffragiis huc veni, et tam caram ecclesiam, imo totam ditionem quo-

3694. 1) *Vide tamen sequentem.*

modo praeterire possum, quin audiam? Praeterea unus princeps, ne praeteream matrem [2]) et synodum tam necessariam, me adigere merito debet, ut adcurram. Tu unus me expedire potes, si aliquem huc miseris, [3]) qui hic initia nascentis ecclesiae prosequatur et absolvat, et si non perpetuo hic haerere possit, saltem tam diu, donec ego revertar, aut alius magis idoneus inveniri possit. Arbitror te ad synodum vocandum a principe, quod spero non te detrectaturum. Et si id non fieret, te obtestatum velim per Christum Dominum et nostram in evangelio amicitiam, si hinc expediri tam cito non possim, ut prospicias tum in synodo, tum in omnibus, ut optime sit consultum ecclesiae. Interea te rogo, ne graveris mentem tuam aperire, quid sentias mihi agendum.

Miror collegam acceptasse conditionem Castroduni, [4]) priusquam ego reverterer. *Maturinus*, [5]) qui solus id scripsit, Senones petit. *Sorelus* nondum sex menses absolvit, quem audio electum esse, quod mihi valde placet. Vale cum piis tum collegis, tum aliis omnibus. Valde gratum fuit editas esse tam sanctas constitutiones istius urbis. [6]) Dominus Iesus te servet et istam ecclesiam. Vapinci 11. Ianuarii 1562.

Tuus totus Farellus.

Qui causas agunt sacrificulorum rogarunt, bonane conscientia id possent. Etsi opto omnes prorsus nihil commune habere cum impiis neque illis adesse in hoc, ut in sua alantur impietate, tamen ubi agitur de dominiis, censibus et aliis id genus, non adeo damnavi quin agere possint. Sed ubi agitur de iis quae pro salute animarum, ut anniversariis missis et id genus, quum haec impie petantur et inique, dixi iniquam causam a sciente agi non posse bona conscientia. Redemptores prioratuum et decimarum, qui omnia quae sunt episcopi exigunt, quamvis optem aliis occupari et non immisceri tam impie partis, [7]) tamen quia licet triticum ab illis emere, ubi nihil fit eiusmodi emptione unde detur occasio impie agendi, non ita damnavi si quis praedia, decimas et census conducat: sed ubi numeranda est pecunia pro missis et id genus pecuniae exigitur pro sigillo et dispensatione super coniugiis tum clandestinis tum tempore a pontifice prohibito, pro absolutione et id genus, quia impia sunt dixi fugienda. Hoc tamen addidi, hic me velle alios audire teque consulere et optare ut synodo iusta haec inquirerentur et discuterentur. Et saepius quaesivi ad te scribere et non licuit.

Gropedius, qui hic docuit magno applausu et secum dispensavit ut monachus cum monachis ageret et missam tandem faceret, omnia probavit, imo severius arguit eos qui haerebant super dispensationibus et omnis ratio et scriptura fuit: regem permittere, quasi quidquid rex permittat Deo probetur. Is nebulo Lausannae agit donatus stipendio trium ▽, [8]) ut audio, singulis mensibus. Qui pocula hic amant et ventrem, expetunt hominem, nec dubito quin facile obtineant, si vel pedem movero. Tu hoc nobis dabis ut per aliquem tuam scribas sententiam. Non mihi tantum sed aliis quoque facies rem gratam. Satis nobis deberent sufficere binae illae ad miserum meum praeceptorem literae: sed mande [9]) nobis magis oportet ut sancte consulamus nos rogantibus.

2) *Marchionissam de Rothelin, matrem ducis de Longueville.*
3) *Missus est Io. Blanchard, quando vero, non constat. Farellus prid. Non. Mart. praesidebat synodo in Montelimart, nimirum Genevam rediens.* (*Arnaud, Prot. du Dauphiné* I. 93.)
4) *sic autographon. Caeteri variant. Est oppidum Chateaudun, quo tamen Libertetus non ivit, verum Viennam.*
5) *Cf. sequentem* (*not.* 6).
6) *Ordonnances ecclésiastiques.* (*Reg. du Cons.* 11. *Nov. seqq.*)
7) *sic autographon. Caeteri legerunt:* impiis pactis.
8) *coronatorum* (*écus*).
9) *sic!*

3695.

FAREL AUX MINISTRES DE NEUCHATEL.

Il est encore à Gap, et reviendra quand on le demandera. Il veut qu'on insiste auprès du prince pour faire justice des prêtres et pense qu'on devrait tâcher de le remplacer provisoirement par un Genevois.

(Bibliothèque de Neuchâtel. — A. N. 40. Imprimée à la suite du Vray usage de la croix, éd. Fick. 1865, p. 310.)

A mes treschairs freres de la Ste. assemblee de Neufchastel

a Neufchastel.

La grace du Seigneur vous soit donnee.

Mes treschers freres. I'ay esté fort ioyeus d'entendre la venue tant desiree de Monseigneur nostre Prince et de Madame. [1]) Et de ce que toute la cour qu'ilz ont est fort crestienne. Et de ce qu'on a propousé de pourveoyr à Cressi et au Lan-

3695. 1) *N.* 3591. 3670. 3679.

deron [2]) de ministres: ce qu'on n'avoyt peu obtenir. Et aussi du Synode, qui est tant necessaire. Ie desires fort que non seullement on prechat à ces deux lieus, mais que Monseigneur (comme Prince chrestien) feist fere le proces des prebstres, qui tant longuement ont (comme detestables ennemis de Dieu) batalhié contre la maiesté divinne. Et quelque sentence qu'a esté balhiee contre eux et leur idollatrie, et quelque confession quil ayt faict à part, et publicquement, en aprenant la doctrine de lEvvangille, neanmoingz ilz n'ont iamays cessé de blasfemer et renverser Iesu Christ, sa mort et passion, le sainct Evvangille et la foy chrestienne, plus que aucungz sourciers et nigromentz, et toutz telz personages, desquelz on faict punition exemplaire, sellon tout droict. Et quant est envers les hommes ce sont pourtés murdriers et brigantz, voire des ames qui est plus que le corps, et des larrecins, il ne le fault dire, car ilz surpassent tout, veu qu'ilz ont desraubé ce que les pouvres gentz n'auoyent pas, le faisant emprunter des aultres, pour leur desrauber. Pourtant de ma part, comme i'en ey demandé iustice tant de foys, ie vous prie toutz, que vous en demandies iustice, comme instament ie la demande. Et ie croys que nostre Seigneur a donné tant de grace a Monseigneur qui ne vous esconduyra poinct, qu'il n'en face fere bonne iustice, car telz miserables personaiges nont excuze aucunne, ne d'ignorance ne de chose aucune qui les puysse relever. Quant au sinode, ie vous prie que vous taches envers Monseigneur que nostre frere *Calvin* y soyt appellé: [3]) et pence que facillement l'obtiendres, et par ce moyen poures plus facillement obtenir tout ce qui sera expediant pour le sainct ministere, la discipline de lEglise et tout ce qui fault, et que nostre Seigneur face par sa grace. Quand à moy, si vous demandes [4]) que ie y soye present, devant Dieu ie vous testifie, qu'il ny a chose que ie desire tant, et n'y a presse qui m'eyt tant angoysé que celle que ie sens en recepvant les letres envoyees à vostre nom de toutz: et voyant l'estat de ceste Eyglise, s'il y a personne sur la terre que ie desire veoyr, c'est Monseigneur nostre Prince, desirant tant luy fere la reverance, et ce que i'ey desiré envers toutz nous inciter à de plus en plus servir à Iesu Christ. Ie ne parle de Madame, laquelle ay veu en telle presse, quand elle ouyt la prinse de Monsieur, lequel par la grace de Dieu elle veoid deslivré non seullement d'unne telle captivité, mais d'une plus grande sans comparayson, de la tiranie papalle, et estre à une liberté que plus grande ne se peult demander. Et quant à vous, mes freres, vous saves combien i'estimes vostre advis sans lequel en ce sainct ministere n'ay rien de faict, et ne veus fere. Et vous scaves en quelle extime i'ey heu et ey de present comme Dieu scait, lEyglise que Dieu m'a comise, et toutes celles du pays. Mais ie veoy la necessité de ceste Eyglise et cella qui depend d'ycelle que ie ne puys (si ie ne veus batalhier contre Dieu, et de tout contrevenir à ma consience et trahir lEvvangille) l'abandonner et laiser qu'il n'y soyt pourveu voyre d'home, autre que moy, et plus puyssant en tout. Je en ay escript à nostre frere *Calvin*, [5]) desirant pour aucun temps iusques à ce que ie puysse retourner, qu'il en envoyat aucun, et crains fort que ne le puisse obtenir. Dentre vous ie n'en voy poinct que ie puysse demander, veu que maistre *Maturin* [6]) est envoyé à Sens par vostre consentement, et suys esbaï comment avant que ie feusse de retour vous aves eslu mon frere, maistre *Christofle*, pour Chasteau d'un. [7]) Ie suys fort ayse qu'aves eslu maistre Iaques *Saurel*, [8]) mais ie ne say si le porres reavoyr. Ie n'ey rien entendu de la Bonne Ville ne des autres fors de Sainct Aubin et de Boudri. Ie vous ay esscript pour ceulx de Veynes et de Serres, qui demandoyent maistre George *Laurent*. [9]) Ie n'en ey rien entendu, ie spere* que vous y aves regardé et proveu. I'ey esté fort esbaï, que puys que suys de par deça n'ay heu aucune letre ne novelles de vous, si non ce que maistre *Maturin* a escript. Mais il m'avient ainsi ce dequoy ie desire le plus, ie n'en oys rien. Vous en pouves parler à maistre *Noe*, [10]) et à aultres qui m'en deuvroyent advertir. I'ey escript plusieurs foys, mais ie n'ay poinct de

2) *Buchat* VI. 451: Le duc Leonor de Longueville, ayant été outragé avec une insolence criminelle par ses sujets catholiques du Landeron, eut encore un nouveau sujet de surprise lors-qu'il apprit à Berne que Soleure, au lieu de se joindre à lui pour punir les rebelles, avait pris hautement leur parti et qu'il vit venir à lui des députés de ce canton pour lui demander raison de sa conduite. Les Soleurais prétendaient qu'il avait violé le Landfried de 1531, qui portoit entre autres qu'on ne forceroit personne à changer de religion, comme si le prince avoit eu le dessein de forcer ses sujets du Landeron à embrasser la religion réformée *etc. Kirchhofer*, *Farel* II. 160: Die Bürger von L. hatten beim Besuche der Herzogin und ihres Sohnes dieselben mit bewaffneter Gewalt verhindert durch den Prediger den sie mit sich führten in einer dortigen Kapelle Gottesdienst halten zu lassen.

3) *Calvin n'y assista pas.*

4) *Il appert de la lettre à Calvin qu'ils l'avaient pressé de revenir.*

5) *N.* 3694.

6) *de la Brosse, successeur de Carmel à Motier-Travers.*

7) *Chateaudun. — Christophe Fabri dit Libertet. Il n'alla pas à Chateaudun mais à Vienne en Dauphiné sa patrie et plus tard à Lyon.*

8) *Sorel, pasteur à Boudri, alla à Troyes.*

9) *à Engollon jusqu'en* 1561, *auparavant à Issoire en Auvergne.*

10) *Noé Thorel, alors maître d'école à Neuchâtel.*

responce. Ie vous supplie presenter mes humbles recomandations à l'excellance de Monseigneur, et de Madame, et aussi sallueres Monsieur le Governeur, et Messieurs les Quatre, tout le Conseil, et toute l'Eyglise. Vous recomandant à la grace du Seigneur qui vous benisse conserve et garde, et toutes ses Eyglises, et fasse prosperer vostre sainct ministere.

De Gap ce 12 de ianvier.

Vostre frere Farel. [11])

3696.

HALLERUS BULLINGERO.

Neque Castalio neque Zanchus vocatus est ad scholam Lausannensem, de Hyperio serio cogitatum.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 154, olim Scrin. B. Epp. Tom. 32, fol. 580. — Simler Vol. 103.)

S. De *Castalione* non est quod sis sollicitus, colendissime D. compater, eadem enim prius novimus omnia quorum tu admones. Interea tibi pro tua diligentia et sollicitudine pia quam pro nobis geris ago gratias maximas. Puto te interea ex meis cognovisse quae circa *Hyperii* vocationem contigerint. — — — — — — — — — Sumus etiam de D. *Zancho* loquuti, sed nostri homines Italos supra modum horrent ut non potuerit obtineri illius vocatio — — — — — — — — — — Bernae. [1])

3697.

L'ÉGLISE DE VAULRERE [1]) A CALVIN.

Demande de pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 196, fol. 37.)

A Monsieur Monsieur Metre Ian Calvyn ministre de la parole de Dieu

a Geneve.

Grace et paix par nostre Seigneur Iesuchrit * vous soit multiplie. Amen.

Monsieur vous seres este adverti par Messieurs *de Sales* et *de Sauset* et par une missive que nostre concistoire vous a mande et a messieurs vous freres mynistres de la parole de Dieu en son Eglise de Geneve de la grace que luy a pleu vous fere de nous recevoyr au tropeau de Iesuchrit son filz pou nous rendre de membres pourris membres vifz de son corps par icele, aussi aures entendu le desir que nous avons estre enseignes en la parole, et la grande necessite que nous avons dun mynistre a laquele nous esperions estre secourus par vous moyens comme de ceux qui taches de tout vostre pouvoyr satisfere aux necessiteux, despuis nouz sommes estes advertis par metres Guilhaume *Borrel* et Raynaud *Tallet* quilz nous ont retenu ung mynistre et seules avons despeche ce porteur expreux pour laler querir nouz les avons requers vous en communiquer nouz offrant recevoyr celui ou aultre tel que vous plerra nouz envoyer daussi bon cueur que prions Dieu vous conserver et augmenter ces graces nouz recommandant humblement, Monsieur, aux votres. de Vaulrere ce 17 de Ianvier 1562.

Vous humbles et obeissantz serviteurs et freres en nostre Seigneur ceux de laiglise reformee de Vaulrere et a leur nom

Anthone Debellan.
J. Richard.

3698.

BEZA CALVINO.

Nova ex aula. Ipse de profectione cogitat. Interea denuo colloquium inter utriusque partis delegatos institutum. De Baduelli successore cum Mercero actum.

(Ex autographo Cod. Genev. 117. fol. 64, coll. c. Cod. 119, fol. 73, Epp. Bern. VI. p. 1067, Simleri Vol. 103. et Cod. Sangall. Epp. XII. 297. — Edidit Baum App. II. 159.)

A Monsr. Monsr. D'espeville.

a Villefranche.

11) *souscription autographe.*

3696. 1) *Quum respondeat ad Bullingeri ep. d. 9. Ian. scriptam, haec videtur non multo post i. e. circa Idus reponenda. De Zancho vide infra N. 3707.*

3697. 1) *Nom introuvable dans le dictionnaire des communes de France. Avec des changements plus ou moins notables dans la forme on aurait le choix entre un grand nombre. Mais la lettre ne contient aucun indice qui permettrait de déterminer la province où il faudrait chercher la localité.*

S. Non me fefellit exspectatio de suffragiis. Nam fere omnia tulimus.[1]) Id igitur unum supererat, ut scriberetur edictum. Ibi Satan quum se prorsus constrictum videret, subornavit qui moneret adhuc aliquid prius tentandum de pacificatione ut aliqua interiecta remora omnia in fumos abeant. Vocati sunt igitur illi boni viri quos nosti,[2]) et inter eos etiam ille ad quem nuper scripsisti.[3]) Accersiti sunt etiam Sorbonici, quos non novi. Ex nostris vocatus *Marloratius*, iam illic[4]) est *Perosce-lius*. Istis cogitant me socium adiungere. Heri dubitabam an eo essem iturus, non tantum propter valetudinem, quae nullum vehementem laborem vel animi vel corporis ferre potest, sed etiam multis aliis de causis, quas ipse per te facile possis coniicere. Hodie tamen expugnatus nostrorum precibus decrevi cras a prandio proficisci, ne desertor videar. Sed nobis certum est non colloqui nisi bonis et certis conditionibus et legitime indicto ecclesiis colloquio, atque etiam eo impetrato ut interea aliquid statuatur de nostra libertate, quoniam nullam amplius moram patitur haec necessitas. Si rogas quid sperem, dico me omnia sperare si nostri proceres satis fortes fuerint. Huc accedit summa necessitas, quae vel ipsos hostes cogat, sed haereo dum alia cogito, quae scribere non possum, quoniam video adversariis omnia licere. Videor tibi fortassis de superioribus promissis aliquid detrahere, sed memineris me in aula versari, et facile, ut spero, ignosces, quanquam certe ne hunc quidem Satanae crepitum magnopere nobis formidandum puto, rebus eo redactis, ut, nisi nobis caveatur, insignem mutationem accidere ,sit necesse. Aquitanica expeditio[5]) iam, ut audio, refrixit, qua de re Deo gratias ago. Ex aula ad te scribam quidquid acciderit. Hinc facile coniicis me melius habere quam antea. Sed tamen non audeo dicere, me prorsus convaluisse, quoniam mali reliquias sentio, quod fortassis recrudescet. Sed nolo male ominari. Hodie mihi secta est vena brachii sinistri, quod mihi profuturum spero, favente Deo, pro cuius gloria laboramus.

De *Baduelli* successore[6]) sic habe: Tandem nacti sumus hominem singulari et doctrinae et pietatis testimonio ornatum. Aperui illi omnes huius muneris conditiones. Accepit, sed negat se posse dimittere discipulos quos habet ante Calendas Maii, simulque rogat ut respublica nostra viaticum sibi et familiae, id est uxori et aliquot liberis suppeditet, itemque devehendae bibliothecae, quam, ut audio, bene amplam et instructam habet. Testatur *Mercerus* peritissimum etiam esse in hebraicis. Sed ipse noluit hebraearum literarum professionem amplecti, quod se dicat illud studium intermisisse. Quum eo venerit vos dispicietis, et ego, ut spero, una vobiscum. Nihil ei promisi, sed tantum dixi, me de iis quae peteret, statim ad vos relaturum. Videte ut certum responsum mox mittatur.

Uxor mea iam est apud patrem quem ego infelix invisere non possum. Unum superest quod scribam, de quo tu constitues quod videbitur.

Quidam hic latitat ex *Nemorsi* familia, ex cuius ore auditum est, captam quidem non esse Ge-

---

3698. 1) *Languet* 23. *Ian.* (II. 195): Heri redii ex aula ubi per octiduum haeseram ut certiora audirem de deliberationibus ob quas ex omnibus parlamentis convocati erant aliquot senatores .... Nemo intemperantius gessit se quam Connestabilis, quod miror, quod tempore Francisci et Henrici semper in hac causa fuit moderatissimus. Acerbe perstrinxit omnes qui causam nostram agunt, et nominatim Amiralium, sororis filium ... sed ab hoc et Condaeo est ipsi fortiter responsum .... Ferrariensis et Turnonius Cardinales eadem dixerunt quae Connestabilis sed moderatius. Nostram causam eruditissime egerunt Arnoldus Ferrerius, Pomponius senator Divionensis, sed omnium vehementissime episcopus Valentinus (*Montluc*) qui eo est provectus ut dixerit pontificem et eius ministros esse ovile diaboli cum quibus nihil velit sibi esse commune. Fuerunt 49 qui sententiam dixerunt, quinquagesimus enim aegrotabat. Ex iis 22 censuerunt nostris esse concedenda templa: sedecim negarunt quidem, non tamen prohibendos esse conventus nec alia exercitia religionis esse impedienda: sed ad haec omnia connivendum esse ut his proximis mensibus est factum. Reliqui undecim dixerunt insistendum esse edicto facto ultima die Iulii, i. e. prohibendos esse conventus et mittendos in exsilium qui a rom. religione defecerunt. Hi quum viderent se numero superari, coniunxerunt se iis qui censuerant esse connivendum et sic haec sententia fuit superior. Factum est igitur decretum quo interdicitur nostris sub poena capitis ne templa in urbibus aut suburbiis occupent aut construant, iubenturque occupata restituere. Licebit ipsis extra urbes suos conventus et alia exercitia religionis habere, et prohibentur omnes sub poena capitis tales conventus impedire aut turbare ...... *Textum integrum reperies in Mém. de Condé* III. 8; *Hist. eccl.* I. 674; *Haag, pièces n.* 17 *etc.*

2) *Languet p.* 197: Ex iis qui ex parlamentis vocati erant Regina et Navarrus decem retinuerunt cum quibus adhuc deliberare constituunt, et volunt coram ipsis ministros nostros de tota religione disserere cum pontificiis et respondere ad crimina quae ipsis obiiciuntur .... Delecti sunt ad eam disputationem Beza, Perrucellus, Marloratus et Barbastus concionator reginae Navarrae. Sorbonistarum nomina non teneo [*fuerunt, Demochares, Sim. Vigor, Pelletier, Fournier, Maillard*]. Intersunt etiam Salignacus, Despencius, Boutillierius et Picherellus, viri praeclare eruditi, qui quidem videntur se seiunxisse a Sorbonistis, sed tamen nondum se coniunxerunt nostris ecclesiis. Haec puto fieri in speciem tantum, ut gubernatores exteris principibus et praesertim regi Hispaniae ostendant se non abiicere spem reducendi nostros ad officium, ut vocant.

3) *Salignacum innui suspicamur.*

4) *ap. S. Germanum.*

5) *N.* 3688. 3693.

6) *In l. Rectoris, qui dicitur, p.* 371, *a.* 1561 *Henr. Scringerus Scotus prof. philosophiae recensetur, qui* 1565 *iuris professionem suscepit. In Reg. du Conseil ad* 30. *Dec.* 1561 *idem civitate donatur. Alias enim* (*l. l. p.* 372) *Iac. Des Bordes Burdigalensis prof. philos.* 1562 *nominatur.*

nevam (quod rumor vanus sparserat) sed nondum interruptum eius intercipiendae consilium. Rogatus ab amico ut ederet quid hoc rei esset, respondit: intromitti paulatim certos homines in urbem, qui mane exeuntes ex diversorio simulent quidem se oppido egredi, sed ingrediantur in tres quasdam novas aedes proxime pomoerium et portam quandam urbis exstructas. Eiusmodi multa iam pridem falso sparsa fuisse scio, sed hoc tamen negligere nolui. Si quid amplius rescivero statim scribam. In aula non credas quam frigide ista [7]) curent. Itaque recte fecerint nostri, si quando ad *Posidonium* et *Condaeum* scripserint, vel tu potius, quum commodum videbitur. Bene vale, mi pater. Dominus Iesus te servet incolumem cum urbe tota et regnum suum magis ac magis inter vos amplificet. Lutetiae 18. Ianuarii.

Tuus Beza.

3699.

QUERCETANUS CALVINO.

Varia tradit de nova praefatione Augustanae confessionis quae et ipsi aliquatenus arridet, porro de principe Palatino ab Oleviano ad purgandam ecclesiam i. e. ad Calvinismum impulso, de Tridentinorum conspiratione, de Flacianis Iena eiectis et Heshusio.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 21.)

Eximio Christi servo D. Ioanni Calvino patri in Domino observando suo.

Genevae.

Gratia et pax a Deo patre Domini nostri I. C.

Iucundissimo errore meo accidit, Io. *Calvine* observandissime, ut ad te laetiora de Cattis nostris nuper quam veriora scriberem. Sic autem rem habere tandem certo comperi. Principes aliquot primi nominis consenserant ut formula praescripta a iunioribus Saxoniae principibus pro ea quae Neoburgi recepta fuit anno superiore in praefatione novae editionis Aug. confessionis substitueretur. [1]) Requirebatur adhuc *Hessi* principis et *Palatini* consensus. Quum igitur iussi theologi essent iudicium suum de duobus scriptis, quibus summa doctrinae sacramentariae continebatur, edere, utrum potius ad pacem ecclesiae retinendum existimarent, et duo concepta in difficili deliberatione responsa essent: alterum, quod ad nos missum fuerat cum scripto duarum academiarum Saxonicarum, facili errore pro illo quod receptum et principi commendatum est obtrudi nobis passi sumus. Aliud certe ab huius ingenuitate non parum degenerat, et quamvis opportune et salubriter a prudentibus et pacis studiosis hominibus concinnatum sit, non tamen satis explicatam interpretationem in locis controversis habet, ne dicam titubantem, et qua confirmari invulgata opinio corporalis manducationis videtur. Suspicione autem non caret officii insolentia in eo qui prius illud nobis obtulit, quod benevolentiae simulatione tentare nostram in re laetissima modestiam voluerit. Sed, Deo gratia, ille sua spe frustratus est. Nam et moderate nos gessimus, et nunc etiam petimus ut pax iis conditionibus quae nova praefatione expressae sunt nobis concedatur, nempe omissa quaestione de modo praesentiae. Res delata est ad xv viros arbitros a senatu delegatos. Interea concionatores acerbissime in nos invehuntur pro concione, et nihil non tentant ut nos excludamur.

Princeps *Palatinus* indies fit confirmatior et in hoc dubio statu rerum, tumultuantibus intus et foris inimicis pacis, nuper adeo nempe 7° Decembris fractio panis [2]) sacri recepta in usu coenae est, et expurgatae reliquiae idololatriae e templis: ad disciplinam instituendam vehementer ab *Oleviano* [3]) impellitur. Magnam vero hinc invidiam sustinere eum quis non videat? Eoque piis commendanda studia optimi principis sunt ut ea adiuvent precibus ad Deum suis. Quippe hoc paene uno nititur Germaniae incolumitas.

De Tridentina conspiratione credo te certiora quam nos habere, et iam belli praeludium exorditur episcopus *Bambergensis* erepto Nurembergensibus oppido quodam. Omnia perstrepunt belli rumoribus. Nostrates tamen difficulter se impelli sinunt ut arma capiant. Sed a Deo speramus defensionem.

De dissipatione Flacianae factionis et restitutione D. *Victorini* ex aliis fortasse certiora cognosces. Ipse *Illyricus* vili lacernula habitum rustici men-

---

7) *Nemorsi conatus de quibus supra.*

3699. 1) *Io. Fridericus dux Saxoniae praefationem Aug. Conf. in conventu Naumburgensi m. Ian.* 1561 *exaratam respuerat, quia in ea errores non damnati erant et dissidium inter Lutheranos negatum fuerat. Ea de causa inter principes disceptatum est, quum maxime Brandenburgicus a partibus Saxonis staret.* (*Kugler, Hz. Christoph* II. 230; *Salig* III. 652. 664 *sq.*; *Pfister, Hz. Christoph* 372 *sq.*; *Heppe, Gesch. d. deutschen Prot.* I. 390. 413. 429; *Neudecker, neue Beitr.* II. 24. 32. 42.)

2) *Struve, pfälz. KH.* 106.

3) *Sudhof, Olev.* 81.

tiens profugit Magdeburgum ad *Hessusium.*[4]) Circumferuntur capita eorum ob quae ille principum suorum indignationem incurrit Lipsiae excusa.[5]) Audio illinc quoque prodiisse magnum librum *Hessusii*,[6]) plenum conviciis quibus ille causam alioqui labantem et infirmam sustentare nititur. Sed nullum adhuc exemplar nancisci potui quod mittam. Quam multa et gravia incendia ex odiis et φιλονεικίᾳ in ecclesia accendi videmus! Nec vero restingui posse videntur, nisi in tractanda controversia maior moderatio et in iudicanda causa candor adhibeatur, qui ambigue dicta concinne interpretetur. Vale, domine observande. Francofurti xiv Cal. Februarii anno 1562.

T. H. observantissimus
Eustathius Quercetanus.

3700.

LE SÉNAT DE GENÈVE A VIRET.

Comme il est demandé à la fois par l'église de Paris et par celle de Nîmes on lui laisse le choix entre les deux villes, sous la réserve qu'il aurait à revenir à Genève dans un temps donné.[1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie 1561. 1562. Minute du Secrétaire avec des corrections de la main de Calvin.)

A spectable sage scavant M. Pierre Viret ministre de la parolle de dieu.

Spectable etc. Nous ayant dernierement este exposee de la part des fideles de Paris la grande necessite quilz avoient de recouvrer quelque notable annunciateur du S. evangile et notamment la grande esperance quils avoient que par vostre moien leur eglise pourroit estre avancee, nous auroient requis permettre que puissies aller a eux, ce questimans vous estre agreable, voyans aussi le grand fruit quen pouvoit advenir, voulusmes bien accorder que jusques au moys de May y puissies demourer comme en aves este adverti par nostre trescher M. Iehan *Calvin*, quest loccasion questans de present pries des N. spect. et hon. Seigneurs les consulz de Nismes de vous laisser a eux nous sommes trouves empesches nestant pas pleinement en liberte de leur gratiffier comme nous le desirerions. Mais parce quilz nous ont tant par lettres que leurs delegues remonstre laer de leur ville avoir grandement servi a vous faire retourner en convalescence et ny avoir lieu au Royaume de France si propre a vostre sante (laquelle nous est fort desirable) Nous avons bien voulu vous escrire que si maintenant pour la presence ne vous aggree faire le voiage de Paris que vous en facies comme nostre seigneur vous en conseillera: car jl nous desplairoit grandement que pour complaire aux aultres fissies chose que vous apportat dommage. Quoy quil en soit, quallies a Paris ou aymes mieux demourer ou vous estes, Nous vous prions que ne soions estimes contraires, et que ce soit a condition de retourner a nous a la premiere opportunité. Vostre absence nous a desia este par trop griefve et quand elle seroit plus grande nous seroit encores a plus grand regret. Car combien que tout nostre desir soit qua la gloire de Dieu la reformation evangelique soit partout augmentee et que les aultres eglises puissent florir si est que nous ne voulons pas tellement despouiller la nostre de vostre presence quelle sen puisse en mal resentir, comme aussi nous ne pencons pas que vous y ayant Dieu des long temps dedie et donne vous vueillies departir davec voz anciens freres et amys. Parquoy nous confians de vous reveoir *quant besoing sera*[2]) nous esperons nostre Seigneur nous en faire la grace, et que cependant a son honneur puissies aux aultres profiter, accroissant en vous de plus en vous les dons de son esprit. Donne ce 19e Janvier 1562.

3701.

HALLERUS BULLINGERO.

Agit de instanti synodo, ad quam qui vocari possent et deberent, vel a senatu vocatum iri videantur, ipse ambigit et perplexus haeret. Atque hac occasione de variis hominum et ecclesiarum studiis circa disciplinam queritur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 106, olim Epp. Tom. II. fol. 852. — Simler. Vol. 103.)

---

4) *Preger, Flac.* II. 173. 177 *ss. Norimberga transiit Ratisbonam versus ad Gallum (ib. p.* 228).

5) *Apud autorem modo laudatum* (II. 560) *nullus talis titulus exstat a.* 1561 *Lipsiae excusus. Fortasse loquitur de libello:* Confessio et sententia Witebergensium de libero arbitrio cuidam Electori a. 1561 exhibita una c. scholiis Fl. Ill. s. a. et l. 8.

6) Defensio verae confessionis de vera praesentia corporis Christi in coena adv. calumnias Calvini Boquini Bezae et Clebitii. Magd. 1562. 4. (*Cf. Wilkens, Hesh.* 99 *et Prolegg. nostra* IX. 43.)

3700. 1) *Cf. Reg. du Conseil* 30. *Dec.* 19. *Ian.*

2) *trois mots ajoutés en marge par Calvin.*

Clarissimo viro D. Heinrycho Bullingero Tigurinae ecclesiae pastori fidelissimo domino suo colendissimo et compatri carissimo.

Zürich.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Quod nostram synodum [1]) attinet haereo prorsus. Eadem ipse quoque cogito quae tu. Et quod maximum est, video rem neque ordine neque animo bono geri. Scribitur ad vos tantum, non audio aliunde quemquam vocandum. Vos vero num soli subituri sitis hanc provinciam ignoro. Ex Geneva ut quisquam vocetur nulla spes est: ita conclamatum est apud omnes adversus illos, et nemo est qui non existimet, quidquid harum turbarum est inde provenire. Quoniam enim illi severiorem habent in ecclesia sua disciplinam, putant Germanos quoque sicut et Gallos ecclesiae suae formam sequi debere. Ex Basilea vero quis vocari poterit? *Iungius* obiit. *Sulcerus* prius partim ob hoc ipsum negotium fuit eiectus. Reliquorum theologorum, ut audio, autoritas exigua est. Quem vero suppeditabunt Scaphusiani? Sufficeretis sane nobis soli vos, imo tua contenti libenter omnes essemus autoritate, sed nescimus an hoc vobis integrum futurum sit ut soli adhibeamini. Deinde nescimus an hoc Gallis nostris satisfacturum sit. Scio enim nihil ipsis satis futurum quod *Calvinus* suo calculo non adprobaverit. Iam vero, ut dixi, ut vocetur ipse spes prorsus nulla adfulget: adeo nomen ipsius omnibus nostratibus (nescio quo hoc fato, et tamen nullo alio magis puto quam hoc ipso quod censura haec rigidior ab ipso proficisci videatur) exosum est. In te, qui moderatius sentire videris, omnes respiciunt. Accedit et hoc quod plura in quaestionem venient, et plurimae etiam exterae ecclesiae, tam in Germania quam in Gallia, arrigent aures, quo res evasura sit observantes, ut sane precibus et pia providentia valde opus sit. Nos arctamur valde. Hinc enim nos premunt illi quibus nihil quam quod in ipsorum cerebro natum est satisfacit, illinc vero illi qui nihil aliud quaerunt quam ut nos inter nos committant et ipsi interea omnem disciplinam subterfugiant. Nos hactenus eam semper moderationem sequuti sumus ut eam suaderemus disciplinam quae cum moderatione esset coniuncta et nostris ecclesiis esset tolerabilis et aedificabilis. Hunc scopum dum intuemur varia sustinemus iudicia, quum alii nimis remissos nos culpant, alii nos una cum Gallis dominium quaerere criminantur. Sed Dominus est nobis testis quid quaeramus. Ad te et senatum vestrum hac de re scriptum fuisse tum demum cognovimus, postquam nuncius abiit. Nunc nemo est qui hoc negotium urgeat. Et nisi nos ingereremus, nos ipsos fortassis usque ad praescriptum illud tempus nemo illius amplius recordaretur. Adeo multis cordi est. Est tamen necesse ut aliquid fiat. Si nostrum scriptum vobis et ecclesiis aliis posset probari, fortassis et nobis et ecclesiae consuleretur. Nolim tamen quemquam intelligere quod ego nostrum scriptum tibi communicaverim. Nescio vero an a senatu nostro ad vos sit missum. Si hoc factum esset, quid si vestram sententiam scripto primum significaveritis, simulque admonueritis nostros ut misso hoc scripto ad alias ecclesias iudicium illarum quoque expeterent? Nec puto quemquam valde contradicturum, etiamsi multa possint plenius et circumspectius poni et explicari. Incommodum mihi est quod *Diesbachius* tam frequenter ab urbe abest. Neminem enim alium habeo cui haec res cordi sit, et qui cupiat rebus hic bene consultum. — — — — — — — Bernae 22. Ianuarii 1562.

Tuus semper I. H.

3701. 1) *Quum ministri Vadenses usque de disciplina instituenda instarent, senatus Bernensis d. d. 11. Dec. pollicitus est se synodum tam Germanorum quam Romanensium convocaturum esse, ad quam etiam nonnulli viri docti reliquorum pagorum reformatorum arcesserentur.* (*Ruchat* VI. 441.) *Itaque d. 2. Febr. singulae classes iussae sunt ternos delegatos eligere qui Cal. Martiis convenirent.*

3702.

CALVIN A M. DE PASSY. [1])

Pressantes instances pour le décider à rester à son poste.

(Minute originale. Bibl. de Genève. Vol. 107, fol. 142. — Vol. 108, fol. 126. Berne VI. p. 921. Simler. Vol. 103. Ruchat VII. 392. Bonnet II. 453. Trad. angl. IV. 254.)

Monsieur et honore frere. Quant ie vous escrivis nagueres de la part de toute nostre Compaignie à la requeste de lEglise de Paris, [2]) ie vous priois de regarder selon vostre prudence a ce qui seroit le plus expedient, comme vous en pouviez mieulx iuger par lexperience du temps passé, et aussi estant plus prochain du lieu que nous. De-

3702. 1) *Jaques Spifame, seigneur de Passy en Nivernais, ancien évêque de Nevers, était alors ministre à Issoudun. Cf. N.* 3629. 3630. *Languet* II. 197: Biturigibus nuper celebrarunt coenam in ipsa curia urbis et ex proximo oppido Issoduno accessit eo cum 150 equitibus Spifamius, fuitque minister illius actionis.

2) *N.* 3679.

vant quavoir response ie suis sollicité par Monseigneur le conte d'Eu et leglise de Nevers [3]) de vous prier, exhorter, sommer et adiurer, si besoing est, de vous aller acquicter de vostre debvoir envers ce peuple auquel vous estes redevable, et sur tout de recompenser le deffault du temps passé, monstrant que si vous navez este pour lors Evesque que de tiltre, vous le soiez à ceste heure par effect. Toute nostre compaignie a trouvé ceste remonstrance si juste quil fault que ie vous prie et obteste au nom de Dieu si vous ne trouvez le voiage de Paris utille pour lediffication de toute l'eglise, que vous acceptiez ceste charge. Nous sçavons bien qu'en ce cas il fauldroit pourvoir l'eglise d'Issouldun [4]) d'un successeur. Mais nous y avons mis paine de nostre costé, car mesmes devant quavoir entendu vostre resolution nous avons ouy ung homme qu'ilz nous ont presenté, afin que si vous allez vers eulx, ilz ayent dequoy recompenser l'eglise d'Issouldun.

Sur quoy, Monsieur et honoré frere, apres vous avoir presente mes affectueuses recommandations et de toute la compaignie, ie supplieray nostre bon Dieu vous tenir en sa saincte garde, vous soustenir par sa vertu, et accroistre en tout bien, faisant profiter vos labeurs a lavancement de son regne. De Geneve, ce 24. Ianvier 1562.

Vostre serviteur et humble frere, [5])
Iehan Calvin.

Sçaches que vous serez retenu pour Conseiller. Or nous ne voulons pas vous perdre ne quicter.

3) *Hist. eccl.* I. 743 *ss.*: La premiere assemblee de ceux de la religion à Nevers se fit d'environ 13 ou 14 personnes le 23. Mars 1561, par un nommé de la Planche ministre en la ville de la Charité. Ce nombre tost apres grandement s'accreut. Une longue lutte commença contre l'evesque .... Le 27. juin J. Fç. Salvart dit du Palmier leur fut envoyé comme ministre. Le duc de Nevers lui-mesme commença à pencher du costé de la reforme; ses enfans, le comte d'Eu et le marquis des Isles le firent encore plus decidément. Vers la fin de 1561 le comte d'Eu fit prescher publiquement au chasteau et voulant pourvoir à la conscience de son pere malade envoya querir à Yssoudun un ministre de sa cognoissance pour l'admonester de son salut, par le moyen duquel estant instruit és principaux points de la religion apres avoir fait une entiere confession de sa foy il passa de ceste vie à l'autre le 14. Fevr. 1562.

4) *Jean Poterat y était ministre depuis Pâques* 1561. *Le* 17. *Sept. les protestants reçurent un patron dans la personne du lieutenant général Ant. Darsaine qui revenait de Genève où il avait dû se retirer pour cause de religion.* Cela donna grand courage à tous les autres, surtout estant le 3. Dec. arrivé encores un autre ministre (*probablement Spifame*) de sorte que le lieutenant general et le procureur avec la plus part des anciens advocats feirent ouverte profession de la religion (*Hist. eccl.* I. 762).

5) *autographe.*

3703.

RICHARD [1]) A CALVIN.

Nouvelles de la Guienne.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 93.)

A Monseigneur Monsieur despeville
a espeville ou la part quil sera.

Tres honore seigneur et frere. Je vous remercie humblement de la lettre quil vous a pleu mescripre. Elle mest aussi agreable et daussi grande consolation que lettre que j'aye jamais receue. Je vous mercie byen fort du bon advertissement quil vous plaist me faire de memployer fidelement et soigneusement en ma charge a laquelle je suys appelle, me faisant entendre que la vocation est de Dieu et que ce nous doibt estre come un joug quil nous a mis sur le col: grace a mon dieu je le trouve dous et gracieux. Et a la verite je neus jamais vray repos en ma conscience que maintenant. Car combien que en mon estat davocat que jay quelqueffoys exerce ou byen en quelque petit traffique de marchandise que jay maniee jeusse volunte de byen verser et que grace soit a mon Dieu je me soys porte souvent en bonne conscience, si esse que trop souvent jay failli: ce que je cognoys maintenant mieulx que javois lyeu prescher et pratiquer ordinairement sa parolle.

Or Monseigneur, grace soit au Seigneur, despuis quattre ou cinq moys que je suis entre en la robe par expedient et ne mosent monstrer, Dieu a tellement besongne que dismanche xviii jour de Janvier nous avons faict nostre premiere Coene en grande paix et bon repos ou estoyent plusieurs papistes ignorans (Ilz estoyent venuz pour nous veoir) qui en ont rapporte quelque contantement. La coene a este faicte en la maison du juge de cest ville en une grande sale ou il peut tenir huict ou neuf cent personnes. Il a cognoyssance il y a plus de xxv ans et sest range de nostre part jl y a deux mois, il est homme de jugement, riche et de scavoir mediocre. Il est venu le premier a la Coene et plusieurs notables personnages apres luy. Cattre jours avant la Coene un papiste homme dassez bon jugement sollicita de part et dautre et fit en sorte que nous feusmes ensembles dix, cinq de caschun couste, pour disputer de la Coene et de la messe. On nous mit en barbe moynes a la

3703. 1) *François Richard figure sur une liste de pasteurs (insérée au Bulletin* IX. 293) *comme pasteur de* La Gironde. *L'éditeur suppose que cette liste date de* 1567. *Voyez cependant, quant à la date de cette lettre les notes suivantes.*

verite jgnorans qui alleguoyent des raisons pour nous sans y penser. Ce que aulchuns papistes cogneurent et despuis viennent au sermon et aux prieres et ont achepte ces jours force livres.

Jespere au plaisir de Dieu vous envoyer byen tost ung jeune homme natif de ceste ville, homme byen nay et bien jnstitue: despuis que suis jcy nous vous en avons envoye troys. Cestuy jcy sera le quatriesme. Ceste matiere que nous vous envoyons pour la former sil vous plaist et la polir. A cause de la grande necessite que nous avons de ministre, tant parce que nostre ville est grande et fort peuplee, aussi que je ne suis que pour la moictie nous avons a grande priere et requeste obtenu un ministre au synode de Saincte foy.[2])

Mon frere ministre que jay maintenant sera cause, de tout le moins par provision attendent mieulx au principal, que je ne seray plus en crainte dune horrible dissipation ou jestoys. Cestoit que quand Dieu se servoit de moy pour edifier en un lieu le diable dissipoit de lautre. En nostre ville il y a tousjours les quattre temples papistiques et le reiglement que nous avons et tenons de M. *de Burye*[3]) cest de ne nous empescher point les uns les autres. Nous avons trente huict parroisses aux champs ou nous allons et pouvons aller paisiblement, avec quelque garde toutesfois et prudence que nous tenons de Dieu. Aux terres du Roy de Navarre ou icy sept parroisses, grace soit au Seigneur, je nay trouble quelcun. Jay les officiers du roy de Navarre qui me conduisent. Et despuis 2 mois en ca la messe est houstee de toutes les terres du Roy de Navarre. Dieu par sa saincte grace nous veille tousjours fortifier et donner caschun jour force nouvelle constance et perseverance jusques a la fin.

Sur ce, Monseigneur et trescher frere, apres mestre recommande de tout mon coeur a voz bonnes prieres je prie ce bon Dieu vous avoir en sa garde et protection a jamais, vous gouverner par son sainct esprit et faire tousjours profiter voz labeurs bien et heureusement, comme grace soit au Seigneur vous avez ja fort avance. Je vous supplye, mon bon seigneur et pere, me recommander a tous noz bons freres et amys, et comme nous faisons prions tous dun coeur et dune bouche les uns pour les autres que Jesuschrist triomphe au milleu de ses ennemis. Je me recommande specialement a M. *henri*[4]) et a M. *Raymon*. Jay rescript a M. *Danduse* et a mon cousin M. maistre Nicole *Cot*, aussi a M. *Colladon* ladvocat et a M. *Prevost* mon bon amy. Dieu soit avec nous tous a jamais et nous veille tousjours gouverner par son sainct esprit. A Gironde[5]) ce xxvj[e] de Janvier.

Vostre frere serviteur et amy sil vous plaist
Francois Richard.

2) *Un synode fût tenu à Ste-Foy le* 10. *Déc.* 1561. (*N.* 3620.)
3) *De Burie était lieutenant du roi de Navarre en Guienne en* 1561 *et* 1562. *Il y maintenait l'édit de Janvier.*
4) *nom douteux.*
5) *Quelle peut-être cette ville considérable avec quatre églises catholiques? S'agirait-il d'une dépendance de Bordeaux? où serait-ce Libourne?*

3704.

HOLBRACUS CALVINO.

Severe perstringit Heshusii novum librum de Coena. Zanchum reducem nunciat. Concionatores Argentoratenses doctrinam de praedestinatione labefactare rescivit. Principes quosdam Germanos cum Lotharingis de matrimonio filii Wirtembergensis tractaturos Tabernis exspectari docet.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 128.)

Eximiae pietatis et doctrinae viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori.
Genevae.

S. Cuperem meliora ex Germania tibi mitti: tamen, ut spero, postremus iste *Heshusii* portentosus foetus[1]) non te terrebit. Librum intra biduum enarravi magis quam legi, idque non sine magno animi dolore, non tam quod veritati doctrinae a tam furioso scripto metuam, quam quod gravatim feram conviciorum plaustra in illos effundi, per quos Dominus in nostra Gallia regnum Iesu Christi promovet. In hoc enim artificium Satanae inprimis sese prodit quod, quum sentiat doctrinam veritatis opprimi non posse nec ipsius cursum retardari, in ministrorum personas impetum convertit. Sed apud cordatos tam ferocis animi impotentia non magnam inibit gratiam. In refellendis affectionibus non erit (meo iudicio) magnopere laborandum. In eo praesertim immorandum est quod asserit Christum in coenae institutione novam doctrinam, novum fidei articulum ecclesiae patriarcharum et propheticae antea inauditum et incognitum tradidisse, i. e. corporalem corporis Christi manducationem, quam communem esse volunt piis aeque ac impiis cum pane coenae. Enimvero in illis observandis me monitore non indiges.

3704. 1) *Vide N.* 3699.

D. *Zanchus*[2]) ex sua profectione rediit incolumis. Iam exspectatur controversiae decisio. Metuo ne nimis diu talis exspectatio nos suspensos teneat. Ut audio ex nostris qui germanice intelligunt et interdum audiunt conciones germanicas, pugnantia ex diametro docent Germani cum iis quae nonum cap. ad Rom. tractans de providentia et praedestinatione docere fui coactus publice pro concione. Nisi meliorem mentem det illis Dominus, ista doctrinae diversitas aliquid monstri pariet.

Rumor hic ante biduum spargitur brevi *Palatinum* et *Wirttembergensem* Sabernas venturos ut ibi cum duce *Guisiano* et cardinali *Lothoringo* tractent de matrimonio inter filium Wirtembergensis et sororem ducis *Lothoringi.*[3]) Dominus omnia suo spiritu regat ad sui nominis gloriam. Totum Belgicum gravi persequutione premitur. Cornutorum armentum sex bestiis auctum est, quibus est praefectus *Granvillanus,* Macliniae archiepiscopus et metropolitanus. Vale in Domino, vir clarissime, et Deum pro nobis rogare perge. Dominus te incolumem suae ecclesiae servet. Argentinae 27. Ianuarii 1562.

Gulielmus Holbrachus tuus.

2) *N.* 3678. 3689.
3) *Rumor iste quoad Palatinum falsus erat. Non vero quoad Christophorum quem revera Cardinalis invitavit. — Iam d.* 15. *Nov. Rascalo literas duci a Guisio attulit, quibus hic illum ad colloquium invitavit. Sub finem anni Guisius Tabernas designavit ad conventum, et Wirtembergensis d.* 15. *Febr. sibi diem elegit. Qui non statim ab initio certior factus est de religione actum iri.* (*Kugler* II. 331.) — *Languet* II. 197 *d. d.* 23. *Ian.:* Dux Guisius profectus est Tabernas ad ep. Argentoratensem, nescio cuius rei gratia. Intentavit quidem litem Argentorati Fr. Hotomanno ob libellos famosos de se sparsos: sed haec mihi videtur levior causa quam ut propter eam velit illuc proficisci. *La légende du Card. de Lorraine* 1574. (*Mém. de Condé* VI. 70): (*En Novembre*) ceux de Guise avoyent escrit au Duc de Wirtemberg le priant de vouloir entrer avec eux en conference de la conf. d'Augsbourg en laquelle ils donnoyent esperance de vouloir estre instruits. Pour cest effet ils se trouverent à Saverne. (*Cf. Hist. eccl.* I. 691.) — *Quae de matrimonio dicuntur non ita se habebant: de filio Wirtembergici omnino quaestio non erat: is tum duodevigesimum annum agebat eratque insignis nebulo, paucis post annis moriturus. Languetus vero* II. 189 *d. d.* 10. *Ian. haec habet:* Conveniunt Nanceii omnes Principes Lotharingici ac etiam quidam ex vicinis Germanis. Audio inter alia ibi agi de coniugio filii Bipontini et sororis ducis Lotharingici, quae est haeres Lotharingiae si frater decedat sine liberis. Dicunt Brentium accersitum ad eum conventum.

3705.

CALVIN A M. DE PASSY.

Note ajoutée à la lettre précédente après la réception d'une autre de la part de M. de Passy.

(Minute orginale. Bibl. de Genève. Vol. 107, f. 142 v. — Les copies suivent partout la lettre du 24 dont celle-ci est une espèce de post-scriptum.)

Monsieur, apres les presentes escriptes, iay receu les vostres[1]) par lesquelles iay entendu le bon desir que vous avez de retourner par deça, quant vostre terme sera expire. Ie vous asseure bien que vostre retour nous resioyroit plus que ie ne vous dictz, et ne tiendra pas a poursuyvre nostre droict que nous ne vous recouvrions le plustost qu'il nous sera possible. Vray est que devant quavoir receu voz letres nous navions peu refuser a voz gens de Nevers, ny mesmes a Monsieur le Conte leur demande. Mais sil ne tenoit qua soubshaister, si aymerions nous mieulx ioyr de vous que den laisser la possession aux aultres. Quant est de Paris, ie crains quil ny ait eu fraude à supprimer mes lettres, comme il y en a auiourdhuy beaucoup qui par leurs folles devotions et phantasticques ne font nul scrupule de tromper et circonvenir les aultres eglises. La somme estoit que vous regardissiez* à vostre discretion ce qui seroit expedient de faire, et si vous iugiez que vostre presence fust requise à Paris, ie vous priois de vouloir secourir ceste eglise la, selon quelle est dimportance. Mais iactendrai maintenant vostre resolution finale sur le tout.

Surquoy, Monsieur, apres mestre de rechef recommandé a vostre bonne grace, et de madamoiselle,[2]) et de noz amys de par dela, ie feray fin priant Dieu vous tenir tousiours en sa saincte garde, et vous accroistre[3]) en tous les dons de son esprit, faisant profiter vostre labeur à l'avancement de son regne. De Geneve, ce 28. janvier 1562.

3705. 1) *perdues.*
2) Catherine du Gasperne, veuve d'Etienne Le Gresle, procureur au Châtelet de Paris, avec laquelle Spifame avait entretenu des relations du vivant de son mari. Sur la présentation d'un faux contrat, leur mariage avait été célébré dans l'eglise de Genève. *La fraude ayant été découverte,* il fut emprisonné comme adultère, se reconnut coupable et sollicita en vain l'indulgence de ses juges qui, par un excès de rigueur, le condamnèrent à mort. Il périt sur l'échafaud le 23. mars 1566. (*Bonnet.*)
3) accomplir *Bt.*

3706.

CALVINUS BEZAE.

Exitus conventus conceptae spei minime respondere videtur. Praeterea attinguntur nonnulla obiter tantum et obscure delibata.

(Authenticum exemplar exstat in Cod. Genev. 107a, fol. 250. Apographa reperies in Cod. 111a, fol. 208, in Epp. Bern. VI. p. 1007 et apud Simlerum Vol. 103.)

A Monsieur et bien aime frere Monsieur de Beze.[1])

Literas tuas[2]) accepi mixtas gaudio et tristitia tum publice tum privatim. Nam etsi nondum convalueris aliqua tamen ex parte mitigatum esse malum, et te dolore levatum esse laetus cognovi, quanquam me simul angit quod residuum est, ac praesertim timor tuus quem tamen extenuas. De eventu Conventus tot laeti nuncii volitarant, ut nihil mihi iucundum in tua narratione fuerit. Quidquid hactenus feliciter acciderat, uno momento eversum est. Quales habiturus sis socios video: quorum alter garrulus et nimia confidentia turgidus, alter autem fatuus et stolidus, deinde profanus et sola inscitia audax, ac prorsus nihili.[3]) Opponentur autem vobis homines tam Dei metu quam pudore soluti. Nam Monachus[4]) qui mihi nuper rescripsit, vult in Domino potius quam Deo vivere et mori. Senties quid hactenus occulti veneni in corde aluerit. Iam si veterum testimoniis pugnandum erit, nihil magis confusum vestra disceptatione. Verum haec intempestive scribo, quia vel confecta res erit, vel in luto eritis demersi antequam istuc perveniant meae literae. Sed rogandus erit Deus, ut te consilio regat, dissipet astus improborum et laqueos omnes decipulasque Satanae solvat et abrumpat.

Quando repertus est tam idoneus *Baduelli* successor, paciscere cum eo, ut visum fuerit, de viatico, modo ne plus exigat quam ferat nostra tenuitas. Magnopere tamen videndum est, ne in tanta penuria eum nobis elabi sinas. *Sanraverius* adhuc decumbit, et vereor, si pristinum vigorem recuperaverit, ne in patriam evolet.

Penultimas tuas non attingo. Negotium illud de quo iam non est libera consultatio, mihi perplexum est, multis autem odiosum erit. Non metuo calumnias, sed nisi me fallit coniectura, magnificis promissis, quae a nostris stulte iactata sunt, res non respondebit. Quid dico? vix centesimam spei partem explebimus. Sed finem facio, quia me et dolor et sollicitudo constringit.

De *Normandio* nullum te verbum in postremis tuis fecisse miratus sum. Ubicunque tamen sit multam ei salutem precor. Collegae etiam et amici omnes te plurimum salutant. Senatum, partem eam epistolae tuae recitando, in qua scribebas de reditus tui desiderio, non parum exhilaravi. Vale, integerrime et dulcissime frater. Dominus tibi semper adsit, te gubernet invictaque virtute sustineat usque in finem. 5° Cal. Febr. 1562.

Iohannes Calvinus tuus.[5])

3706. 1) *Haec Calvinus m. pr.*

2) *N.* 3693. 3698 *quas adeas de iis quae sequuntur.*

3) *Perrucellum a Calvino non magni aestimatum iam pridem legisti, verum et Marloratum eodem loco positum fuisse merito mireris.*

4) *Nos quidem de Salignaco cogitavimus cuius solius literae ad C. exstant a Sorbonista hoc tempore scriptae* (*N.* 3646), *verum vix in hunc quae hic habes cadere videntur.*

5) *Etiam subscriptio autogr.*

3707.

ZANCUS CAILLETO.

Iuveni, ut videtur, Argentorato Genevam profecto autor est ut maxime studio Institutionis Calvinianae incumbat et se ipsum Calvinistam profitetur, qua de causa a Germanis impetatur.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi P. II. p. 177.)

— — — — — — — — — — — — — — — —

Nunc vides in quodnam studium tibi sit incumbendum, et dum istic es cura ut ex sancto illo viro rationem aliquam capias studiorum tuorum quam toto vitae tuae curriculo persequaris. tam in legendis scripturis quam in locis communibus colligendis. Deinde ex illius Institutionibus collige in aliquem librum illos praecipue locos qui controvertuntur hoc tempore inter nos et papistas aliosque haereticos: iis postea, si quid inter studendum ss. literis, vel in lectione patrum, vel in commentariis doctorum virorum nostri temporis, vel alia ratione tibi occurrat quod ad eos locos pertineat, illud addes: ita intra paucos annos tibi magnam supellectilem parabis. Sed praeter hoc meum consilium consule, ut antea coeperam dicere, D. *Calvinum* et illius sequere consilium. — — — — — — — —

Caeterum, quod ad hoc dogma attinet, habeo quae meis adversariis opponam ex duobus Martinis Germanis, *Luthero* et *Bucero* permulta. Etenim

virorum aliarum nationum testimoniis uti in hac causa contra hos homines nihil prodest, quum ipsum Augustinum, quia non fuit Germanus, ex professo sine ullo pudore impugnandum susceperint. Causa vero nostra in eo est statu ut damnare me non possint, quin multas ecclesias et academias per Germaniam damnent. Nam praeter testimonia Heidelbergensium et Marpurgensium quae superiori aestate attuleram, nuper etiam attuli ab ecclesia Scaphusiana Tigurina et Basiliensi, item privatas quorundam theologorum epistolas quibus doctrinam nostram probant. Quin et *Brentius*, qui alioqui me propter rem sacramentariam non admodum amat, tales ad *Sturmium* literas scripsit ut illis solis omni haereseos crimine ego et doctrina nostra liberemur. — — — — — — — — — — —

Ad vos lubentissime multis de causis venissem. Sed primum longinquitas et difficultas itineris me retinuit: deinde quum ideo mei adversarii hanc doctrinam haereseos damnent, ut scis, quod dicant eam esse ex *Calvini* libris desumptam et me omnes meas haereses ex *Calvino* suxisse, cogita quantum mihi istius ecclesiae testimonium profuisset. Atque haec est causa cur neque per literas testimonium ab ista ecclesia postulavi, quia homines imperiti et ecclesiam et hominem oderunt, hominem inquam, illum quem doctissimi et piissimi quique admirantur atque suscipiunt, et quo Deus ad tantam evangelii per totum orbem terrarum propagationem usus est et utitur exsecrantur. O mundi ingratitudinem! — — — —

Argentorato 29. Ianuarii 1562.

3708.

CALVIN A L'ÉGLISE DE BLOIS.

La Compagnie leur envoie un pasteur. [1])

(Bibliothèque de la Société du Prot. fr. Collection Hotman de Villiers Tom. I. Signature autographe. Inprimée dans le Bulletin Tom. XVIII. p. 573.)

A nos treschers seigneurs et freres de l'Eglise de Blois.

Treschers seigneurs et freres, combien que nous avons grande disete de gens propres pour suffire à la charge d'annoncer la parolle de Dieu, toutesfois ceux qui avoient charge de soliciter pour vous ont fait telle diligence qu'ilz en ont recouvré un, lequel, selon que nous pouvons juger, vous satisfera: car nous l'avons cognu de bon esprit et exercé en l'Escriture sainte, ayant aussy bonne façon et dexterité de la traiter et appliquer à l'instruction du peuple. Davantage il monstre avoir bon zele de s'employer au service de Dieu et de son Eglise avec modestie. Parquoy c'est à vous de luy donner bon courage quand il verra son labeur fructifier en vous. Ainsy nous vous prions de le recevoir humainement et vous rendre dociles à la doctrine qu'il vous portera. Au reste pour l'advenir pensez de faire provision et n'attendez pas d'estre fourny d'ailleurs, si de vostre costé vous ne taschiez d'avoir gens lesquels soient conduits de longue main pour les mettre en oeuvre selon la necessité. Car de nostre part nous n'en pouvons plus.

Sur quoy, treschers seigneurs et freres, apres nous estre recommandés à vous et à voz bonnes prieres, nous supplions le Pere celeste vous tenir en sa protection, vous gouverner par son Sainct Esprit et accroistre en tout bien. Le penultiesme de Ianvier 1562. [2])

Vostre humble frere
Iehan Calvin pour la Compaignie.

3708. 1) *Le contenu de cette lettre ne paraît pas pouvoir s'accorder avec les données de l'Hist. eccl. qui dit* I. 148: Ant. Chanorrier dit Desmerenges, qui avoit long temps servi és terres de Berne, fut envoyé au mois d'Avril 1558 à ceux de Blois pour succéder à du Gué. L'Eglise alloit de mieux en mieux quand certains esprits fretillans, ayans ouy parler de Charles d'Albiac dit du Plessis, pour lors ministre à Tours, comme ayant le langage plus friant que les autres, feirent tant que ceux de Tours le leur presterent pour 3 mois, en leur envoyant Desmerenges en sa place. Du Plessis estant en mauvais mesnage avec sa femme qui ne vescut gueres avec luy à Blois, tascha d'avoir en mariage une fille d'un advocat de Blois de la religion romaine et fut contraint de se retirer à Marchenoir et Desmerenges retourna à Blois. *Ibid.* 299: le 31. Oct. 1559 Desmerenges accepta le ministere à Orleans, apres son departement ceux de Blois demeurerent sans pasteur l'espace de 18. mois. *Ibid.* 752: *Après cela* Chasseboeuf dit Beaupas chassé du Dauphiné .... vint à Blois jusqu'à ce qu'estant tombé entre les mains des ennemis apres la prise de la ville en juillet 1562 il fut pendu. *D'après cela il semble qu'il n'y a pas de place pour la mission dont parle cette lettre, à moins que Blois n'ait eu plusieurs ministres simultanément. En tout cas notre Jaques du Plessis doit être un autre que Charles d'Albiac.*

2) *Au bas on lit:* Receues et approuvees et le dict Jacques du Plessis receu ministre en l'Eglise de Blois par le consistoire d'icelle le xiiie jour d'Avril l'an cinq cent soixante deux. Mangot au nom de tous.

3709.

BEZA CALVINO.

Accuratiora tradit de ultimo colloquio cum Sorbonistis.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 66, coll. c. Simleri Vol. 103 qui descripsit ex Cod. Bern. Stettleriano hodie 122. Edidit Beza Genev. p. 264, Laus. p. 547, Hanov. p. 514, Chouet p. 362, Amst. p. 165. Habet quoque Baum II. App. p. 161.)

A Monsr. Monsr. Despeville
A Villefranche.

S. Miraris nimirum tam altum et diuturnum silentium. Culpam sustineant oportet qui diem de die ducunt. [1])

Adversarios habemus partim Sorbonicos omnis generis, partim Italos, Iesuitas, Franciscanos, Dominicanos [2]) et crescit quotidie eorum numerus. Nos quatuor omnino sumus *Marloratus*, *Peroscelius*, *Barbastus*, bonus et integer homo, *Navarrenae* minister, et ego. Conditiones colloquii nullae. Tantum constituit Regina ad pontificem mittere, quae ultro citroque dicta fuerint. Vides quam multa causificari [3]) licuerit, tamen satis nobis fuit testari ne fratribus et ecclesiis fraudi esset, quodcunque facturi aut dicturi essemus. Addidimus de concilio, nos liberum concilium non detrectare, sed cuiusmodi illud est quod nunc instituitur pro nullo a nobis existimari. Tandem igitur ventum est ad colloquium in magna huius arcis basilica, [4]) 28 superioris mensis. [5]) Interest Regina cum Cardinalibus et reliquis privati consilii consiliariis. Adsunt etiam episcopi [6]) aliquot sed ut privati. Assident quoque ex parlamentis selecti duodecim. Praescripta sunt quinque capita: de Imaginibus, de forma Baptismi, de forma Communionis, de sacrificio Missae, de Ministerio, de Doctrinae capitibus. Non placet fortassis neque ordo, neque divisio, ac ne mihi quidem, sed ita visum est iis qui possunt omnia. Rogatus, quam ob causam ab ecclesia Romana discessionem fecissemus, exorsus sum ab illis protestationibus, deinde ad duas horas de imaginibus dixi quae mihi suggessit Dominus, tum ex ipsius verbo, tum ex veteris illius ecclesiae testimoniis. Adversarii tempus sibi ad respondendum postularunt. Convenimus ergo ultimo die huius mensis: [7]) habuit orationem *Pelletarius*, sed prorsus vulgarem. Sequutus est Iesuita ille histrio qui in conventu quoque Possiacensi intervenerat, nec minus se lepidum praestitit quam antea. [8]) Tertio loco dixit *Salignacus* et vere profecto et fortiter: non contentus dicere quod res erat, nisi etiam quae ab illis erant allata, palam confutaret. Ubi animadvertit *Turnonius* quorsum tenderet eius oratio, primum murmurare deinde querulari, postremo relicta sede ad focum pergere, tandem vero etiam in extremum angulum sese recipere unde conspici non posset: *Salignacus* ex adverso pergere, et eo usque progredi, ut diceret: Idololatras, sicut petierat David, [9]) in stipites et saxa converti, ac proinde veritatis vocem non exaudire. Ubi ille desiit accurrens Benedictus ille Dominicanus, [10]) ut ruentia idola fulciret, multa blateravit sed falsissima et ineptissima. Tandem igitur respondi et *Salignaco* assensus, singula aliorum argumenta ita ut potui diluere studui. Ita discessum est adversariis, Dei gratia, eo adductis ut nisi nox intervenisset prorsus superati videri potuerint. Hodie reditum est in campum. Longam orationem habuit Corcyrensis quidam Franciscanus, ut aiunt, Legati assecla, satis acutus sophista, nec prorsus imperitus. Sequutus est *Spensa* [11]) qui copiosissime causam nostram defendit, ita tamen, ut multo minus nervorum haberet quam *Salignacus*, nec tam sincere quin nonnulla permiscuerit quae adversarios placarent, conclusit nullo nec externo nec interno cultu dignas esse imagines. Sed de cruce multa protulit, re in dubio relicta, et ex templis penitus tollenda idola non censuit, denique quod recte censuerat, conatus est utcunque emollire. Iussus est postea prodire Minimus [12]) ille Parisiensium seditionum fax, quo nihil ineptius et indoctius audire memini. Eram responsurus si per tempus licuisset. Nox igitur hanc tertiam actionem diremit, quam ego, ut spero, cras excipiam. [13]) Si rogas quid sperem? Hoc

---

3709. 1) *Hoc primum comma non exstat in apographis.*

2) *Sorbonistarum nomina habuisti supra N.* 3698 *not.* 2. *Italum dicit Justinianum Corcyrensem, Iesuita fuit Lainez, Minorita Io. de Han. s. Dehan, Dominicanus de Mouchi* (*Demochares*). *Cf. Languet* II. 204. *Baum.* II. 516.

3) testificari *Apogr.*

4) A la grande salle du conseil. (*Hist. eccl.* I. 692.)

5) Ianuarii *Apogr.*

6) principes *Simler.*

7) Es autres jours suivans chacun des susdits docteurs et ministres eut son tour sans qu'il y eut aucune replique en maniere de dispute.

8) Il mit deux causes en avant pour prouver que tout ce qu'il nous faut faire n'est pas contenu en la parole de Dieu. La premiere, pource que le livre eust esté trop gros, la seconde pource qu'on n'y eust peu rien changer.

9) *Ps.* 115, 8.

10) Demochares pour monstrer que du temps de S. Denys (qu'ils disoient avoir esté disciple de S. Paul) il y avoit des images à Paris, allegua les verrines de l'eglise de S. Benoist, auquel il fut respondu par de Beze que son argument estoit de verre.

11) *Cl. d'Espence.*

12) *Vide supra not.* 2. *Dehan instigator fuerat tumultus ad S. Medardi.* (*Apogr. habent:* Parisiensis.)

13) *Bezae orationem praebet Hist. eccl.* I. 696.

unum ut magis elucescat veritas et aliquos semper lucrifaciamus, aliud praeterea nihil. Inquirunt diligenter quibus conditionibus liberum et christianum concilium definiamus? Hic ergo nobis erit laborandum et rogo ut nos tuo consilio primo quoque tempore adiuves.

Edictum [14]) Rotomagi promulgatum est, Parisienses adhuc resistunt neque dubium est quin alicunde in hac pertinacia confirmentur. Miser ille [15]) iam prorsus est perditus et omnia secum perdere constituit. Uxorem amandat, *Posidonium* cui omnia debet vix intueri sustinet. Accersuntur Lotharingi. Denique extrema omnia in nos comparantur, ita placet Domino gaudium nostrum temperare. [Nostram illam *Αὐτοκράτορα* [16]) certum est extra culpam esse et istis maxime offendi]. Utcunque sit Deum spero victorem fore, et nos interea, illo favente, pergemus. Interea tibi cogitandum relinquo, quibus curis, laboribus et doloribus excrucier, ut Deum precari non desinas donec vobis restituar. Quam diuturnum futurum sit hoc colloquium, et quae sint subsequutura nescio, sed me totum Deo committo. *Condensem* morbus repentinus paene nobis abstulit Lutetiae: heri lectica huc perlatus, incipit habere melius et affirmant medici extra periculum esse. [17])

Ego neque prorsus valeo, neque etiam aegroto, sed medius pendeo. [18]) [Valde inter caetera me excruciat patris desiderium qui uxorem amicissime exceptam ad me Lutetiam misit. Eam tamen nondum vidi, nec quando sim visurus scio. Et de his quidem hactenus. *Normandius* noster rebus infectis ad suos rediit, ut tantisper dum tempestatis huius exitus apparebit res suas utcunque componat, mox reversurus et restitutionis diploma si fieri possit impetraturus. Eius literas ad te mitto. Scripsit ad me *Villemongii* [19]) nostri vidua, ut pro se *Posidonium* interpellarem, quod faciam quam diligentissime potero, et iam praestitissem nisi sero accepissem ipsius literas.] Bene vale, mi pater et tuum *Bezam*, si unquam alias, Domino commenda. Amplissimum senatum cum collegis et amicis omnibus rogo ut meo nomine salutes. Dominus Iesus vos incolumes servet. Ex Sangermano primo die Februarii.

Tuus Beza.

D. *Marchionem* rogo ut nominatim salutes meo nomine, quem utinam servet Dominus. *Albrechtus* et ego laboramus in pecuniaria illa causa, sed iam mihi nullus ad perditum illum accessus patet, partim quod refugit, partim quoniam prae indignatione vix sustineo illum aspicere. [20])

14) 17. *Ianuarii.*

15) *Languet Cal. Febr.* (II. 201): Navarrus se iam nimis molliter gerit. *Idem VIII. Cal. Mart. p.* 204: N. videtur alienior a nostris quam fuit. Simulat se velle coniugem remittere in Aquitaniam, eo quod in hac causa religionis sit ferventior nec quidquam in eius gratiam dissimulare velit. Aiunt fieri ei ab Hispano et Pontifice spem restitutionis regni Navarrae aut alicuius iustae compensationis. Si est tam credulus et facilis ut hoc sibi persuaderi patiatur, non possum eum satis mirari, quamvis non credam esse vera pleraque quae hic de eo feruntur.

16) *Reginam matrem. Beza haec cancellavit, sicut et alia quaedam infra, quae in edd. non leguntur.*

17) *Eadem refert Languet l. l.*

18) Ego . . . ipsius literas. *Pro his apographa nihil habent nisi haec:* Si unquam alias nunc maxime me et res meas Deo commenda.

19) *coniurationis Ambosianae particeps fuit et supplicio affectus.* (*Mém. de Condé* I. 327.)

20) *Etiam hoc P. S. abest ab edd.*

3710.

VERGERIUS DUCI CHRISTOPHORO.

Tradit obiter nonnulla secum ex Helvetia per literas communicata.

(Excerptum ex epp. a viris doct. Kausler et Schott Stuttg. 1875 editis p. 329.)

Scribunt ad me ex Helvetia de duce *Sabaudiae* qui quum ei natus fuisset masculus adiunxerit sibi Papam et *Philippum*, ut bello repeteret quae sibi fuerunt a regno Galliae promissa: scribunt, inquam, quod hac occasione bella metuunt magna et cito. Si *Philippus* negat se velle Germaniae bellum facere, fortassis hoc intelliget quod nolit recta ipsi Germaniae, sed aliis qui eandem religionem sunt complexi, sub alio tamen praetextu.

Helvetii dietam celebrant in Rapesvil intra Tigurum et curiam Rhaetiarum, ad quam dietam accessuri sunt ipsi Rhaeti seu Grisones. Non libenter, audio, ne fortassis involvantur et pertrahantur aliquo modo ad societatem belli pro *Philippo*. Nullus est Galliarum legatus nunc in tota Helvetia, ut neque in Rhaetia. Nam *Cognetius* qui solet in Helvetia degere, in Gallia nunc est, unde tamen exspectatur: nam per quatuor menses abest.

Genevae capite plexus fuit minister verbi Dei Gallus qui de trinitate male videbatur sentire. Sed istae poenae capitales mihi non possunt placere. Non inconsultum videretur ut qui peccat in hoc genere carceribus constringeretur, ne alios inficeret, dum sententiam mutaret.

Calvinus scribit Tigurum ostentationem quandam permagnam: tot esse scilicet qui singulis horis pulsant ad eius aedes petentes concionatores, ut papa non tot habeat qui missas petant. Illud est certum quod vix admittitur in Gallia concionator, qui non fuerit a *Calvino* examinatus, aut si quis voluerit praedicare nec fuerit ab eo approbatus, aut reiicitur, aut non ita solet libenter audiri. Haec ad me scribuntur, et metuo ne sint vera: tale est genus hominum et ingeniorum. — — — — — — — — —

Tubingae die 5. Februarii 1562.

Illustrissimae Celsitudinis vestrae servitor Vergerius.

3711.

ZANCUS BEZAE.

Varia ad nostras res pertinentia excerpimus ex longiore epistola.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi P. II. p. 168.)

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

Bernam non veni [1]) quia, misso nuncio ad nostros petitum ut si me nollent Argentinae sibi pro schola Bernensi concederent, re ipsa testificati sunt Dominis meam et personam et doctrinam sibi non improbari. Genevam multo minus veni quia in confesso est apud vestros me non aliter docuisse de praedestinatione et perseverantia sanctorum quam *Calvinus* et ecclesia Genevensis: imo non puduit hominem [2]) dicere in Capitulo me omnes meas haereses suxisse ex *Calvino* et *Bezae* libris. Qua in re, dum voluit me gravare apud collegas, magna me affecit laude apud eosdem. — — — — — —

Heshusius [3]) edidit responsionem ad tuam, D. *Calvini*, *Boquini* et *Clebitii* simul libros. Est quarta forma bene altus liber. Unum exemplum tantum huc fuit secreto allatum et illud missum est ad D. *Calvinum*.

Decimo quinto huius mensis Zaberniae convenient Princeps *Wirtembergensis* cum *Brentio* et vester dux *Guisianus* cum fratre Cardinali, tractaturi (ut fertur) de quodam matrimonio. — — — — — —

Religio felicissime succedit in Palatinatu: instituta iam est ibi et recepta fractio panis. Id quod de ratione aliqua concordiae scripsisti cordi est *Palatino* et *Landgravio*. *Hotomanus* nondum rediit. Noster *Arnolphus* [4]) Francofurti suae fidei confessionem dedit senatui, sed nondum est responsum. Pastores ibi iidem sunt nunc qui et antea.

Peregrini Flandri qui erant Vezaliae (nescio an adhuc ibi sint) in maximo versabantur discrimine propter rem sacramentariam. Iubebantur enim intra triduum aut Lutheri sententiae subscribere aut ex urbe discedere. [5]) Quo in statu sit nostra causa hic, nihil certi adhuc scribere possum, nisi senatum nostrum non esse neque impium, ut sanam doctrinam velit damnare, neque levem ut praecipitanter sit aliquid acturus: multos etiam in dies magis ac magis aperire oculos et veritati cognoscendae incumbere. Per septimanam fui cum nostro *Martyre* [6]) edentulo quidem sed non elingui, et incredibilem cepi ex eius sermone (multa enim de vestra Gallia narravit) voluptatem. — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Argent. 5. Febr.

3712.

SULZERUS CALVINO.

Tradit quae nuper accepit de conventu in Tabernis alsaticis celebrando, tum de legatis helveticis Tridentum mittendis et disceptatione Imperatoris et Saxoniae electoris circa episcopatum Merseburgensem. Fusius de Castalione scribit quem non tam nigrum esse perhibet quam vulgo credatur.

(Exstat in Cod. Genev. 113, fol. 91 cum subscriptione autogr.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis antistiti fidelissimo domino ac fratri colendissimo ac carissimo suo.

S. Gratissimum officium praestitisti, reverende frater quod de rebus Galliae tam diligenter omnia scribis. Faxit Dominus ut ab his tam laetis auspiciis proventum regni Christi amplum optatumque experiamur. *Guisani* [1]) iam Tabernae agunt in

---

3711. 1) *N.* 3696.
2) *Marbachium.*
3) *N.* 3699.

4) *Bancus.* (*N.* 3678.)
5) *Postquam Groeus Heshusii affinis electus est primus consul Lutherani ibi primas tenebant.* (*Wolters, Ref. v. Wesel p.* 233.) *Vide omnino ep. Boquini d. d.* 14. *Dec.* 1562.
6) *Turici, sub fine anni.*

3712. 1) *Cf. N.* 3704. 3711. — *Languet* II. 205. *d. d. VIII. Cal. Mart.:* Multi non possunt satis mirari aliquos evang.

Alsatia (sic quidam pro certo affirmant) id agentes ut interventu *Palatini* et ducis *Christophori* Wirtembergensis reconcilientur regi, posteaquam intelligunt regem Hispaniarum arma contra Gallum movere non constituisse. Feruntur principes ad 15. huius mensis duo hi Tabernae conventuri. Sunt qui affirment in consessu parlamenti gallici denuo sancitum esse ne habeantur in urbibus conciones.[2]) Spero tamen id nihil detracturum iis qui iam ecclesias ab idolomania repurgarunt.

Motus quidam in Saxonia gliscunt inter Imperatorem et *Augustum* Electorem, idque propter episcopum Merispurgensem.[3]) Nam quum Imperator papisticum loco ei vacanti voluisset praeficere, praevenit *Augustus* constituto evangelico. Ortae item lites sunt inter utriusque venatores propter terminos quos invicem disiecerunt ditionis, et male mulctati sunt utrinque aliquot. *Fridericum* Saxoniae principem Imperator sibi adiungere dicitur et polliceri electoratum in suum nimirum finem, ut distinguat domum Saxonicam.

De concilio Tridentino altum est silentium, nisi quod cantones Helvetici[4]) qui papam colunt conventu cum suis sacrificiis celebrato mittere decreverunt ex ecclesiastico politicoque ordine qui praesto sint malignantium coetui.

Nos salvi sumus per Dei gratiam. Sed Dominus evocavit hinc ad coelestia *Iunium* symmystam. De *Castalione* quod scripseram ad *Betzam* nolo te latere. Impetravit ab academia ut liceat respondere et versionem suam tueri. Concessum est id ea lege ne quid de dogmate quod pridem scripto professus erat admisceat, tum ne quid odiose aut acerbe contra fratres nobis coniunctos inserat.[5]) Vidi ipse praefationem[6]) quae non sonare videtur durius, et puto reliqua responsura, ut bellum potius grammaticum quam theologicum futurum existimem. Maluissemus quidem hoc tempore ab illo nihil quidcunque edi, quo novimus *Bezam* nostrum rebus melioribus gravioribusque occupatum. Pervicit tamen ut tandem concessa sit ei mediocris defensio, maxime quod intelligeremus *Bezam* id propemodum optare etiam. Sic quidam ex Tigurinis ex ipso audivisse affirmarunt. Apud nos certe tranquillus est per omnia et domi neminem fovet: intelligit enim satis se observari, ac forte durius apud vos defertur quam pro re. Quodque est furti nomine isthic delatus, iniuria sane factum est.[7]) Quod quemadmodum ipse ligna attraxit, communi civium more habitantum * ad Rhenum fecit, neque sibi sed iis quibus rapidum flumen haec ademerat operam praestitit, nisi quod pro recuperata ut vocant lignorum ulna solet certum pretium, idque leve, pendi. Quod idcirco, *Calvine* reverende frater, scribo ut, si qua fieri possit, adducatur potius Christo et ecclesiae frater quam ut pessumdetur, quippe quem plane deploratum non possumus iudicare, nisi forte designet aliqua apud exteros quae nobis minus constent. Ac operam forte non infrugiferam praestare ecclesiae pro suo dono queat, ubi verae doctrinae totum sese accommodavit. Quod ut fiat nostrum studium, sic par est, non intermittemus. Bene vale in Christo Iesu. Basil. 9. Febr. Anno 1562.

Tuus ex animo
S. Sulcerus.

---

principes conferre consilia cum Guisiis quorum manus adhuc innocentium sanguinem stillant: nec dubito eos eodem esse animo quo semper fuerunt, sed ipsis non sunt eaedem vires. — *Hist. eccl.* I. 691: Leur intention estoit premierement d'intimider la Royne par ce moyen, puis de diviser les Eglises de France d'avec celles d'Allemagne et tiercement de trouver nouvel appuy à toutes avantures si on precedoit contre eux du costé de France et si le Roy de Navarre ne pouvoit estre du tout gagné de leur costé. (*Quod tamen iam impetraverant.*)

2) *Edictum Ianuarii Art.* 2 *vetabat* sous peine de vie de s'assembler dans les villes pour y faire preches soit en public ou en privé ni de nuit ni de jour, *et tantum permittebat coetus interdiu extra oppida celebrandos. Bruslart* (*p.* 70) *hoc dicit* un Edit pernicieux pour la Republique et pour le repos publicq et pour la manutention du Royaume qu'il n'est possible de plus . . . . . Le Parlement ne voulust le publier et arresta his verbis: Non possumus nec debemus, et ordonna MM. le President de Thou et de Garinente pour en aller faire remonstrance au conseil privé.

3) *Mortuo Mich. Heldingio epis. Merseburgensi a.* 1561 *prid. Cal. Oct. successit Alexander Electoris filius septennis, prid. Id. Dec. Plura dabunt de fatis dioeceseos, a.* 1544 *reformatae, post Interim vero denuo catholico episcopo subiectae, Seckendorf* III. 497. *Fraustedt, die Einf. der Ref. im Hochstift Merseburg.*

4) *N.* 3689.

5) *Beza in suo N. T.* 1556 *saepius Castalionis versionem acerbissime perstrinxerat. Hic post plures demum annos respondit et quidem magna cum moderatione:* Seb. Cast. Defensio suarum translationum Bibliorum et maxime N. T., in qua eum in illis religiose contra quam a quibusdam traductus est versatum fuisse demonstratur, reprehensa diluuntur, multi difficiles loci enucleantur et adversariorum errores ostenduntur. Antequam iudices cognosce. Bas. Opor. 1562. 8. *Recusa est in Ed. Bibl. Frkf.* 1697 *fol. Cf. Mähli p.* 102. *Rich. Sim. hist. des vers.* 275.

6) *in qua Castalio candide affirmat se minime infallibilem esse, imo lectores rogasse ut ipsi ubi forte erraverit indicarent, et sic iam nonnulla emendasse et deinceps emendaturum.*

7) *Hanc accusationem ipsam Calvinum non puduit proferre Opp.* IX. 312. *Castalio a.* 1561 *se defenderat in sua* Defensione ad autorem libelli cui titulus est Calumniae nebulonis (*ed. Gouda p.* 349). *Quae tamen non obstitit quominus Beza in sua responsione* 1563 (*Tract. theol.* I. 425) *solita vehementia in eum inveheretur.*

3713.

HALLERUS BULLINGERO.

Synodus procrastinatur. Cupit ipse ut et cum Genevensibus de re tractanda agatur: quum vero Senatus nunquam permitteret suis ministris ut id faciant neque ipse eo adduci possit, forte Turicenses negotium suscipere deberent.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 106, olim Epp. Tom. II, fol. 854. — Simler. Vol. 103.)

Clarissimo viro D. Heinrycho Bullingero Tigurinae ecclesiae pastori fidelissimo domino suo honorando et compatri carissimo.

Zürich.

S. *Wie es mir vor gsin also gats. Vnser Synodus*[1] *hatt ein loch.* Heri, ut proxime praemonui, literae tuae coram frequenti Diacosiorum congregatione lectae sunt. Visum est Synodum suspendere et scriptum nostrum ad vos et ad Scaphusianos mittere, ut vestrum de hoc feratis iudicium. Hic nunc vestrum imploramus auxilium ut nostris addatis stimulos. Vereor enim, vereor, ne non serio a multis res agatur. Quaerunt effugia ut nihil faciant. *Si wend nitt in dem ding sin. Si nennends die bennen:*[2] *man wirt dich auch in die bennen thun.* Plurimum vero poterit vestra autoritas, si serio admonueritis nostros ut manum operi admoveant. Hoc interea me affligit quod non ad alias quoque ecclesias scriptum hoc nostrum mittitur. Admonueramus et rogaveramus ut et Genevam inprimis atque Basileam quoque mitteretur. Sed nihil. Quid si vos responsum vestrum differretis et interea cum Genevensibus ageretis? Si enim ipsis quoque probaretur et a nostris reciperetur per vestram suggestionem, poterat fortassis ecclesiae consuli. Nos possemus facile omnium ecclesiarum censuram ferre. Mitteremus ipsi Genevam, sed si rescirent nostri hoc sine ipsorum consilio fieri, *der ritt bschisz vns. Man doerfft vns wol für verräter halten, dann die bitterkeit ist seer grosz. So vexiert mich dargegen auch das das ich vilen der wälschen spüren imm kopf stecken ein wunderbarliche Conception* de potestate et iurisdictione ecclesiastica, a qua magistratum prorsus quasi secludere videntur, et nihil ipsi praeter custodiam relinquere. Hanc vocant libertatem ecclesiasticam. Agnoscunt quidem magistratus in ecclesiis nostris hactenus et praecipue ab initio tutorum officio functos esse: quum vero nunc ecclesia adoleverit non debere ipsam amplius sub illis esse, sed suo iure frui, et rapinam exercere eos magistratus qui ius illud quod hactenus habuerunt retinere velint. Ego metuo ne res haec in grave incendium tandem evasura sit et factiones paritura maiores et pestilentiores quam unquam Guelphorum fuerint ac Gibelinorum. Dominus misereatur ecclesiae suae et concedat ut in vera pace serviamus ipsi cum sanctitate et iustitia cunctis diebus vitae nostrae. Aliud nunc non habeo. — — — — — — — Bernae 9. Februarii 1562.

I. H. perpetuo tuus.

3713. 1) *N.* 3701.
2) *Grimm:* Fenne, ven, venne, lutum, *fange*, moor. *Für* Benne *hat er nur die Bedeutung* Korbwagen (*auch im Elsass gebräuchlich*) pferch *etc. Wir vermuthen es könnte ein Wortspiel sein in Verbindung des Begriffs* Bann *mit dem Sinn:* Dreck.

3714.

DE NORT A CALVIN.

Situation de l'église de Toulouse[1] *et besoin pressant d'un plus grand nombre de ministres.*

(Autographe de la Bibliothèque nationale, coll. Dupuy Vol. 102, fol. 159. — Bulletin XIV. 329.)

A Monsieur et pere Monsieur d'Aspeville.*
A Geneve.

Salut par Jesus Christ nostre Seigneur.

Monsieur et pere, ie ne doupte point que n'ayes entendeu par les lettres qu'envoyay dernierement a M. *Raimon*,[2] comment i'avoye este envoyé en ceste ville par le Synode teneu dernierement à S. Foy. Or despuis ce temps la Dieu par sa grace a tellement benit l'oeuvre que non seulement le troupeu * est creu en un nombre merveilleux iusques huit à neuf mille personnes sens mentir, mais aussi iouissons d'une pleine liberté prechans publiquement

3714. 1) *Hist. eccl.* I. 327. 815. *Le* 6. *Ianv.* 1560 *la cene y fut célébrée en une assemblée de* 5 *à* 600 *personnes. En* 1561 *l'accroissement des partisans de la réforme provoqua de sérieuses divisions. Au commencement de* 1562 *on y compta de* 20 *à* 25000 *réformés, avec* 4 *ministres, Abel du Nort, Molinet, Nic. Folion dit La Vallée et Jean Cormère dit Barrelès ancien cordelier espagnol.* (*Bull.* XI. 258.)
2) Merlin.

hors la ville, ou le magistrat assiste avec un grand nombre de gens armes qui contienent tout le monde en paix, et des lors que quelqu'un bouge est apprehandé et mené en prison. Sapmedi passé qui estoit le 7 du present fus appellé devent Messieurs de la Ville qui m'avouerent et receurent pour ministre prometents que d'ores et desia ils me mettoient en leur seuvegarde *, puis me firent jurer de precher purement et syncerement la parolle de Dieu comme elle est contenue au Viel et nouveu * testament. Et de la avec sept à huit cens hommes armes m'amenerent au lieu ou faloit precher et m'en ramenerent de mesme et continuent et continueront touts les iours iusques a ce que tout soit en bonne paix.

Cependent, Monsieur, vous pouves penser qu'est ce que ie puis faire seul en une telle ville qu'est des premieres de Frence, et ou les esprits sont aultent ceurieux qu'en lieu que ie scache point, le monde si desbordé en mondanites qu'est possible. Certes sentent le fardeu si grand je perts tout courage. Voila pourquoy i'ay prié les freres d'envoier vers vous le plustost que leur seroit possible pour recouvrer deux ou trois ministres si possible est: estent tresbien asseuré que combien qu'en soies presque du tout espuises neantmoins vous efforceres tent que vous sera possible à nous secourir de ce que pourres, aient esgart à l'honneur et à la gloire de Dieu, qui pourra estre, à ce qui me semble, aultent ou plus advencé ici qu'en lieu que ie scache point. Parquoy, Monsieur et pere, ie vous supplie au nom de Dieu qu'ayes pitie de ceste povre Eglise, et aussi de moy qui suis à la verité par trop foible pour un tel faix, qui est pour le moins d'une demi doutsaine de ministres, qui fusent gens fort graves experimentes aux afaires et puissens pour rembarrer touts curieux et ennemis de verite, desquels le nombre n'est pas petit en ceste ville.

Oultre noz lettres avons encores vouleu envoier vers vous nostre frere present porteur, pous vous en supplier encore tresaffectueusement, et pour conduire ceux qu'il vous plairra nous envoier, leur fournissent tout ce quil leur sera necessaire. Cependant ie tacheray de tenir bon et de gainer pais tent que pourray, et d'aultent que me sens foible à merveilles ne peux moins faire que de me recommender affectueusement à voz bonnes prieres, comme aussi vous n'estes pas oblié es nostres, afin qu'avec toute hardiesse me puisse acquiter de ma charge à son honneur et gloire et à l'avencement de sa povre Eglise.

Que sera l'endroit, Monsieur et pere, auquel prient nostre bon Dieu qu'il vous maintiene a iamais en sa grace, me recommenderay treshumblement à la vostre et de touts messieurs mes aultres peres, sans oblier Madamoyselle *de Varennes*, M. le maistre et madame sa femme, et mes petits disciples leurs enfens. De Thoulouse ce 10. febrier 1562.

Vostre bienaimé et tres obeissant
L. De Nort.

3715.

CALVINUS BEZAE.

Commendat ei negotium liberorum Triecii quorum ipse patronus et quasi tutor est. Praemittit quaedam de statu rerum in Gallia et rumoribus bellicis.

(Ex Cod. Genév. 107a, fol. 251 coll. c. apographis Cod. 111a, fol. 207, Epp. Bern. VI. p. 1008 et Simleri Vol. 103. Inscriptio desideratur et codex nomen Bezae ex coniectura additum dicit. — Versio anglica IV. 256.)

Post tristes tuas literas [1]) an aliqua in melius facta fuerit mutatio nondum scimus, et nihil attulit rumor quod curam meam levaret. Nisi enim mature Deus occurrat nova quotidie occasio quaeretur ad causam opprimendam. De primo vestro congressu [2]) aliquid sparsum est ex quo verum fuisse tuum praesagium colligo, quum scriberes omnia in fumum abitura.

Vicini nostri [3]) valde trepidant: nos adhuc quieti exspectamus quorsum erumpant impetus *Philippi*, qui dicitur copias non parvas sensim traiicere ex Hispania et conscribere in Italia alios milites. [4]) Bellum tamen cum Papa et Venetis commune parare mihi nondum persuadeo. Si quid poteris expiscari, magnopere nostra intererit quam primum rescire. Certe non potuit in aula esse occultum quod tanti est momenti. Vide igitur ut primas literas hoc apparatu bene farcias. Sedulo nobis cavemus et Dominum pro nobis excubias acturum confido, ne hostis incautos repente circumveniat. Si apertum bellum movebitur satis erit temporis ad accersendum auxilium. Quantum ad novas aedes

---

3715. 1) *N.* 3698.
2) *de quo Besa N.* 3709, *quam epistolam C. nondum acceperat.*
3) *Bernenses.*
4) *Languet p.* 199. *Cal. Febr.*: Rex Philippus descripsit in Hispania militem quem habeat paratum quandocunque erit opus. Dicunt descripta esse 50000 peditum et 16000 equitum quibus, quum necessitas urget, ecclesiastici numerabunt stipendium et armabunt praeterea 60 triremes.

portae vicinas, iam scripsi [5]) vanam fuisse iactantiam: nemo enim illic nobis suspectus.

Meas quum *Posidonio* reddes, [6]) vide ut fidelis sis causae quam commendo patronus. Rogo eum ut sua gratia et autoritate nos adiuvet in diplomate impetrando, cuius mitto exemplar, et simul supplicis libelli. Quia frater *Trierii* [7]) nostri non superbus modo et stolidus sed perfidus etiam ac crudelis est et prorsus nequam, nihil ab eo nisi vi extorquebitur. Porro nihil petimus odiosum vel difficile, sed quod iam passim multis concessum est, ut admittantur pupilli ad ius suum recuperandum. Donec vero hic aditus ad causam patefactus fuerit, litem movere non audemus, quia nobis negotium est cum homine plus quam desperato. Totum quidem onus, ut spero, *Bernautius* suscipiet. Sed quoad tibi licebit, etiamsi non sine incommodo, ut tuae partes accedant quanto possum studio obtestor. Quanquam me cohibeo, quum satis superque sciam quid ultro facturus sis mea causa, quamvis non rogatus: tu vero optime scias ex privatis omnibus officiis nullum mihi gratius fore. Id singularis amici memoriae debeo ut eius liberos non secus ac meos complectar. Nam id incredibili suo erga me amore, imo pietate qua me coluit et qua me prosequutus est ad mortem usque observantia, meritus est, et mihi nefas esset quam de me fiduciam conceperat frustrari. Et semper in animo meo infixae erunt extremae eius voces, quum mihi coram uxore et liberis diceret: *Notre pere, nous voici voz enfans. Mais quant a moy, puis que Dieu me retire, ie vous prie, selon ce que ie vous ay esté fils obeissant, de ne point mescognoistre ceux qui vous demeurent. Car ie les desavoue s'ils ne vous portent plus dhoneur et obeissance qua moy. Car tout ce quils me devoyent, ie le vous resigne, et aussi de ce que ie vous devoye il fault quils sen aquitent.* Hoc recitare volui ut, si quid videris remorae nobis afferri ob aliorum segnitiem, non desinas eos stimulare usque dum res fuerit confecta.

Vale iterum atque iterum, integerrime frater. An adhuc haereat D. *Normandius*, [8]) brevi ut opinor sciemus. Putavi ad expediendum eius negotium disiunctivam, de qua scripseram sufficere. Sed videbimus quid proximae literae afferant. Si insolubiles sunt laquei, potius eos tandem abrumpat quam eo semper careamus. Valete ambo iterum atque iterum. Deus vos tueatur, gubernet omnique benedictionis genere locupletet, sustineat etiam usque ad extremum invicta sua virtute. Collegae vos plurimum salutant. 11. Februarii 1562. [9])

Carolus Passelius tuus. [10])

5) *ubi?*
6) *deperditas.*
7) Guill. de Trie mourut à 37 ans le 27. Août 1561. Son frère Catherin de Trie était conseiller de Lyon. Un autre frère Pierre mourut à Genève. (*Galiffe, Not. gén.* IV. 380.)
8) *N.* 3706. 3709.

9) *Annum addubitat sine causa Kampschultius noster desideratissimus in annotatione sua schedae nostrae inscripta.*
10) *manu propria.*

3716.

DE FRASANS A CALVIN.

Compte-rendu de l'état de l'église de Dijon [1]) *et envoi de délégués pour amener quelques ministres sans la présence desquels elle serait compromise.*

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 196, fol. 35. Bulletin XIV. 331.)

A Monsieur Monsieur Calvin ministre de la parole de Dieu.

A Geneve.

Monsieur, Encores que nous vous cognoissons de telle humanité que n'avez accoustumé de refuser la main a quelque personne que ce soit pour l'avancement de gloire de Dieu, toutesfois craingnans que nostre tardiveté ou autre opinion de nous ne face preiudice à nostre juste requeste, nous avons delegué ce bons personnages presens porteurs pour vous faire entendre de bouche l'estat et conduicte de noz affaires, et vous prier plus ouvertement de donner ayde et secours a nostre necessité. Vous avez peu entendre comme par cy devant la rudesse des magistratz en ceste ville a esté si grande que ceulx qui avoient cognoissance de la verité n'ont

3716. 1) *Hist. eccl.* I. 778: Dijon n'a esté des dernieres à recevoir la lumiere de l'Evangile, combien que de tout temps la plus grand' partie ait surmonté la meilleure, de sorte que l'Eglise n'y a peu estre dressee comme en plusieurs autres lieux. Ce neantmoins ceux auxquels Dieu avoit ouvert les yeux se sont assemblés par les maisons pour l'invoquer et frequenter les eglises circonvoisines. Mais ils n'ont iamais esté sans grande crainte, pour avoir tousiours esté depuis la mort de l'amiral Chabot gouvernés sous la maison de Guyse, et en ce temps ayant eu pour lieutenant du Roy le Sr. de Tavannes, homme d'autant plus dangereux qu'il avoit eu autrefois la cognoissance de la religion. En outre un des plus rudes adversaires estoit le Maire Benigne Martin . . . Le Parlement refusa de publier l'edit de Janvier. Non obstant ces choses ceux de la religion feirent venir deux ministres en intention de dresser leur Eglise en vertu des lettres des iussion expresses du Roy au Parlement pour la publication de l'Edict. — Comp. 3569. 3602. 3656.

ausé lever la teste, et quel traictement aucuns en ont eu. Et comme, nonobstant les edictz quelques seditions se sont elevees au detriment des paovres consciences et jnterruption du cours de l'evangile ce non obstant la bonté de Dieu ne s'est point tant recullee de nostre ville que parmy les feuz, torments, prisons, perdition de biens et d'honneur aucuns ne se soient avec longanimité nourriz en sa crainte et obeissance. Lesquelz en fin ont descouvert leur bon zele et quant et quant ont esté cause que plusieurs se sont declairez et manifestez, tellement que nous nous sommes trouvez en ceste ville une congregacion et compaignie de fideles suffisante pour fonder une belle et honorable eglise. Mais tout ainsy que un navire flottant en mer sans gouvernail est subiect à l'iniure des vents et tormentes, aussy ceste trouppe a tousiours periclité et periclitera encores plus à l'advenir, s'il n'y a un pasteur pour la conduire, congreger et fortiffier contre les assaultz et tentations de Sathan et ses adherents.

Nous avions puis quelque temps receu en ceste ville un ministre envoyé par vous, lequel pour une sedition et poursuitte qui se feit lors a esté contrainct de se retirer ailleurs. Mais quelque remonstrance qu'ayons sceu faire il ne nous a esté possible de le ramener en ce lieu. Chose qui nous vient à un merveilleux regret et deplaisir, nous voyans tumbez en si grande disette d'eau vive que nous n'avons personne qui nous en donne ne qui administre la viande necessaire pour la nourriture et consolation de noz ames. Or combien que jusques a present la bonté de Dieu nous ayt soustenu et esperons qu'il nous soustiendra encores, toutesfois il y a danger que les plus simples et infirmes par faulte d'estre enseignez et admonestez ne tumbent en desespoir ou en erreur. Car ayant d'une part en horreur les ceremonies et ydolatries vulgaires qui ont par si longtemps occupé noz consciences, et d'autrepart n'aiant predication ny pasture telle qu'ilz desirent, s'en vont comme brebiz egarees et se laissent couler a oysiveté et appetitz charnelz: aucuns d'eulx en une licence effrenee, les autres prestent l'oreille aux erreurs qui pullulent en ce royaume, et tous ensemble sont subiectz a mille jniures et calomnies. C'est la cause qui nous a meuz recourir à vous et aux treshonorez et magnificques seigneurs Syndics Consulz et ministres de la parolle de vostre cité, pour vous prier tous unanimement de nous accorder un ou deux ministres pour l'exercice de ce sainct ministere, establissement et conduicte de nostre eglise. En quoy nous vous requerons au nom de celluy qui vous a donné la grace de faire prescher sa louange partout, de desployer vostre bonté et jugement à nous donner personnages qui scachent edifier soustenir et defendre la doctrine et la bergerie qui leur sera commise. Mesmes en ceste ville, laquelle pour estre capitalle est de plus grande jmportance que nulle aultre. Et de nostre part nous emploirons ce qui est en nostre puissance pour leur donner contentement, selon que plus à plain vous entendrez par noz deleguez: ausquelz avons donné charge d'en conferer et traicter selon vostre conseil et ordonnance, et faire tout ce que leur commanderez. Et nous confians du tout en vostre singuliere prudence prierons nostre bon Dieu vous entretenir et conserver longuement en sa saincte grace. De Dijon ce xvi febvrier.

Voz treshumbles freres en Jesus Christ
les fideles de la ville de Dijon.

Pour la Compagnie.
De Frasans.

3717.

CALVINUS BEZAE.

Nonnulla reprehendit in eius disputatione cum Sorbonistis. Addit quaedam ex Helvetia quorum causae nos fugiunt.

(Ex Cod. Genev. 107ᵃ, fol. 252, col. c. Cod. 111ᵃ, fol. 209, Epp. Bern. VI. p. 1011 et Simleri Cod. 103. Versio Anglica exstat in ed. Philad. IV. 258. Ex parte edidit Baum. II. App. 164. Inscriptio et subscriptio in Cod. 107ᵃ autogr.)

A Monsieur et bien aime frere Monsieur de Beze.

S. Nihil abs te accepi [1]) ex quo de exitu, secundae actionis iucundam historiam breviter complexus es. [2]) Verum ut plena est aula doliis perforatis, multi rumores ad nos usque pervolant: ut plura audire necesse sit quam tu scias. Hoc facit locorum distantia ut multi apud nos se plura cognoscere existiment oculatis rerum praesentium spectatoribus. Miror te in prima actione non animadvertisse in quas plagas te coniiceres. Semper mihi displicuit vestra illa ratio, ut dimidia pars causae in antiquitatis testimonio consistat. Hac in re perinde inter nos convenit atque inter ignem et a-

---

3717. 1) *Besa in sua proxima silentii rationem exponet.*

2) *Ipsum colloquium post duas hebdomadas abruptum fuit, postquam ne de imaginibus quidem actionem ad finem perduxit.* (*Hist. eccl.* I. 720.) *Languet p.* 205: Regina desperans aliquid ea ratione posse recte constitui, subito diremit colloquium ac omnes consiliarios et theologos dimisit.

quam. Sed quia non errore vel incogitantia lapsus es, iudicium istud tibi liberum relinquo. Vulnus tamen, cui cicatrix obducta erat, ex professo renovatum cogit me profiteri quantopere abs te dissentiam. Plausibile fuit contra imagines vetustatem obiicere, nunc quid baptismi chrisma, exsufflatio, cereus paschalis? Sed me cohibeo ne videar supra *Marloratum* et similes sapere. Interea me tui miseret quem eorum stultitia in profundum lutum demergit. Quod ad consilium spectat breviter perstrinxi[3]) quid expedire censeam, ubi legeris fortasse negliges: quia nihil profero nisi vulgare. Sed tibi obsequi nihil agendo satius fuit, quam negare quod postulabas.

Nunc transeo ad alia. Nuper vicini nostri[4]) senatum serio rogarunt ut perditus tuus Absalom[5]) in tempore monitus caveret ab ingentibus copiis quae in ipsum parantur. Multa narrant quae aliunde ad vos perferri existimo. Ab altera parte *Bullingerus* quid nobis negotii facessat cognosces ex eius literis:[6]) quas supprimere ausus non sum, ne scilicet nostro silentio res publica proderetur. Hanc curam in te exonero, ne queratur pars alterutra nostro fastidio praeclaram occasionem elapsam esse. Unum abs te vehementer flagito (expende quo verbo utar) ut quam primum detur responsio: quia non habeo multos Dalleros qui famelicis nunciis sufficiant. Deinde non ignoras Gallica celeritate abuti qui cochleis sunt tardiores. Quamprimum igitur me hac molestia libera. Quid autem si opportune ad iniiciendum terrorem oblatus fuerit hic fumus? Sed mea non interest, modo tu festines. Optabam tibi in tanta negotiorum turba parcere: facere tamen non potui quin *Sulceri* literas[7]) mitterem fatuitatis et impudentiae eius testes. Quas velim abs te contemni ut merentur. Vale, integerrime frater et amicissime. Dominus tibi semper adsit, te sustineat invicta virtute et incolumem tueatur. 18. Februar. 1562.

Tuus Carolus Passelius.

Multam salutem tibi precantur collegae omnes, atque etiam novi syndici et senatus.

3) *Vides epistolam aliquam Calvini desiderari.*
4) *Bernenses.*
5) *rex Navarrae.*
6) *quae quum non servatae sint, quid hoc rei fuerit nescimus.*
7) *N.* 3712.

3718.

MINISTRI TONONIENSES GENEVENSIBUS.

Bernam ad synodum vocati Calvinum rogant ut de negotio ibi tractando ad Bernenses et Turicenses scribat.

(Ex Bibliotheca Genevensi fascic. 197aa.)

Clarissimis viris ecclesiae Genevensis ministris quam fidelissimis et nobis carissimis.

Genevae.

Gratia et pax per Christum.

Quia hisce diebus mandatum a clarissimis principibus * nostris accepimus, quo Bernam in proximas Martii calendas[1]) evocamur ut Christi ecclesiae disciplina restituatur, et quia literas ad vos quoque missas accepimus, incerti tamen cuius sint argumenti: verum huius suspicamur cuius est nostrum. Quod si certo sciremus minime ad vos scripsissemus. Caeterum D. *Calvinum* rogatum vellemus, nisi forte eo vos contuleritis, ut literas ad clarissimos viros *Bullingerum* et *Petrum Martyrem* (ac pariter ad ministros Bernenses) quos adfuturos nobis renunciatum est, quibus negotium quum accurate fieri poterit commendet. Caetera tabellarius harum referet. Valete. raptim.[2]) Thononii 18. Febr. 1562.

Claudius Vauterius Decanus[3])
Michael Porretus Iuratus
Iohannes Balduinus Iuratus
Petrus Vincentius Iuratus
Rolandus Perrotus Iuratus.

3719.

BULLINGERUS CALVINO.

Totus est in communicandis rebus recens undecunque allatis ex Helvetia, Italia, Germania, Gallia, maxime politicis, verum etiam de Flacianis, Heshusio, Brentio caett.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117b, olim Serin. C. Epp. Tom. II. fol. 473. — Simler. Vol. 103.)

3718. 1) *N.* 3701. 3713.
2) *Adeo id quidem, ut fere nulla sententia absoluta fuerit.*
3) *cuius manu tota epistola scripta est.*

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fideli pastori domino et fratri suo colendo et dilecto.

Genff.

S. D. Binas a tua humanitate literas [1]) accepi, colendissime domine et frater carissime. Priores scriptae erant 28. Ianuarii et coniuncta habebant acta rerum gallicarum. Posteriores infausta [2]) admodum nunciantes attulit *Linerus*. Scio quantis laboribus opprimaris, ideoque maiores tibi gratias ago pro diligenti scriptione tua. Admonet haec inconstantia levitas atque fatuitas istius [3]) nos divini mandati: Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Deus, qui potentia sua haec operatur, vult in infirmitate virtutem perficere, ut ei soli in solidum omnis cedat gloria. Hic orandus est nobis absque intermissione ut consilium Achitophelis infringat et periclitantem Davidem liberet atque restituat. Hoc maxime a te scire velim, num ille se subiecerit concilio Tridentino [4]) et legatos ex Gallia in concilium miserit? Hostes enim nostri huius aliquid iactitant: unde certum aliquid scire cuperem.

16. Ianuarii concilium aperuerunt Tridenti sublata eius suspensione ac decreverunt primam sessionem habendam Februarii 26. A supplicatione publica dicuntur hoc opus ipsorum putidum esse orsos. In supplicatione fuerunt Infulae circiter 112, multi nimirum cornuti asini. Socii et vicini nostri Quinquepagici dicuntur eo missuri quoque suam legationem. [5]) Totos sese subiiciunt concilio. Mittendum audio Abbatem Heremitanum et Amanum *Lussium* Subsylvanum. Ideoque exspectanda est nobis ante festum paschatis solemnis citatio. Neque inter nostros defuturos puto qui aequum esse iudicabunt ut aliqui mittantur et respondeant pro religione nostra etc.

Spero te literas meas accepisse quas ad te misit vere nobilis vir Hart. [6]) ab *Hallwyl* quibus expono quid Germani aliquot proceres offerant, et spem faciant equitatus et peditatus, si principes Galliae velint, colligendi etc. Interea ex diversis locis accepi varia, quae tibi indicanda esse putavi operae pretium, ut per *Bezam* nostrum ea, si videatur, exponas Galliae principibus. Quanquam, si vera est fama, mortuus est princeps *Condensis*: [7]) quod ut falsum sit Dominum oro, si verum, ut letiferum vulnus sanet. Argentina [8]) scribit vir quidam non vulgaris: Princeps *Guysianus* exspectatur ad Tabernas in Alsatia: huc veniet princeps *Wirtembergensis*, coniunget se huic *Bipontinus*, colloquentur hi cum *Guysiano*: ita enim hic postulavit. Variae referuntur causae huius conventus. Alii enim putant *Guysianum* postulaturum, ne Germani obsistant eius conatibus ac haereticos in Gallia iuvent. Nam quibusdam Germanis principibus Calvinistae et Zuingliani non minus quam Anabaptistae haeretici esse iudicantur. Alii putant *Guysianum* implorare auxilium ab his principibus ut, inquam, se sequestres interponant inter ipsum ac *Nemursium* et Regem Galliae. Addunt, polliceri Guysianos se libenter amplexuros confessionem Augustanam. Nimirum ut turbent universam Galliam. Haec in tempore moneo: tu quid iam facto opus sit scis. Miseret me *Bezae* nostri qui ita haeret in laboribus intolerandis et depugnat cum tot gravibus adversariis. Diligenter eius salus Domino indesinentibus precibus est committenda. Salutabis illum meo nomine.

Lipsia scribitur huc, episcopatus tres, Magdeburgensem, Hallensem et Merseburgensem, [9]) sponte accepisse evangelium et abiecisse papatum. Liberum canonicis permissum coniugium, scortationem prohibitam: monachis et nonnis ac sacrificis certum praescriptum tempus quo aut nomina dent evangelio aut inde migrent. Literae scriptae sunt circa medium Ianuarium. Martburgo scribitur ad me Februarii 1: Rex *Daniae* naves aliquot onustas amplis opibus vi Hamburgensibus abstulit: unde res ad atrox bellum spectare videatur, cui facile multi sint implicandi. Non procul Colonia Aquisgranum versus militem conscribi *Philippo* vel Guysianis.

Ex Italia audimus, subditos comitis *Petiliani* defecisse ad principem *Florentinum*. [10]) Hunc consentiente papa novum instituisse ordinem equitum, quales Rhodii sunt, quos S. Stephani [11]) nuncupet,

---

3719. 1) *Neutra aetatem tulit.*

2) *nempe de Navarreno* (*cf. N.* 3709) *iam fere apostata, etsi adhuc simulante. Vide sequentia. Languet p.* 207. *Mém. de Condé* III. 190.

3) *regis.*

4) *Languet* 8. *Cal. Mart. p.* 205: De concilio hic est multus sermo. Mittitur eo legatus Candalius Vasco cognatus reginae Navarrae. Quidam dicunt adiungendum ei D. de Vielleville praef. Metensem qui nostrae religioni aperte favet. Dicuntur etiam brevi eo ituri plurimi episcopi, sed credo rem non serio agi. — *Legatus Galliae fuit Lud. de S. Gelais de Lansac, cum Arn. du Ferrier, président des enquêtes du Parlement de Paris, et Guy du Four de Pibrac* (*de Thou* III. 259).

5) *N.* 3689. 3712. *Abbas Heremitanus* (*Einsiedeln*) *fuit Ioachimus Eichhorn.*

6) *Hartmann. Literae non exstant.*

7) *Minime vera erat, sed morbi occasione orta.* (*Languet* 10. *Ian. p.* 188.)

8) *Cf. N.* 3704. 3711. 3712.

9) *N.* 3712 *not.* 3.

10) *Languet p.* 206: Dux Florentiae (*Cosmus*) expulit tota ditione comitem Petilianum Ursinum et eius oppida munivit praesidiis (*de Thou* III. 278).

11) *de Thou* II. 864.

ut illi vocantur S. Ioannis. Et quidem nunc ordinasse 200 et misisse in insulam Elbam pugnaturos contra Turcas. Dedisse item annui reditus ducatus 25000. Multum item esse rumorem de bello gallico, ac in Italia pro certo affirmari Galliam fore debellandam. Hoc nimirum ille [12]) timuit qui professus est se obedientem filium fore romanae ecclesiae.

Heydelberga scribitur 12. Februarii: Wimarienses [13]) principes eiecerunt tandem *Illyricum*, *Wigandum*, *Iudicem*, *Musaeum* et alios quosdam, quod intellexerunt quid isti quaerant, et quod acerbis scriptis perturbarunt omnia. Dicuntur migrasse in Pomeraniam ut illam quoque perturbent.

Heidelberga missae sunt ad me literae his meis inclusae una cum libro Til. *Hesshusii*, hominis perfrictae frontis et insani. Postulatum, ad te ista mitterem mature. [Habet *Martyr* quoque exemplum quo uti potero]. [14]) Heri accepi, hodie mitto. Legam et ego, ubi absolvero responsionem meam quam do *Brentio*, de coelo, dextera Dei, de personali unione et de coena Domini. [15]) Imprimitur et absolvi fere. Scribo latine et germanice: Scis nimirum illum contra me scripsisse utraque lingua. Ideo non potui dissimulare, licet invitus pugnem. Nec dedi illi iustam occasionem, nec nominatim contra ipsum scripsi antea quidquam. Docet ille, coelum, sedem beatorum et dexteram Dei esse ubique, et corpus Christi esse ubique etc. Si volueris respondere *Hesshusio*, oro te ut brevibus et perspicue et ad rem respondeas, praeterita eius persona et dissimulatis conviciis eius. Sed quid sus Minervam? etc.

Non puto *Castalionem* praeficiendum scholae Lausannensi. Dum enim huius aliquid audirem serio admonui amicos ut sibi ab hoc homine caverent. Scio et *Hallerum* manibus et pedibus reniti.

Synodus fuerat indicta Bernam, [16]) sed rursus propter turbas illas et alias causas intermissa. Conantur alias rebus bene consulere. De qua re alias ad te scribam copiose, quum plus erit otii. Ad hanc enim rem opus erit etiam tua fideli opera.

Mirum est tanto tempore *Coignetium* abesse. [17]) Metuo sane ne arte fiat et dolo malo. Sed committamus haec omnia Domino. Oro te, mi frater, ut mature significes num meae tibi sint redditae, et si quid memoratu dignum habes ex Gallia addas, maxime vero significes, num regnum Galliae miserit legatos in concilium. [18]) Vale. Dominus aeternum te et tuos servet. Salutant te fratres. Saluta amicos et fratres omnes. Festinantissime. Tiguri. 20. Febr. 1562.

H. Bullingerus tuus.

3720.

HALLERUS BULLINGERO.

Pertinet ad negotium de disciplina in ditione Bernensi instituenda aut reformanda.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 106, olim Epp. Tom. II. fol. 861. — Simler. Vol. 103.)

Clarissimo viro D. Heinrycho Bullingero Tigurinae ecclesiae antistiti fidelissimo domino suo honorando et compatri carissimo.

S. Heri sub noctem me ab aedibus absente cursor noster, qui consilium nostrum de disciplina ad vos detulit, [1]) reversus est et tuas attulit, ex quibus tamen non intelligo quid senatui respondeatis. Suspicor tamen suspendi a vobis responsum. Interea rogo, ut et prius, ut vestram interponatis apud nostros autoritatem. Ea enim plurimum poterit, si intelligant vos nobiscum sentire. Velim interea D. *Calvinum* quoque consentire: sed hoc ipsum tu quoque tua efficies autoritate. Nostrorum alias plerisque ita exosus est, ut ingratum sit illis quidquid ab eo proficiscatur. Non dubito tamen quin

---

12) *rex Navarrae.*

13) *N.* 3699. 3711. *Salig* III. 843 *sq.* *Planck* IV. 636.

14) *Haec ad marginem.*

15) *Bullingeri tractatui de verbis Io.* 14, *Brentius opposuit suam* Sententiam de libello Bullingeri *etc. Tub.* 1561. *Iam hic contra:* Gägenbericht uff den Bericht Hrn. Iohannsen Brentzen von dem Himmel und der Gerächten Gottes. Zür. Frosch. 1561. 8. Responsio qua ostenditur sententiam de coelo et dextera Dei adversaria D. Io. Br. sententia non esse eversam. Tig. Frosch. 1562. 8. (*Hartm. u. Jaeger, Br.* II. 386.)

16) *Vide nuperas Halleri et praecedentem Tononensium. Ruchat* VI. 446: Les Seigneurs ne tinrent pas parolle aux ministres et se repentirent des avances qu'ils leur avoient faites. Dans le temps que les députés se préparoient à aller à Berne ils leur écrivirent le 20. Fevrier: que vu les affaires pressantes et les bruits continuels de préparatifs de guerre ils se voyoient obligés à changer de dessein et à révoquer la convocation d'un synode, se contentant de communiquer cette affaire aux ministres des cantons réformés et de prendre leur avis. En effet ils ordonnèrent aux ministres et professeurs de leur capitale de faire un plan ou projet de discipline eccl. et ce projet étant fait on le communiqua aux ministres et professeurs de Zurich et de Schaffhouse.

17) Impediebatur coniugis valetudine quae lethaliter decubuit. Cf. Fabritii ep. ad Bull. d. d. 26. Febr. (*Simler*).

18) *vide not.* 4.

3720. 1) *Vide praeced. not.* 16.

ipse pro sua pietate et prudentia propter gloriam Domini et ecclesiarum salutem hoc facile dissimulaturus sit. Committo omnia tuae prudentiae, et oro Dominum ut is omnia optime disponat et ad felicem finem deducat. Sane perquam utile esset statui a vobis solidum aliquid quod posteritas sequeretur: alias, si a vobis clarissimis ecclesiae et saeculi nostri luminibus res indecisa ad posteros transmittatur, maximas prospicio turbas orituras. Scio quidem quid de hac materia et D. *Martyr*, et D. *Calvinus*, *Viretus* item, *Bucerus* et alii scribant. Sed aliud est simpliciter scribere et aliud rem in effectum deducere. Occurrunt enim tam multae difficultates, tam varii casus, ut velim viam ita sterni ut tolerabilis et aedificabilis esset modus in quem consentirent omnes quemque omnes sequerentur. Quamvis non ignoro non posse eandem formam in omnibus ecclesiis servari, sed pro earum diversitate et commoditate agendum quod semper aedificabile fuerit. Sunt tamen communia quaedam quae conciliari poterunt. *Ich sorg sonst,* si ex corde dicendum est, *wir plätzind*[2]) *an eir sach die talig* ins werch kon werde vnd werde grad gon wie zu Basel. da ist man lang mit vmmgangem, ist aber pludermns* hosen.* Haec apud te. Von Glarus[3]) schript mir Amman *Bäldi.* Communicavi eas consuli et senatui, et hodie ea de re agetur serio. Scripserunt interea nostri iterum ad vestros, *vnd weltend gern das man zun sachen thäte, so dunckt vns immer, ir habind lüth die vil zläw sigind. Ich gespüren bi den vnseren anders nüt denn das sî ger hettind das man ein mal mitt denen lüthen Tütsch rette die da meinend himmel vnd erden stand an inen. Nun weisz ich wol das an üch nüt erwinnt. aber wo es fäl weisz ich auch wol. Gott bessere es. amen.*

Haec raptim et festinantissime. Proinde ignosce. Salutem dicam quibus iubes. Salutant illi te vicissim. Salutem dic symmystis omnibus, tum quoque uxori et familiae. Bernae 20. Februarii 1562.

Gislingerum nostrum, qui has affert, tibi commendo. Luit adhuc poenas iuventutis levius transactae, interea tamen se mediocriter bene gerit.

I. H. tuus.

---

2) *flicken.*

3) *De negotio Glaronensium cum Quinquepagicis habitus est conventus in Rapperschwyl d. 25. Ian. et Aroviae d. 23. Martii, sed nihil effectum.*

3721.

SOREL A CALVIN.

Il est invité par sa souveraine à revenir à Neuchâtel où les affaires souffrent par suite de son absence. Mais ses services lui paraissent plus nécessaires à Troyes et il attend qu'il obtienne un congé.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 109, fol. 101.)

A Monseigneur et frere Monsieur Despeville
a Geneve.

Monsieur et honore frere, ce mot sera pour vous advertir que ma Dame la duchesse *de Longueville* ma envoye lettres par un messager expres me pressant fort de retourner a Neufchastel, me sommant de ma promesse et de mon devoir, me chargeant destre cause que les affaires demeurent en confusion le Synode retardé et aucunes elections suspendues jusques a ce que je soys par de la. Dont je suis en grande perplexité. Nous avons envoye un homme expres vers vous il y a environ 12 jours par lequel leglise avoit quelque esperance que jobtiendroye mon conge pour demourer icy, mais a ce que je voy il ny a nulle esperance et que cest un faire le fault que je retourne a Neufchastel. Touttefoys leglise ma prié dattendre que nous ayons nouvelles de nostre homme qui est allé vers vous. Parquoy il ma fallu renvoyer lhomme qui m'estoit venu querir avec excuses que jenvoye a ma dicte Dame la priant de prendre en bonne part si je ne suis de retour sitost quelle desire dautant que ceste esglise attend le retour dun messager quelle a envoye expres a Geneve et a Neufchastel pour exposer la grande necessite de ceste eglise. Laquelle sen va destituer de pasteurs si Dieu de sa grace ny pourvoist bien tost. Je desireroye fort avoir bien tost un mot de vous tant pour me resouldre du tout que pour contenter ceste eglise afin quelle prenne en bonne part ceste necessité de men retourner. Si le pouvez faire vous mobligerez tant plus a vous. Au reste je ne doubte que nayez en recommandation ceste eglise scachant bien de quelle consequence elle est. Sur quoy apres mestre recommande a vous et a voz sainctes prieres, je prieray Leternel vous avoir en sa protection et vous maintenir en bonne prosperite. Leglise vous salue. De Troyes ce 23. Fevrier 1562.

Vostre humble frere et serviteur
Jaques Sorel.

3722.

HALLERUS BULLINGERO.

Synodus pro tempore non congregabitur, qui fortassis optimus erat pacis servandae modus.

(Sequitur in utroque codice praecedentem eiusdem.)

Clarissimo viro D. Heinrycho Bullingero Tigurinae ecclesiae pastori fidelissimo, domino suo honorando et compatri carissimo.

S. Regium est, inquit ille, audire male, quum feceris bene. Idem mihi a multis contingit, quod tibi. Paraverunt se ad synodum classes, sed vidisses mira si processisset. Exspectamus nunc vestrum et Scaphusianorum iudicium. Literarum tuarum αὐτόγραφον non remitto, si forte (quoniam apud senatum et diacosios lectae sunt) de his requirerer amplius: mitto vero descriptum earum, ut quid scripseris scias et calumniatoribus obiicere possis. Gaudent fratres multi, quibus pax cordi est, de synodo sublata, alii tanquam fulmine consternati sunt, postquam ipsis significatum est suspensam esse. Fuerunt interea multi Genevae, et se egregie pararunt. Orandus Dominus ut acerbitatem illam tollat. Quod nos attinet, per Domini gratiam concordes sumus omnes. Cuperemus ecclesiae morbis et offendiculis occurrere. Vellem tamen hoc candide prudenter et cum bono consilio fieri, ita ut fructus sperari possit. Hoc multi non curant, qui vellent omnia sursum deorsum verti, modo ipsorum affectibus satisfieret, et vicisse viderentur. Pauci sunt qui illud apostoli considerent: Quae pacis sunt quaerite, et quae aedificationis, alius erga alium. Apud nos partes non sunt, sed dum altercantes conciliare studemus, et nos interponimus, abripimur quoddammodo quasi violentis vorticibus in ipsum pelagus controversiarum. — — — — — — — — —
Bernae 25. Feb. 1562.

I. H. t. t.

3723.

BEZA CALVINO.

Relationem suam suscipit ubi nuper substiterat, ex qua perspicies eum spem antea conceptam iam abiicere coepisse.

(Ex authographo Cod. Genev. 117, fol. 71 sine inscriptione. Aliud exemplar MS. non exstat. Edidit Beza, multis praeteritis quae nos hic uncis includimus, Genev. p. 265, Laus. p. 548, Hanov. p. 616, Chouet p. 363, Amst. p. 166. Unde etiam descripsit Baum II. App. p. 165.)

S. Diu et obstinate tacui, [1]) ne tibi sollicitudinem et dolores augerem: sed ne nunc quidem possum aliud quam turbas et tumultus nunciare. Primas actiones nostri congressus diligenter ad te perscripsi: postremae non dissimiles fuerunt. [2]) Audivimus infinitas et incredibiles ineptias. Ita illis responsum est, Dei gratia, ut mirer adversarios prae pudore et ignominia non corruisse. Perstiterunt tamen, suo more, et omnes contumelias fortiter devorarunt. Ubi ventum est ad primi capitis de imaginibus conclusionem, tres inventae sunt sententiae. Nos enim petiimus semel eiici imagines: adversarii cum omni suo cultu retineri. Medii (id est, *Valentinus* Episcopus, *Salignacus*, *Spensa*, *Botellerius*, *Picherellus*, a quibus alioqui miserrime et acerbissime vexati sunt hostes) cultum duntaxat sustulerunt. Tum Regina, cuius patientiam tibi satis connotare non possum, [3]) nos ad concordiam multis verbis cohortata, tandem imperavit ut singulae factiones suam sententiam perscriberent. Hostium opinionem nec describere, nec mittere placuit. Ex nostra cognosces, nos de industria studuisse ut abrupti colloquii culpa omnis in illos transferretur. Id enim callide captabant, ut quoniam primi eramus sententiam nostram recitaturi, si praecise negaremus nos nunquam nec ullis conditionibus coituros nisi omnibus imaginibus statim profligatis, responderent sibi cum tam praefractis hominibus nihil fore negotii, et alioqui fuisse de iure suo decessuros. Neque vero nos haec exspectatio fefellit. Nam simul atque viderunt nos de veritate quidem nihil concedere, sed tamen, oblata quadam conditionis specie, illis eripere quod quaerebant, aperte coeperunt per suos dicere omnia haec ad Concilium Tridentinum esse remittenda. Nos autem contenti fuimus de nostra promptitudine testari, et manifestas rationes proferre, cur illius conciliabuli decretis stare non possemus. Regina initio in ea erat sententia, ut omnino vellet illos ad

---

3723. 1) *Respondet ad N.* 3717.
2) *Hist. eccl.* I. 694—720 . . . . L'issue fut telle que chacun se tint à ses opinions sans qu'autre chose s'en ensuivist. — *Languet l. l.:* Disputatum est de imaginibus tantum per decem aut duodecim dies et in hoc videbantur plerique consentire ut removerentur ab altaribus et reiicerentur in aliquem angulum templi, nec ullis illis cultus exhiberetur. Verum aliqui Sorbonistae dixerunt tali decreto labefactari autoritatem totius rel. pontificiae, seque in illud nunquam consensuros. (*Cf. Baum* II. 544.)
3) *Primum scripserat:* cuius patientiam non possum tibi satis praedicare.

finem usque pergere: sed quum animadverteret, factiosos quosdam hac occasione arrepta interea per cuniculos aliud moliri, tandem per Cancellarium significavit, sibi non videri ut procederet colloquium, quandoquidem in primo capite, quod maxime videbatur perspicuum, tanta appareret dissensio. Nihil hoc consilio gratius accidere potuit nostris adversariis quibus iste ludus minime placebat, adeo ut ipse *Demochares* (asinus omnium quadrupedum *Mallario*[4]) excepto, infacetissimus) paene sui oblitus in meos amplexus rueret, et eius sodales honorifice me salutarent. Relinquo tibi cogitandum quam belle mihi cum illis bestiis convenerit. Certe non sine risu ipsius Reginae illos a me dimisi. Interea iussi sumus nostram de reliquis etiam capitibus sententiam paucis perscribere. Sed hoc fiet, opinor, ad calendas graecas.

Interea dum haec fabula peragitur, non credas quas nobis tragoedias excitarit ille quem minime omnium oportuit,[5]) de quo si deinceps scripsero *Iulianum* vocabo. Dicam uno verbo, opus est Domini iusta sua iudicia exercentis: et vix ullum exstat similis levitatis perfidiae sceleris exemplum. Neque puduit illum, quo die sum eum in lectulo alloquutus, non aliter mecum agere quam si ignorarem quae vel ipsis pueris nota sunt. Ab eo tempore odium in me suum non iam dissimulare sed aperte prodere coepit, et spiritu malo palam agitatus insanire. Sed bene habet quod Deus omnem illi mentem ademit, adeo ut ne insanus quidem videatur magnopere formidabilis. Uxorem autem tibi affirmo duplo fortiorem esse, quam unquam antea.

[*Condaeus* convalescit, sed eius vultus nescio quid triste mihi ominatur, in quo utinam me fallat coniectura. Interea et illum tibi confirmo in hoc morbo valde profecisse.] In *Posidonio* et altero eius fratre nihil est quod requiras. Uterque cessit[6]) illius insani furoribus, sed certo consilio, quod nobis utile fore spero, quamvis maluissem ad extremum invictos sese opponere. Sed aliter iudicant faciendum fuisse quibus arcana ista notiora sunt quam mihi. Hoc quidem scio, et Regi et Reginae gratissimos discessisse, et spero aliis ad exeundum ianuam patefecisse qui minime hoc sperarant. Tertius frater[7]) in aula remansit, homo, si quisquam in eo ordine alius, plane integer: adeo effusa est Dei benedictio in totam illam familiam. Hac occasione arrepta, cupide et ipse ex aula discessi[8]) ad patrem profecturus, simulque me ad reditum comparans. Sed ecce novae turbae in quibus nefas fuit hanc ecclesiam (cuius gubernationem nosti) deserere. [Nam tyrannidem illam quam tantopere metuis tantum abest ut noster senatus arripuerit ut contra][9]) neque precibus neque minis potuerit exorari, ut iniquissima etiam addita duorum capitum declaratione edictum promulgaret.[10]) Hinc igitur infiniti tumultus, conspirationes apertae, mutuae caedes, et quid non? et haec omnia debemus accepta referre *Iuliani* furoribus. Interea grex crescit infinitis modis: quae una res me hic retinet, quoniam video Dominum huic qualicunque meo labori benedicere. Abhinc quatriduum Regina huc venit, ut edicti promulgationem extorqueret. Eius consilium infelix ille impediit. Edictum igitur illa, una cum ea quam dixi declaratione secum abstulit, et senatum monuit ut saltem melius aliquod consilium daret. Eodem die, qui tamen festus non erat, convenimus in concione pomeridiana ad viginti quinque hominum millia, in quibus erant plurimi omnium ordinum huius civitatis non alio habitu, quam si in curiam fuissent ingressuri, et ex nobilitate quamplurimi.[11]) Hoc spectaculum alios ad rabiem et desperationem adegit, alios fregit, alios coëgit suspensos haerere: et sane in his turbis quidvis experiendum video. Consilium eorum qui in senatu nobis adversantur, id est partis aliquanto maioris, eiusmodi est in summa. Observandum

---

4) Jean Maillard, doyen de la Sorbonne (*Baum* II. 516.)

5) *Mém. de Castelnau l.* III. *p.* 78: La réconciliation du roy de Navarre avec ceux de Guise fut maniée fort dextrement par le Card. de Ferrare . . . . Quelques uns désireux de les voir reunis dirent au Connestable et au duc de Guise que le Roy et Condé vouloient leur faire rendre compte des finances de France qu'ils avoient maniées sous Henry II. et François II., et répéter les dons excessifs à eux faits et que le moyen d'empescher cela seroit tirer le Roy de leur costé en luy persuadant que le Pape avoit tant fait avec le roy d'Espagne qu'il luy rendroit le royaume de Navarre pourvu qu'il tint le parti catholique. Ces propos furent confirmez par le Nonce et l'ambassadeur d'Espagne, qui s'entendoient l'un avec l'autre connoissant la facilité de ce prince à estre persuadé. D'autre costé il luy faschoit d'estre controllé par l'Amiral et autres protestants de la cour *etc. Comp. les Addit. de Le Laboureur p.* 744. — *Lettre de l'ambass. Chantonney* (*Mém. de Condé* II. 21) 3. *Févr.*: M. de Vendome monstre beaucoup de bons signes, mais pour l'entretenir en ce bon chemin il faudroit que le Roy luy donnast ung petit plus d'espoir de traicter avec luy sur ses pretentions, car autrement il seroit mal aysé de soubstenir longuement ceste praticque. Mad. de Vendome a esté contraincte par son mary de se desister des presches que se souloient faire en son quartier à S. Germain.

6) *Chantonney* 23. *Févr.* (*l. c.* II. 23) *refert quo pacto eos adversarii ex aula removere studebant. Bruslart, p.* 71: En ce temps cy M. l'Admiral et M. d'Andelot se retirerent de la Court en leurs maisons, qui ne fut grand perte pour la Republique parce qu'ils estoient les plus grands fauteurs des Heretiques.

7) *l. l.* semblablement le cardinal deliberoit de s'en aller en son Evesché.

8) *Sangermano Lutetiam.*

9) *Edd. nihil nisi:* deserere. Senatus neque precibus *etc.*

10) *Languet* II. 206; *Bruslart p.* 70; *Hist. eccl.* I. 689.

11) *a prima manu*: equites circiter octingenti optime instructi.

esse Iulii mensis edictum, non quale habetur, sed ita ut perscriptum erat in curiae registro, id est multo crudelius.[12]) Non deesse principem (is est *Aumallaeus*) qui paratus sit intra mensem omnes istos extra regni limites profligare. Sorbonam scripturam esse brevem catechismum, qui a catholicis doctoribus in omnibus oppidis explicetur: itemque fidei capita, quibus Rex ipse primus, deinde omnes sine exceptione subscribant. Qui hoc facere recusarit, si quo munere fungatur, ab eius functione per annum abstineat: nisi intra annum resipuerit, exsilio et fortunis multetur. Sin privatus fuerit, intra mensem excedat Regni finibus, ministri intra diem decimum quintum, addita revertentibus capitali poena, pellantur. Nostrarum ecclesiarum matrimonia irrita habeantur, et ex iis prognati mares vel foeminae inter spurios numerentur. Quid amplius? ut quos baptisavimus alieni ab ecclesia censeantur. Haec illi: et sane gaudeo quod nullum medium consilium ceperint. Neque enim arbitror ullum prorsus fore qui non eos ut stultos rideat et ut insanos reiiciat. Interea exitum aliquem praestolamur. [Quid sperem rogas. Respondebo, incertus magis sum quam antea. Sed tamen dico me sperare futurum ut edictum obtineat, et ita nobis (quamvis non sine immensis difficultatibus) ad plenam libertatem ipsa necessitas aditum patefaciat. Urget serio Regina ut respondeamus de liberi concilii conditionibus, et scio nihil hic fraudis subesse. Iam enim tandem intelligit res suas cum nostra salute esse coniunctas. Cuperet autem alias etiam ecclesias, praesertim vestrates, habere in eadem voluntate consentientes. Rogo igitur et obsecro ut quid tibi videatur tu ipse ad nos diligenter et primo quoque tempore perscribas, simulque Tigurinos et alios quoscunque poteris ad idem consilium capiendum horteris, quod fortassis expediet publice scripto libello reponi. Sed celeritate opus est quia properant adversarii et Reginam urgent.]

De mea valetudine, videor quidem mihi melius habere, sed tamen quotidiani labores vix sinunt me respirare. Interea millies mori malim, quam in tanta tempestate quiescere, laborantibus omnibus. Preces tantum peto, et rogo, mi pater, ut, quod ad rem istam attinet, caetera arbitrio meo relinquas. Nam si tute hic esses, piger tibi viderer in tanta necessitate, quantam hic conspicio, in ea urbe quam adversarii praecipue petunt. De meo reditu idem est mihi animus. Quid multi cupiant atque etiam importunissime flagitent, partim iam admonui, partim deinceps cognoscetis. Nam etsi ita restiti, ut millies praedixerim nihil tale esse ipsis cogitandum, tamen video ipsos omnia tentaturos. Quid expediat si requiris, puto de hoc constitui non posse in ista rerum perturbatione. Coniicio *Iulianum*, qui omnibus bonis semel bellum minatur, nunquam passurum ut diutius in hoc regno maneam. Sed in omnem, ut aiunt, eventum proderit publicis literis me ad Calendas Maii, ad summum, revocari. Si interea eiiciar, certe solus non ero. Sed hoc, ut spero, Deus avertet. Sin minus, tamen omnes intelligent merito me de reditu cogitare: et hoc fortassis obstabit, quominus ad vos mittantur qui vobis atque etiam mihi sint molesti. Haec tamen ita dicta et scripta sunto, ut me existimetis nihil aliud decrevisse, quam quod censueritis ex usu esse ecclesiae, sive hic mihi sit manendum sive redeundum.

Iam ad postremas tuas venio. Quod de Hispani et aliorum foedere istic fertur, iampridem hic volitat: et facit adversariorum confidentia, ut non penitus vanum esse rumorem coniiciamus. Sed nihil certi possumus adhuc affirmare, quamvis *Posidonius*, qui tum hic erat quum literae tuae et illi et mihi redderentur, omnia sedulo sit expiscatus. Nam commode evenerat ut tum quoque Regina hic esset. Puto igitur neque contemnendum esse hunc rumorem, neque nimium reformidandum. Diligenter omnia scrutabor, et statim perscribam.

[*Cognetius* heri ingressus est iter recta ad vos et omnia se curaturum promisit. Profecerunt *Bullingeri* nostri literae ad eius iter accelerandum, id est ad eum extrudendum.] Et hic necesse est, mi pater, ut tibi alioqui tot laboribus oppresso hoc onus invitus imponam ut *Martyrem* et nostros illos quoties licebit certiores facias eorum quae hic geruntur: quamvis hac molestia, quoad eius fieri poterit, ipse te libenter liberabo. [Quod *Trierii* nostri liberos tam sollicite mihi commendas[13]) tuo in illum amori tribuo. Nam alioqui factam mihi iniuriam sane arbitrarer. Itaque, quamvis ab aula absim, tamen per amicos omnia procurabo, magis etiam diligenter quam si meum proprie negotium esset. Et *Posidonius* ipse antequam hinc discederet, cuidam ex suis hoc negotium diserte commendavit.]

Habes literas aliquanto longiores quam si saepius scripsissem: sed tamen rogo ne ulla negligentia factum putes ut tam diu tacuerim. [Si vera sunt quae hodie accepimus, iam in castris versamur. Sed Deus potens est. Abessem quidem libenter si Deo,

12) *Bruslart p. 72:* Le 25. Févr. arresterent qu'il pleust au Roy faire derechef publier l'edit de Juillet auquel seroit adjousté que les ministres et predicants seroient tenus de vuider hors le royaume. Ces advis du Parlement furent envoyés au Conseil du Roy et non toutesfois bien receus, qui fut cause aux adversaires de l'Eglise d'estre plus orgueilleux et de continuer à aller en leurs presches du Patriarche et de Popincourt garnis de pistolets et autres armes.

13) *N.* 3715.

visum esset: sed vicissim ibi sum libenter ubi me Deus collocavit.] Bene vale, mi pater cum fratribus, collegis et amicis omnibus. Dominus Iesus te magis ac magis in opere suo confirmet et ad extremum usque tibi benedicat. Lutetiae 26. Februarii.

Tuus Beza.

[*Davidem* meum *Remondo* nostro commendo.]
[Nostrum [14]) illud negotium *Obrechtus* mihi videtur in alienum potius quam in suum apud Iulianum procurasse. *Malignius* [15]) hodie in aulam abiit, qui omnia se conaturum promisit. Ego ab homine tam perfido nihil exspecto. Si privilegium Psalmorum [16]) bene administretur, non dubito quin intra annum possit satisfacere: sed vereor ne Lugdunensis quod suum est quaerat. Qua de re ad *Veracium* nostrum scripsi.]

3724.

HALLERUS BULLINGERO.

Accepit eius ultimam et quae ipsi mandata sunt exsequutus est. De Castalione nulla amplius quaestio.

(Ex autographo eiusdem Codicis Turic. unde et praecedentes Halleri fol. 904. — Item ap. Simlerum.)

Clarissimo viro D. Heinrycho Bullingero Tigurinae ecclesiae pastori fidelissimo domino suo honorando et compatri carissimo.

S. Nudius tertius per Ungarum illum scripsi. Interea heri sub noctem tuae 20 Feb. scriptae [1]) mihi redditae sunt una cum libro *Heshusii* et literis ad *Calvinum* pertinentibus. Librum istum hac nocte *Musculus* percurrit. Iam adest commode nuncius Genevensis, cui illa omnia Genevam perferenda dabo. Tristia sunt, quae de *Navarro* audimus, Dominus illi det integritatem maiorem. Quae de conventu apud Tabernas Alsaticas, iam prius nos quoque habuimus. De *Castalione* iubeo te bono animo esse. Non defuerunt qui illum nobis obtrudere conarentur, inprimis vero ὁ ἀρχιγραμματεύς, [2]) qui nescio quam singularem cum eo consuetudinem habet, sed interposuimus nos ita ut ille loco cesserit, nos alium ordinaverimus. — — — — — — — — — — — Bernae 27. Febr. 1562.

14) *Haec in margine. Videntur pertinere ad ea de quibus Sturmius sub finem Dec.* 1560.
15) *N.* 3253. 3260.
16) *Reg. du Conseil.* 22. *et* 27. *Ian.* 1562.
3724. 1) *N.* 3719.

2) *De Zerkintis studiis pro Castellione v. N.* 3023. 3686.

3725.

LE SÈNAT DE GENÈVE A CELUI DE LUCQUES.

Réclamation contre un édit qui frappe quelques réfugiés Italiens retirés à Genève et reçus bourgeois de cette ville. [1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie 1562. Minute corrigée par Calvin.)

Magnificques Seigneurs, six ans sont passez que aulcungs de voz citoyens se sont retirez en en ceste nostre cite pour la cause que scavez et qui vous est notoire, lesquelz nous avons receuz par amitye et benignement. Et apres que avons cognu leur vie bonne et moeurs honestes nous les avons receu pour habitans Et despuys avons faict aulcungs diceulx bourgeoys pour jouyr et participer avec nous de tous les privileges commoditez et prerogatives de ceste nostre cite et habitans dicelle. Or toutesfoys nous avons entendu que despuys le moys de Janvier dernier passe vous avez faict ung edict nouveau contre aulcungs deulx, declarez par vous rebelles, par lequel promectez loyer et sallaire de troys cens escutz avec aultres choses a celuy ou ceulx qui tueront aulcungs diceulx non seulement en vostre pays et territoire mais aussy au pays d'Italie, france, flandres, et espagne. Ce qui nous vient a desplaisir et nous contriste grandement comme chose contraire a la protection et saulvegarde en laquelle nous les avons receu dautant que eulx ayans par vous este privez de vostre civilite et par nous faictz et receuz en nostre subiection par le moyen de vostre edict sommes grevez en nostre liberte par ce quilz sont privez du moyen de trafficque et commerce es pays qui ne sont de vostre subiection, A ces causes nous envoions le present porteur lung de noz hommes vous prians affectueusement que attendu les choses susdictes jl

3725. 1) *Vide Pii IV. ep. ad magistratum Lucensem d. d.* 20. *Ian.* 1562 *ap. Raynald. Annal. ad. h. a.* §. 138. *Trechsel* II. 331. — *Memineris Lucae olim Vermilium, Lacisium, Martinengum, Tremellium docuisse.*

vous plaise revoquer ung tel edict afin de maintenir et conserver lamitye qui a este de long temps entre vous et nous a vostre grand profict et utilite joinct aussy quil est necessaire et utile pour la liberte de la vostre et nostre republique quil y ayt mutuelle affection et convenance en toutes actions civiles et commerces. Et ce faisant comme nous esperons que ferez, nous ferez chose agreable. Et le semblable ferons pour vous quand loccasion sy presentera. Aultrement nous ne pouvons faire sinon conserver nostre liberte et pourveoir a la seurete et jndemnite de noz subiectz a laquelle nous sommes obligez. Comme nous ferons en temps et lieu par les moyens que *droict et raison le porteront: selon que vous mesmes porrez iuger* [2]) *Prians* le seigneur conserver vostre seigneurye [3]) *Donne ce xxvij^e de Febvrier* 1562. [4])

2) *Les mots soulignés de la main de Calvin. Il y avait d'abord:* que noz ordonnances portent.

3) *Voici quelques notices qui peuvent servir à l'intelligence de cette lettre:* L'émigration pour cause de religion avait commencé à Lucques dès 1555. Parmi les noms les plus connus furent ceux des Diodati, des Saladini, des Burlamacchi, des Calandrini, des Turretini etc. (*Eynard, Lucques et les Burlam. P.* 1848. *p.* 184.) Ils vinrent s'établir à Genève et à Lyon, centre de l'industrie des soieries à laquelle s'adonnaient les Lucquois . . . . Un décret du 9. Janvier 1562 ordonna que des commis de la nation veilleraient à ce que tous les Lucquois de Lyon communiassent ensemble. De plus il était défendu que des Lucquois tombés en hérésie pussent habiter en Italie, en France, en Espagne, en Flandre et Brabant. Quiconque en tuerait un gagnerait 300 écus d'or de la commune de Lucques (*ibid.* 191). Le 5. Mars Berne suivit l'exemple de Genève et adressa au sénat de Lucques des représentations en faveur des réfugiés (*ibid.* 198). — *Ruchat* VI. 462: Dans ce temps là la république de Lucques publia un édit fulminant contre ceux de ses citoyens qui avoient quitté leur patrie pour cause de religion et s'étoient retirés à Genève pour y servir Dieu en liberté de conscience et y avoient acquis le droit de bourgeoisie. Par cet édit on promettoit 300 écus à ceux qui tueroient un seul de ces réfugiés. La cour de France prit ces gens sous sa protection, et écrivit aux magistrats de Lucques pour arrêter le cours de cette inhumanité. Les Seigneurs de Berne, prenant intérêt à la tranquillité de Genève leur alliée, écrivirent au roi le 6 mars pour le remercier. Ils écrivirent le même jour aux magistrats de Lucques par les exhorter à révoquer cet édit, leur représentant que ces Lucquois étoient bourgeois de Genève, et pour les menacer de représailles. — *Chantonay au roi d'Esp.* 14. *Févr.* (*Mém. de Castelnau, éd. le Laboureur* 748): Des affaires que V. M. a commandé faire avec ceux de Lucques il est reussi que outre le chastiment qu'ils ont fait des heretiques en vostre Estat, ils ont appelé et mis taille sur ceux qui sont dehors notez d'heresie, desquels il en a eu comme icy (*à Poissy*) au service de ce Roy, qui ont eu recours à l'Admiral afin qu'il les favorise, et s'entend qu'il a esté depesché des lettres de la part du Roy à ceux de Lucques, se plaignant de la citation et taille sur les autres Lucquois, avisant que s'il se procedoit contre ceux qui sont entrez au service du Roy et l'on les molestoit, que le mesme se feroit icy sur beaucoup de marchands et autres personnes Lucquoises qui viennent de deça comme gens de bien, de quoy aucuns sont tant troublez qu'ils sont pour sortir de ce Royaume.

4) *Une traduction latine est jointe à cette pièce. Elle porte l'adresse:* Nobilibus ac magnificis viris Confalonerio Antianis et senatui Lucensi amicis modis omnibus honorandis. *Calvini opera. Vol. XIX.*

3726.

BULLINGERUS CALVINO.

Attingit quaedam nuper tractata, mittitque literas ex Polonia acceptas: simul etiam ab Halwylio pecuniam quam Calvinus tabellioni dederat antea iam satis remunerato.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 97, coll. c. exemplari Turretini Vol. 111ª, fol. 236, Bernensi VI. p. 1012 et Simleriano Vol. 103.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fideli domino colendo et fratri carissimo.

S. D. Accepi tuas, [1]) domine colende et frater carissime, una cum literis *Bezae.* Doleo ex animo vices optimi et doctissimi viri et non desino pro eius salute orare Dominum. Doleo unius levissimi hominis [2]) culpa tantam remoram iniici exspectationi nostrae. Verum Dominus ita extundit nobis ardentes preces et commonstrat nobis quid exspectemus ex carne. Oremus sedulo Dominum ut miseri illius misereatur et negotium suum sustineat atque promoveat.

Iam remisissem tibi *Bezae* literas ni misissem ad *Blaurerum* nostrum. Nobilis ille Hartmannus *a Hallvil* [3]) indignissime tulit quod tabellio accepit a te talerum, nec dubito quin illum modo coniecerit in vincula. Oravit quam diligentissime ipsum apud te excusarem, ne forte arbitreris ipsum non satis instruxisse tabellionem viatico. Instruxi non sordide, dicit, sed liberaliter: ille vero turpis nebulo dolo usus est malo, quod non potuisset maiore mea cum indignatione quam apud illum facere virum cui de meliore nota commendatus esse cupio. Nam scio te singulariter ab ipso amari et magni fieri, qua de re saepe mecum loquitur. Fac igitur, mi domine et frater, ut vir ille illustris intelligat me eius apud te existimationem defendisse et excusasse ipsum. Talerum ad me misit, iussitque ut repente ad te mitterem, quem hic mitto.

Spero te accepisse meas una cum *Hesshusii* libro quem Heidelberga una cum literis ad te transmittendis acceperam. Misi Bernam ad *Hallerum,* sicuti et has quibus adiunxi eas quas accepi ex Polonia. [4]) Mittunt ad me confessionem, [5]) quam

3726. 1) *deperditas.*
2) *Regis Navarrae.*
3) *N.* 3719.
4) *non exstant.*
5) *Lubien.* 126: A. 1561 d. 10. Dec. indicta Cracoviam

si faciunt animo sincero congratulor eis. Ac nisi existimavissem similem ad te quoque missam, meam illam communicavissem tecum.

Si quid sive fausti sive infausti nuncietur ex Gallia, oro mittas ad nos. Metuunt boni apud nos ne *Navarrus* se cum regno subiiciat concilio Tridentino. Salutant te fratres. Saluta fratres et amicos. Vale aeternum. Dominus servet te nobis diu incolumem.

Mitto tuae humanitati responsionem meam oppositam sententiae *Brentii*. Oro ut libere mihi indices, nisi molestum hoc tibi sit, quid tibi de opella hac mea videatur. Iterum iterumque vale. Ultima Februarii anno 1562.

Bullingerus tuus.

3727.

CALVIN A LA DUCHESSE DE FERRARE.

Cette lettre est rédigée sous l'influence des craintes conçues relativement à la sûreté de Genève et Calvin y exprime ses regrets de ce que la fille de la duchesse fait cause commune avec les ennemis de la foi.

(Copie. Bibl. imp. Coll. Dupuy. Vol. 102, fol. 38 v. — Bonnet II. 456. Trad. angl. IV. 260.)

Madame, j'ay esté ioyeux d'avoir moyen de vous escrire seurement par ce porteur, non pas que i'aye grande matiere pour ceste heure, mais afin de m'acquitter de mon devoir, et aussi pource que ie pense que mes lettres sont tousiours bien venues vers vous de vostre grace. Quand elles vous pourroyent apporter quelque profict, encore mettroy ie peine de vous en faire tenir plus souvent. Mais vous avez, Dieu merci, en vostre maison, homme suffisant, pour vous exhorter et confermer en tant qu'il en est de besoin. [1]) Je n'ay point nouvelles à vous mander que vous ne sachiez d'ailleurs, sur tout lesquelles vous puissent resiouir, et ie n'aime point de vous fascher, combien que ie suis contrainct de descharger mon coeur, non pas sans grand regret, d'une tristesse laquelle est commune a tous enfans de Dieu. Vous scavez, Madame, ce que brassent les ennemis de verité, tesmoin la ligue du Pape avec le Roy d'Espagne, les Venitiens et Potentats d'Italie en laquelle nostre voisin est compris. Il leur semble bien qu'ils doivent exterminer du Monde toute Chrestienté. Or cependant Madame de Guise [2]) suit un train qui ne peut revenir qu'à sa confusion, si elle continue. Car encores qu'elle ne le pense point, si cherche elle la ruine des pauvres Églises de France, desquelles Dieu sera protecteur pour les maintenir. Je proteste de rechef, Madame, que je m'abstiendrois volontiers de vous ennuyer, mais d'aultre costé ie vouldrois bien qu'elle peust estre induite par vostre auctorité à moderer ses passions, ausquelles elle ne peut obeir, comme elle faict, qu'en faisant guerre à Dieu. Je vous dis franchement, Madame, ce que chasqun cognoist, afin que vous advisiez selon vostre prudence quel bon moien il y aura d'y pourvoir, afin de la destourner qu'elle ne conspire point avec ceux qui ne demandent que d'abolir la pure religion, et qu'elle ne s'enveloppe point en des pratiques dont l'issue ne peut estre que malheureuse, d'aultant qu'elle est contraire a Dieu.

Madame, apres m'estre treshumblement recommandé à vostre bonne grace, je suppliray le Pere celeste vous tenir tousiours en sa protection, vous fortifier de sa vertu, et augmenter en tout bien et prosperité. De Genève. [3])

3728.

DESPREZ A CALVIN.

Longue histoire à propos d'un mariage entre beau-frère et belle-soeur, que l'auteur a béni et à cause duquel on lui cherche querelle.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 196, fol. 103.)

synodo pauci ex patronis et ministris convenerunt. . . . . (*p.* 129): tandem uno animo conclusum, Blandrata confessionem fidei suae conscribat et suam innocentiam asserat. Ex hac synodo datae de hoc negotio ad Calvinum et Bullingerum literae quas 23. Febr. 1562 Lismaninus Czechovitio miserat, ut videret quid ille senserit de doctrina ipsorum tum de calumniatoribus illis duobus qui traduxerint eos per totum orbem tanquam Arianos.

3727. 1) *Morel arriva à Montargis vers la fin de l'été* 1561 (*N.* 3495).

2) Anne d'Este, fille de Renée de France, et duchesse de Guise. Élevée à la cour de Ferrare, dans les croyances de la Réforme, elle dut les déposer en s'alliant à la maison de Lorraine (*Bonnet*).

3) *Il est difficile d'assigner une date à cette lettre. Comme elle est écrite quelque temps après l'arrivée de Morel à Montargis et en tout cas avant le massacre de Vassy, au sujet duquel Calvin se serait exprimé bien autrement, la duchesse de Guise y ayant été présente, nous la laissons, à tout hasard, à la place que M. Bonnet lui a assignée.*

A Monsieur et pere Monsieur Calvin
a Geneve.

Salut par Jesus Christ nostre Seigneur.

Monsieur et pere, encores que ie n'aye si bien fait mon devoir envers vous que plusieurs autres, si ne vous ay ie moins estimé et honoré que tous les autres vous estiment et honorent, et n'ay laissé de solliciter par letres vostre connoissance et amitié, ou que ie ne la desirasse souverainement, ou que ie n'entendisse que c'estoit a moy de la requerir et chercher, tant parce qu'elle me venoit a proffict et honneur, que pour le respect que ie vous doy et veulx porter. Deux choses m'en ont empesché iusques ici: vos occupations lesquelles i'ay craint destourner a chose moins digne et jmportante que leur ordinaire subiect, et le peu d'occasion que i'avois de vous escrire. Car iay tousiours faict conscience d'abuser du loisir de ceulx qui profitent au publicq, non seullement en chose vaine et de neant, comme mes letres, mais encores en affaire de quelques pois. Maintenant i'ay vaincu toutes ces difficultes, quant mon desir s'est allumé tout a un coup comme un feu auquel le boys verd a long temps resisté: et quant ie me suis trouvé pressé d'une occasion ennuyeuse qui m'a contraint chercher remede et allegement par vostre moyen.

Je cuide, Monsieur et pere, que vous avez de longtemps esté abbreuvé d'un mariage lequel i'ay celebré, espousant un gentilhomme avecq la seur de sa premiere femme, laquelle lui avoit laissé des enfans. Cela advint en la saison que encores les eglises de France ne m'avoient voulu recognoistre pour ministre de l'evangile et que ma vocation estoit en la bouche de tout le monde et asses aigrement debatue de plusieurs, qui fut cause que ie n'en heu ladvis desdites eglises, ains seullement de quelques hommes estimez doctes, lesquelz approuvoient le mariage, et jestois de leur opinion. Car je cuidois bien avoir le texte du 18 du Levitique pour moy sans aucune contradiction, et a ce de surcrois m'induisoit lannotation mis au marge des Bibles jmprimees a Geneve par Antoine *Rebul*, sur le propre lieu et l'opinion de M. *Luther* en ce sermon, quil a faict de matrimonio prononce a Witemberg lan 1522 lequel est inseré au tome cinquiesme de ses oeuvres.[1]) Despuis ie receu la main dassociation et voyant que cela estoit trouvé mauvais ie mis par escrit en une ou deux feuilles de papier les raisons qui m'avoient jnduit: non pour deffendre opiniatrement le mariage (car d'arrivee je m'en soubmis au synode general tenu a Poictiers)[2]) mais pour faire cognoistre que j'y avois procedé simplement et de bonne foy, affin que le synode peust mieulx et plus a l'aise considerer qui m'avoit meu, et en tout cas pour avoir conseil sur ceste chose desia faicte, tant pour le repos des consciences du gentilhomme et de la damoyselle, que de la mienne. Cela a esté cause que plusieurs ont pansé que i'estois desprit contentieux et amateur de nouvelletez: mesmes parce quil s'est trouvé (comme on dit) quelque coppie de mon apologie entre les mains des hommes.

C'est pourquoy ie viens maintenant a vous charger et importuner de ceste letre, par laqulle ie vous veulx asseurer de ma volonté et deliberation affin que si on vous dit ou escrit de moy aultre chose (comme paravanture il s'est fait ou pourroit faire) ceste protestation me soit en tesmoignage envers vous et leglise de Geneve de ma bonne conscience et rondeur de cueur, et que ie demeure exempté, sinon de tout blasme, pour le moins destre contentieux et addonné a mon sens. Voici doncq, Monsieur et pere, que ie vous atteste par la presente escrite et signee de ma main, a la charge que vous m'en puissiez faire reproche si on vous fait apparoir du contraire.

Que quant iay faict ce mariage iay pansé suivre l'escriture et ay mesprisé le scandale et le dangier qui m'en pouvoit arriver, dautant que ie desirois en tout et par tout abbatre la Papaulté laquelle seule iay cuide avoir fait la deffense, quoy que soit les empereurs en faveur delle au preiudice et gehenne des consciences.

Que nulle mauvaise affection ne m'a conduit a ce faire.

Que quant il n'a esté trouvé bon des eglises, i'en ay esté extremement desplaisant et le suis encores.

Que sil estoit en ma puissance de le reparer et randre non advenu ie le ferois tres volontiers.

Que ie n'ay rien plus a cueur que d'entretenir l'union de l'eglise et vivre en la communion des saincts.

Que sil y a aucune de mes apologies entre les mains des hommes, ce n'est point par mon moyen.

Que ie les vouldrois avoir toutes retirees.

Que ie n'en donnay iamais que trois au plus lesquelles m'ont esté demandees et despuis le synode de Poictiers n'en ay donné aucune.

3728. 1) Opp. Erl. XX. 63.

2) 10. *Mars* 1561. *Faits partic. Art.* 9: Sur la question s'il est licite d'épouser la soeur de sa femme défunte quand même il y a des enfants du premier mariage: on répond qu'il n'est point licite ni expedient et qu'on doit se donner bien garde que de tels mariages ne se fassent point. (*Aymon* I. 19. *Comp. aussi Synode d'Orléans.* 25. *Avril.* 1562. *Art.* 9. *ibid.* I. 30.)

Que ie n'empescherai iamais par mon conseil ne en aucune sorte directement ou indirectement la dissolution si faire si doibt.

Que ie ne debatrai iamais la validité du mariage.

Et bref qu'en cest affaire ou aultre on ne cognoistra iamais que i'aye d'opinion particuliere tant que ma conscience le me permettra.

Je vous prometz ces choses de bonne et franche volonté: vous priant qu'avecq ceste promesse ie soye envers vous et l'eglise de Geneve deschargè de toute mauvaise souspeçon jusques a ce qu'il vous apparoisse du contraire.

Au surplus, Monsieur et pere, il a esté trouvé mauvais d'aucuns, singulierement de Mr. *du Plessis* [3]) ministre d'Angiers, que iaye baptisé une fille yssue de ce mariage, et que la mere soit accouchee en la maison de mon frere. Je vous dirai en verité que cest. Mon frere est de long temps amy de M. de *Seillons* (ainsi est nommé le pere) et lui est redevable de 17 cens livres dargent presté. Il advient qu'estant poursuivi par les parens de sa femme pour ce mariage, tellement qu'elle ne pouvoit seurement demeurer en sa maison, il escrit a mon frere et le prie que sa femme puisse venir faire ses couches cheux lui. Mon frere le lui accorde et ainsi elle y accouche quatre moys ou environ devant le synode de Poictiers. Je baptisay la fille, dautant que quant le pere et la mere auroient failli, elle ne doibt porter leur jniquité, dautant aussi que Mr. *de la Noue,* seigneur de dixmille livres de rente, bien reformé et de mon eglise la presenta au baptesme et se chargea des promesses acoustumees. Or par la police generale des eglises de France, arrestee audit synode de Poictiers, [4]) on doibt baptiser les enfans de quelque conionction qu'ilz soyent venus, quant ilz sont presentes par un parrin fidelle qui se charge des promesses. Voila devant Dieu comment il en va.

Il y en a aussi qui se plaignent que iay esté en la maison de Mr. *de Seillons,* lesquelz vouldroient que ie n'eusse aucune communication avecq lui, en sorte que ce soit: disans que ce faisant i'authorise son mariage. Je vous ay declairé mon jntention n'estre telle, mais ie vous dirai rondement que c'est de ce voyage. Mr. *de Seillons* m'escrit une letre et me prie de le secourir en un sien affaire jmportant, auquel i'avois moyen, et en escrit aussi a mon frere qui m'en prie pareillement. J'avois promis a ceulx de Chasteaugontier, ville distant d'une lieue de Seillons, de les aller visiter et exhorter quelques iours, si i'en pouvois avoir la commodité. Je pansai que ie satisferois aux uns et aux aultres par mesme moyen. Ainsi sachant que le Samaritain est prochain avecq le Levite, i'y allay et depeschay l'affaire de ce paovre gentilhomme. Je suis en ceste opinion que quant il seroit excommunié (ce quil n'a iamais esté que ie sache) les devoirs de charité ne lui devroient pourtant estre refusez.

Je vous prie, Monsieur et pere, me faire tant de bien et de faveur de m'escrire si i'ay failli en ces choses affin que pour ladvenir i'en soys resolu et n'y faille plus: et si me trouvez excusable prier au nom de Dieu Monsieur *du Plessis* ne me prandre desormais tant a la rigueur, me supporter un peu plus fraternellement, et ne se scandaliser legierement en moy. Si i'obtiens cela de vous, oultre ce que vous aurez fait valoir charité envers moy, vous m'obligerez estroitement, et quant l'occasion s'y adonnera, si ie puis estre si heureux, vous trouverez que n'aurez versé ce bienfait au sein d'un ingrat. Sur ceste verité comme sur le poinct ou ie veulx demeurer ie prierai Dieu,

Monsieur et pere, vous assister tousiours et augmenter ses graces, me recommandant tres humblement et affectueusement aux vostres.

De Chiré [5]) le premier iour de Mars 1561. [6])

Vostre plus obeissant filz
a vous faire humble service
D. Desprez M. de Chiré. [7])

---

3) *Charles d'Albiac dit du Plessis, ministre à Tours, fut envoyé à Angers à cause du danger qu'il courait dans sa ville* (*Hist. eccl.* I. 302).

4) *l. c. p.* 18. *Faits partic. Art.* 3.

5) *aux environs d'Angers et de Chateau-Gontier.*

6) *d'après le calendrier français de ce temps, où l'année commençoit le* 25. *Mars.*

7) *L'Hist. eccl.* I. 764 *le nomme* Pierre Després surnommé le curé de Chiré.

3729.

SURAEUS CALVINO.

Aurelia floret concionante Ribitto, florebit magis etiam mox accito Beraldo. Sed alium praeterea ministrum sibi concedi cupit. [1])

(Ex apographo Cod. Paris. Bibl. nation. Coll. Dupuy Vol. 102, fol. 113.)

Gratia et pax a Deo et patre Domini nostri Iesu.

3729. 1) *Cf. N.* 3658.

Equidem non dubito quin postremis, quas D. *a Sancto Germano* dedi, vehementer tibi molestus fuerim. Quod etiam satis agnovimus ex iis quas a vestro coetu accepimus. Verum nos tanta laetitia affecit *Ribbitti* adventus, et tantam spem nobis attulit, ut nos minime poeniteat procaces fuisse pulsatores. Qui nisi strenue *ἀναιδεῖς* fuissemus, nihil veriti tetricos vultus, etiamnum frustra desideraremus tantum virum, doleremusque pueris praeesse quem propediem audiemus magna cum auditorum frequentia et immenso fructu scripturas sacras enarrantem. Adesse statuerunt senatorii et consulares permulti aliique eruditi quorum hic non parva est copia. Quibus tam faustis initiis postquam accedent graecae linguae lectiones ex *Beraldo*, tum aemulam Lutetiae Aureliam sumus visuri. Ingens est procerum in hac civitate ad ista studia animus mireque se nostris coeptis favere ostendunt.

Rediit ad nos *Baro*, vir in explicando Dei verbo incredibilis eloquentiae et dexteritatis. Cui si adiungeretur quem postremis literis flagitabamus D. *a S. Germano*, hic vero ad ecclesiae nostrae ornamentum colophon adiungeretur. Quod etiam te rogare iussus sum (sic enim malo quam solus omnem *της αναισχυντίας* invidiam sustinere), ut quod tuum in hac re consilium sit aperias. Prospicietur diligenter ecclesiae cui praefuit. Sufficietur in eius locum ex nostris quem maxime idoneum iudicabimus. Tantum ne nimium te obtendi queraris quod *ὑπὲρ ὧν ἐλάβομεν εὐχαριστοῦντες ἅμα καὶ ὑπὲρ ὧν ἐλπίζομεν ἱκετεύοντες φαινόμεθα.* Multa sunt . . . . . . [2]) quae nos movent, si quo pacto impetrari possit. Hoc tibi pluribus commendandum non esse duxi, quem scio iam satis ad augendam ecclesiam propensum. Vale. Dominus te diu incolumem propugnando filii regno conservet et labores tuos benedicat ac promoveat. Aureliae Cal. Mar. 1562.

Tuus H. Suraeus
totius synedrii nomine.

Salutant te fratres et reliquos *συλλειτουργούς.* [3])

---

2) *Locus corruptus.*
3) *sic.*

3730.

PARRAN A CALVIN.

L'auteur fait ses excuses au sujet d'une affaire qu'il paraît avoir eue à Montauban, mais sur la nature de laquelle il ne s'explique point. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 109, fol. 102.)

A Monsieur Monsieur Calvin ministre de la parole de Dieu.

A Geneve.

Monsieur, je nay voulu falir de vous continuer le propos touchant la lettre que javoys escripte pour ma decharge a leglise de Montauban laquelle me fut retenue a Geneve et na este jamais apportee a Montauban come ceulx de Montauban vous en ont escript [2]) laquelle est tombee entre voz mains par laquelle aves trouve que je vous avois offences en quelque chose et ne doubte pas que ne le puisse avoir faict par ignorance ou par sotise et non par malice come plus a plein autresfois vous en ay escript et pour ce quen ce pays quelques uns m'en veulent blasmer nay autre moyen pour me defendre sinon que de monstrer la forme que jay tenu et que je veulx tenir cest que en ce que pourray avoir faly me suis sobmis et me sobmes de en faire telle reparation que sera necessaire et en souffrir telle poine que sera ordonne en toute dissipline eclesiastique et non criminelle, comme de tout temps ay este de ceste volonte et ny ay jamais contredict. Pour ce je vous prie quil vous plaise denvoyer les droitz que porres avoir sur moy aux eglises de ce pays et mesmes a Moseur *Viret* quest asture [3]) à Montpeillier afin que jen puisse faire telle reparation que par vous tous sera avise. Jay prie Moseur *de Varendal* ministre de ceste eglise de vous en escrire comme je croy quil a faict et vous prie au nom de Dieu de ne me tenir plus en la peine que je suis afin que je puisse coignoistre en quoy je vous puisse avoir offence. Que sera lendroit que prieray dieu, Moseur, vous tenir en sante longue vie vous augmenter ses dons et graces me recommandant humblement a voz bonnes prieres et consolations vous priant de men distribuer comme de tout temps je le vous ay demande et demande me recommandant humblement a voz bonnes graces.

3730. 1) *Comp. N.* 3653.
2) *L'organisation des assemblées de l'église de Montauban et les difficultés qu'elle rencontra sont longuement rapportées dans l'Hist. eccl.* I. 825 *mais Parran n'y figure pas.*
3) *à cette heure. — Viret arriva à Montpellier en Février* 1562. (*Hist. eccl.* I. 886. *Ménard, hist. de Nimes* I. 312.)

De vostre maison a Pesenaz ce 2 du mois de mars 1562.

Vostre obeissant serviteur
C. Parran.

3731.

BEZA BULLINGERO.

Brevior relatio de rebus Lutetiae gestis scil. de edicto Ianuarii et colloquio cum Sorbonistis item de partibus quas Helvetii agere debent in hoc rerum statu.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 5. Alia exx. reperies in Cod. 119, fol. 18, et 111b, fol. 18, item in Arch. Turic. Epp. Tom. 24, fol. 142, in Bibl. Sangallensi Tom. 41. Epp. XII. fol. 362, per amanuensem Bullingeri, Bernae bis in Epp. Tom. VI. p. 989, et 1039, denique ap. Simlerum Vol. 103. — Edidit Baum. II. App. p. 168. cf. Hotting. VII. 762.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

S. Paucis accipe nostrarum ecclesiarum statum. Post varias iactationes tandem scriptum est edictum quo nobis conceditur in suburbiis praedicandi verbi et administrandorum sacramentorum potestas. Edictum [1]) scriptum est verbis satis duris et additae nonnullae conditiones parum aequae. Itaque sperabant adversarii fore, ut nunquam acquiesceremus, et civilis belli occasionem iustam praeberemus. Nos vero praesentibus contenti, et reliqua sperantes a Domino acquievimus. Hinc illi aperte furere coeperant, et moras omnes nectere, ne publicaretur edictum. Obtinuit tamen in omnibus parlamentis, duobus tantum exceptis, nempe Divinionensi [2]) et Parisiensi. Itaque nullum est iniuriae genus quod uno mense non sit experta haec ecclesia, quamvis Dei beneficio aliquoties ita sint hostes repressi, ut mala consilia in ipsorum capita reciderint.

Institutum etiam fuit colloquium alterum, in quo disputarunt circiter tredecim Sorbonici cum ministris tribus nempe *Marlorato Perucellio* et *Beza*, universo regio consilio praesente. Primum certamen fuit de imaginibus per sex integros dies. Non credas quam ineptos sese praebuerint. Quinque ex altera parte, nempe *Valentinus* Episcopus, *Spensa*, *Botellerius*, *Salignacus*, *Pecherellus*, omnes egregie docti, omnem imaginum cultum fortissime et liberrime nobiscum oppugnarunt. Persstiterunt tamen illi, et ad concilium, omnia remittenda censuerunt. Succedebat disputatio de baptismi ritu, prout ferebat constitutae collationis ordo, sed Cardinalium intercessione ac precibus mox soluta sunt omnia. Interea furere senatus Parisiensis, et aperte in nos coniurare omnes civitatis ordines, quamvis ex omni civium genere non paucos in ecclesia numeremus, palam et ingenue Christum profitentes. Hostes denique quidvis moliri ne publicaretur edictum quod nobis ad plenam libertatem iter substernit. Longo volumine opus esset, si singula consilia et infinita providentiae divinae exempla velim commemorare. In summa postquam *Amiraldus* cuiusdam [3]) furori cedens ex aula excessit, eo adducta res est ut valde simus periclitati. Sed ea fuit *Condensis* et aliorum quorundam virtus, ut hoc biduo obtinuerimus edicti promulgationem, [4]) quam crastino die futuram speramus, frustra reluctante maiore parlamenti parte. Additi sunt praesidiarii pedites trecenti, et cataphracti equites quadraginta, *Mommorantio* huius urbis praefecto, cum amplissima in seditiosos potestate. [5]) Sed *Guisiani* in aula expectantur, unde coniicio nondum finitam tragoediam. Utcunque sit, in Deo speramus, et si forte nos coegerit hostium rabies ad manus serio venire, puto nos viribus non multo inferiores fore. Sed utinam

---

3731. 1) *Edit de Janvier.*

2) *Hist. eccl.* I. 687: Il n'y eut que deux ou trois Parlemens qui se hastassent de publier l'Edict: les autres dilayerent tant qu'ils peurent. Un seul entre tous ne le publia iamais, à savoir celuy de Dijon: tant y avoit de credit le Sr. d'Aumale, frere du duc de Guise et gouverneur chef en Bourgogne . . . . Chacun avoit l'oeil sur la ville et Parlement de Paris là où fut aussi le principal empeschement . . . . . Les autheurs principaux de ce mal furent du costé du Parlement Magistri premier president, avec quelques anciens conseillers accoustumes de brusler ou rostir ceux de la religion, et Bourdin procureur general du Roy, homme de bonnes lettres mais ennemi iuré de la religion: du costé de l'hostel de ville le prevost des marchans de Merle, homme d'esprit non moins mutin qu'ambitieux, assisté de Marcel opulent orphevre favori de la Royne . . . . . Mais sur tout les vents qui esmeurent ceste tempeste souffloient du costé du Connestable et de ceux de Guise qui se disoient piliers de la foy catholique. Toutesfois sans que le Roy de Navarre se laissa gagner les grans maux ne fussent advenus. (*Acta et documenta ad hoc edictum pertinentia reperies in Mém. de Condé* III. 8—93.)

3) *Cave Navarrenum innui suspiceris. Loquitur de rege Hispaniae. Cf. Besam N.* 3723. *Languet d. d.* 22. *Febr.* (II. 204): Hispanus quotidie ad Reginam mittit minaces literas et nominatim iubet ex aula dimitti Admiralium et eius fratres et episcopum Valentinum et quosdam alios.

4) La Roine solicitée par ceux de la religion vint de S. Germain à Paris et fit tant que le 6. Mars l'edit de Janvier fut verifié et publié en parlement avec protestation toutesfois que c'estoit obeir à l'urgente necessité du temps et à la volonté du Roy. (*Hist. des choses mém. etc. éd.* 1599. *p.* 147.)

5) *Languet* 2. *Mart. p.* 207: Monmorantio urbis praefecto [*filio Connestabilis*] mandatum est ut huc inducat praesidii causa duas alas equitum et certum numerum peditum quibus praeerit Dandelotus.

hoc avertat Dominus, qui mirabiliter hactenus nostrorum animos in officio continuit.

Ego qui, si liceret, nihil magis cuperem quam longissime ab istis motibus abesse, tamen fratrum precibus expugnatus adhuc hic haereo et omnia experior ut nostros ad patientiam componam, nec interea sine maximis periculis hic versor. Ad haec incommoda accedit parum prospera valetudo, assiduis curis et laboribus ita me distorquentibus ut totus iam et canescam et marcescam magis ac magis. Itaque te rogo ut, si unquam alias, mei in vestris precibus memineritis. Habes brevem maximarum rerum summam. Nam singularia multa ex eo cognoscere poteris qui tibi has literas reddit, homine et pio et industrio.

Iam [6]) venio ad ea quae per *Calvinum* nostrum mihi significasti, a quo etiam tuas literas nudius tertius accepi. Crede mihi, mi pater, nihil gratius, nihil magis tempestive nobis nunciari potuit. Da igitur operam ut noster iste, qui hanc unam ob causam istuc proficiscitur, omnia cl. viri D. *Hartmanni* hac in re consilia intelligat, ut quam celerrime certi quidpiam istinc possit afferri, quod nutantem nostram *αὐτοκράτορα*, [7]) et assiduis quorundam perfidiosorum minis imparem, aliquo modo fulcire ac proinde certam nobis adversus Antichristum victoriam parare possit. Curabunt igitur illi quae ad Germanos spectant. Tu vero vide quaeso etiam atque etiam ut non vestrates modo, sed etiam vicinos ad eadem consilia impellas, quae et nobis utilissima et vobis quoque (quandoquidem de communi causa disceptatur), non incommoda fore tute satis intelligis. Quam autem agendi rationem fideles nostri proceres maxime expeditam et opportunam esse iudicent, omnia denique ad hoc curandum negotium pertinentia, noster iste abunde tibi exponet ut pluribus haec a me scribi minime sit necesse, quae coram multo plenius ex ipso cognosces.

Bene vale, mi pater, Dominus Iesus te incolumem servet et sancto suo spiritu magis ac magis in opere suo confirmet. D. *Martyrem* patrem mihi plurimum observandum caeterosque colendissimos fratres, rogo ut meo nomine salutes, et ubi praesentem Galliae statum iis exposueris, nostras ecclesias, vixdum per infinitas tempestates emergentes, assiduis precibus Domino commendetis. Iterum vale. Lutetiae sexto Nonas Martias.

Tuus Beza.

6) *Totum hoc comma in quibusdam apographis non legitur.*

7) Reginam gubernatricem. (*Bull. in margine.*)

Bullingerus adscripsit:

Requisiti evangelici in Gallia, qualenam petant concilium, responderunt

1) Nolumus usquam convenire ex Pontificis indictione sed ex nostri Principis mandato.
2) Locum requirimus ab omni pontificis potestate immunem et quoad etiam fieri possit oportunum.
3) Concilium petimus inchoari, non autem continuari Tridentinum conciliabulum.
4) Controversias omnes ex Dei verbo decidi postulamus.
5) Pontificios non admittimus pro iudicibus sed pro antagonistis ac proinde petimus certum utrinque numerum colloquutorum constitui, qui, praesentibus Principum legatis de singulis controversiis disceptent, et si fieri possit constituant.
6) Salvum conductum petimus idoneum in quo diserte infringatur constitutio de fide haereticis, ut vocant, non praestanda.

Descripta haec ex charta imposita his *Bezae* literis.

Cardinalis *Ferrariensis* legatus Pontificis in Gallia petit nomine regni Galliae mitti in Concilium Trident. 12 episcopos Gallicanos, Et ut se subiiciant Concilio Trident.

3732.

BEZA CALVINO.

Novissima ex Lutetia. Navarrenus perfidus. Guisius revocatur. Variae negotiationes subobscure tractatae.

(Ex apographo Perisonii in Cod. Lugduno-Batavo Peris. 5, fol. 6.)

A Monsieur Monsieur D'espeville
a Villefranche.

S. Iam, ut spero, cognovisti ex postremis literis meis quis fuerit nostrae colloquutionis exitus. [1]) Quod antiquitatis testimonia cum expresso Dei verbo coniunximus, non est a nobis, mihi crede, temere factum. Nam alioqui nunquam fuissemus

3732. 1) *N.* 3723.

auditi, et omnes iudicassent nos tergiversari. Semper autem addita fuit exceptio, non aliter valituram eorum autoritatem quam si cum Dei verbo consentiret. Neque uno et eodem temporis spatio antiquitatem definivimus, quoniam abusus, ut nosti, paulatim invecti sunt, sicut semper sumus testati. In argumento imaginum quadringentos annos habuimus. Si ventum esset ad chrisma et exorcismum, annos habuissemus centum et sexaginta. Sed non dubitabamus quin mox ista in fumos abirent, quia obscurum non erat quid hostes captarent et cuperent.

Sed de his satis: ad alia longe graviora venio. Proxime elapso quatriduo *Iuliani* [2]) perfidia eo nos adduxit ut ab extremo periculo non procul abfuerimus. Sed ea fuit *Condensis* et aliorum quorundam virtus et fortitudo ut reiecto parlamenti nefario et nefando consilio statutum sit de edicti promulgatione. Ac fateor quidem, edictum merito tibi in plerisque displicere. Sed interea, si hic esses, tute mecum fatereris, quod adversarii clare prospiciunt ac proinde omnibus modis impedire conati sunt, semel nobis quovis modo concessa magistratus autoritate collapsuram papatus tyrannidem et caetera ultro subsequutura. Itaque id unum vereor ne hostes aperta vi, quandoquidem aliter non potuerunt, edictum rescindant. Nam summis eorum votis *Guisianus* intra triduum exspectatur a *Iuliano* evocatus. [3]) Quanta igitur certamina nobis impendeant vides. Sed hoc me valde consolatur, quod nostrorum et numerum et animos quotidie video mirabiliter crescere, adeo ut sperem, si pergere liceat, paucissimos ante exactam aestatem in hostium castris futuros. Quod autem ad me attinet, mihi nefas est ante edicti promulgationem et aliquo modo constitutam quietis speciem in ipso hostium adventu fratres in me respicientes deserere. Aula certo consilio, ut longius ab hac urbe abducantur tumultuum autores, cras ex Sangermano proficiscetur, Bellaquensem fontem reversus [4]) et paulo post ad Molinenses contendet, nisi mutetur consilium, quod singulis paene fit momentis, ut plane nunc valeat quod merito fertur de gallica levitate.

Bullingeri literae [5]) prorsus tempestive advenerunt quamvis non tam copiae quaerantur quam promissa, quibus reginae animus confirmetur adversus aliorum minas. Itaque biduo post missus est expeditis equis nuncius qui et cum Helvetiis et cum Germanis agat. Totum autem hoc negotium libenter et a te et a me in C^b^ legatum [6]) reieci. Sed quidquid cognovero nihilominus ad te perscribam.

De *Sulzeri* literis consilio tuo obsequar, nec committam ut canis illius latratibus vel minimum quotidianis nostris curis accedat. De *Baduelli* successore [7]) nuper scripsi pleuritide correptum ex qua nondum convaluit. Sed vereor ut animum mutarit. Appellabo tamen hominem et quantum potero commonebo. Neque enim in ista pastorum paucitate de ulla re nobis putarim magis laborandum, quam ut schola nostra eruditis doctoribus et attentis discipulis abundet. Itaque dies et noctes de hoc cogitare me scito, etiamsi quod cupio non efficiam.

Quae ad nos de concilii conditionibus scripsisti nobis gratissima fuerunt, ac proinde tibi pro hoc in ecclesias officio magnam gratiam habemus. Simul atque promulgatum fuerit edictum, quod cras fore speramus, constituimus Tridentino conciliabulo palam intercedere, ne quid adversarii hoc praetextu in nos moliantur.

Normandius noster nondum ex Picardia rediit. Bene vale, mi pater. Dominus Iesus te servet incolumem et sanctis tuis laboribus benedicat. Novis syndicis annum prosperum totique senatui et collegis omnibus multam salutem precor. Lutetiae 4. Martii 1561.

Tuus Beza.

---

2) *Navarreni. Loquitur de conatu ut edictum Ianuarii per parlamentum reiiceretur satagentium.*

3) *Languet* 2. *Mart. p.* 207: Navarrus iam est a nostris plane alienus. Castilioneos oppugnat et Guisios dicitur revocare. — *Idem* 30. *Mart. p.* 212: Ingressus est Guisius in hanc urbem 16 huius regia magnificentia.

4) *sic.*

5) *Vide praecedentem, ubi de his non magis lucide quam hic.*

6) *Coignetum?*

7) *N.* 3698. 3706.

3733.

TOSSANUS CALVINO.

Post diuturnum Calvini silentium denuo cum eo veterem rationem inire cupit, ut videtur, sed nil profert nisi domestica quaedam et quae de colloquio Tabernis habito rescivit.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 167.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori domino suo et fratri colendissimo.
Genevae.

S. Colendissime *Calvine*, scripsi ad te bis aut ter a biennio aut triennio, et existimo literas meas

tibi esse redditas.[1]) Cupio autem ut valeas tibique persuasum habeas me tui studiosissimum esse et indies orare, si tamen dignus sum qui ad coelum oculos attollam, ut te Dominus Deus ecclesiae suae sanctae quam diutissime servet.

De rebus meis: paro me in hoc meo senio et adversa valetudine ad diem Christi. Scis nimirum me filium habere Aureliae, quem dux *Christophorus*, cuius benignitate in literis educatus est, propter necessitatem harum ecclesiarum semel atque iterum revocari iussit. Qua in re tamen, quanquam sumus uterque principi promissis obligati, festinavi lente, quod ecclesiis gallicanis non minus quam huic cuperem esse prospectum.[2])

De rebus aliis. Est oppidum in Alsatia inferiore non procul ab Argentorato quod Tabernas Alsaticas vocant. Illic de religione colloquuti sunt Cardinalis *Lotharingus* et *Brentius*, duce *Wirtembergico*, tribus *Guisianis* et aliis principibus praesentibus.[3]) Cardinalis duas habuit conciones quae duci *Christophoro* visae sunt tolerabiles, si animus orationi respondeat. Approbavit et ille per omnia confessionem Augustanam, promittens se nihil unquam contra docturum. Vereor ne hac ratione meditetur dissidium in doctrina seminare per Galliam. Sed est in coelis Dominus Deus. Statim post colloquium illud, hoc est 18. Februarii, dux *Wirtembergensis Guisianis* relictis in Palatinatum profectus est, ubi habetur conventus principum non procul ab Heidelberga, in quo de rebus gallicis tractatum iri audio.

Non te pluribus obtundam. Commendo me sanctis tuis precibus et benevolentiae. Optime vale. Mombelgardiae 4. Martii 1562.

Tuus ex animo
P. Tossanus.

3734.

LACOMBE[1]) A CALVIN.

Un synode des églises du Dauphiné et du Lyonnais empêché par le gouvernement. Recommandation d'un ex-prêtre qui va étudier à Genève.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 109, fol. 104.)

A Monsieur Monsieur Calvin
a Geneve.

3733. 1) *quam ultimam habuimus scripta erat* 22. *Nov.* 1560 (*N.* 3280).

2) *Daniel Tossanus Petri filius natu maximus, nat. Mombelgardiae* 1541, *Basileae et Tubingae studiis operam navaverat, tum* 1560 *Aureliam se contulit ubi publice l. hebr. docuit et m. Febr.* 1562 *usque ad* 1566 *ministerio ecclesiastico functus est* (*Haag* IX. 400).

3) *De colloquio hoc adeunda est ipsius Ducis* Verzaichnus gehältnes Gesprüchs in Religions-Sachen Herz. Christophs mit den Guisianern *apud Sattler, Gesch. v. Würtb.* IV. *Beil.* 68, *p.* 215. *Adfuerunt a* 15. *ad* 18. *Febr. cum Duce Brentius, Andreae, Bidembach et Eislinger licent. Comes Palatinus Wolfgangus venire recusavit, Fridericus Elector frustra Ducem admonuit ne iret, quum Guisiani nihil quaererent* als was der Religion und des Glaubens ist der calv. Lehr halben verhasst zu machen, denn es eitel List und Betrug ist dafür wirs gewisslich halten. (*Kluckhohn, Briefe* I. 256.) *Verum illi optima quaeque de suis consiliis persuaserunt viro candido et illorum astutiae impari. Maxime vero in Calvinistas invehebantur, eos omnium turbarum solos autores denunciabant et cum Brentio speciatim Cardinalis disputavit, an haeretici habendi sint et puniendi. Is concessit eos in articulo de coena errare sed tantum admonendos et exhortandos esse, et pro iis precandum. Quum quadragesimale tempus agebatur Cardinalis semel atque iterum suggestum ascendit et ita concionatus est ut Lutheranos non offenderet. Dixit:* das ich die A. C. gelesen, auch Lutherum, Philippum, Brencium und andere, und approbiere dieselbige durchauss, . . . aber ich muss noch dissimulieren ad lucrifaciendum plures adhuc debiles . . . . . . Folgendts sprach der Card. im Beysein des Hz. v. Guissen zu mir: Ir habt meinem Brueder hie zugegen gesagt wie wir beyde bey euch Teutschen verdacht seyen, als ob wir an vieler Christen unschuldigem Bluet schuldig seyen so zu Lebzeiten baider koenigen Heinrici und Francisci vergossen solle seyn worden. Nun beteure ich mit Gott meinem Schoepffer auch verlust meiner seellen selligkeit das ich an kheines Menschen todt von wegen des glauben gericht schuldig bin. *Porro in eo consenserunt ut ipse Cardinalis cum nonnullis episcopis in Germaniam veniret ubi instituto colloquio concordia fieret, cuius Dux apud caeteros principes promotorem se fore promisit. Relationis textus desinit in haec verba:* Seyen also die 4 Brüder des hauses Guisse und ich d. 18. Febr. zu Elsass-Zabern von ainander abgeschieden und haben mir alle 4 in die hendt zugesagt das sie nit wolten neque hostes neque persecutores deren sein so da, wie sie es genandt, die neue ler angenommen, und von dem Babstumb abgewichen wehren, sondern nach irem vermögen fürdern. das ain christenliche concordia getroffen würde. Wie nun solches von Inen gehalten das ist jetzt leider offentlichen am tag: Deus sit ultor doli et periurii deme ichs bevelch und ergib, cuius res namque agitur. (*Corr. de Fr. de Lorr. avec Chr. duc de W. in Bulletin* XXIV. *p.* 113 *suiv.; Kluckhohn l. c.* I. 261*; de Thou* III. 127*; Baum* II. 554 *ss.; Soldan* I. 586 *ss.; Kugler, Hz. Chr.* II. 331*; Stälin, Gesch. Würtb.* IV. 611*; d'Aubigné, hist. univ.* II. *ch.* 28, *p.* 158*:* Cela servit à rendre le secours des Allemans plus difficile et plus debile.)

3734. 1) *Siméon de Lacombe vint à Romans en* 1561 (*N.* 3652. 3654). *Il avait été ensuite prêté à l'église d'Orange, qui désirait le garder, mais le synode de Lyon lui ordonna de retourner à Romans. Ce synode, provincial, le quatrième assemblé dans le courant de* 1561, *se réunit le* 25. *Nov. sous la présidence de Pierre d'Aireboudouze* (*D'Anduze*) *pasteur de Lyon, à qui peu a près, le* 19. *déc., le Sénat de Genève accorda un prolongement de congé. Sur ce synode voyez Arnaud, hist. d. prot. du Dauphiné* I. 95. *Sur Lacombe, ancien carme, voyez ibid.* III. 407 *et Haag* VI. 179.

Grace vous soit par Jesus Christ.

Mon honore Seigneur, suivant le commandement que leglise me feit au darnier synode a Lion je suis venu a Romans non toutesfois sitost quil avoit este ordonné. Je ai supplie monsieur *Danduse* par lettres de vous faire antandre les occasions de mon retardement. Au reste les eglises du Dauphiné et du Lionnois sont ici assemble pour celebrer le synode, mes le gouverneur du pais nous empeche [2]) et nantant point que nous nous assamblions pour proceder audit synode. Nous lui avons envoie certains gentilzhomes de noz freres nous avons sursone* le tout jusques a leur retourd, nous esperons en Dieu que lissue sera bonne. Au surplus, Monsieur, le present porteur sen va a Geneve pour aprandre la saincte reformation et estudier. Jespere en dieu que aiant la demore un temps que dieu lui fera cognoistre ses fautes passees qui ne sont pas petites dautant quil a este cure papal et apres son demoinement il sest ingere de baptizer un enfant sans envoy. Je ai commance a degroussir, dieu lui faict la grace quil va au lieu ou il sera polli et espere en dieu quil lui fera misericorde et quil sen servira car au reste il na pas bruit davoir jamais este debauche come on veoit gentz de telle fassion: par ce, Monsieur, je vous le recommande au nom de dieu auquel prie vous conserver me recommandant a voz sainctes prieres et a vostre bonne grace. De Montelhimare ce 5 de mars 1562.

Vostre treshumble et obeissant serviteur
Lacombe.

2) *La Motte Gondrin lieutenant général du duc de Guise.* (*Arnaud. l. c.* I. 98.)

3735.

ZERKINTES CALVINO.

Casum exponit cuiusdam Alysii ministri in ditione Bernensium qui sibi inscio magistratu vocationem in Galliam procuravit, eoque abiit quamvis minime officio aptus.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 117.)

D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae ministro Christi vigilantissimo patri ac fratri in Domino colendo suo.

Diu mecum deliberavi, scriberem nec ne ad te. Dubitabam enim num gratum esset futurum hoc genus officii tamdiu intermissum. Sed vici tandem me ipsum sperans fore ut meum erga ecclesias Dei studium non improbes, licet multa alioquin in me non immerito fortassis desideres. Homo enim sum, humana patior: sed conservo tamen quantum possum et observo quam omnibus qui Christi sunt debeo mutuam caritatem.

Causa quae me ad scribendum impulit haec est: Claudius quidam *Alysius*, [1]) post ambitum totius fere biennii ad ministerium ecclesiae Vuilliërensis (sub Morgiana praefectura) vix admissus, homo iuvenis et imprudens, viam invenit qua se recenti in ducatu Burgundiae ecclesiae obtruderet. Loco nomen est Sauls circa Divionum. Eo se contulit, ut audio, antequam missionem a senatu impetraverit. Interim operam dedit ut legato misso (cui suas adiunxit literas veluti domi suae datas) Saulsenses a senatu peterent *Alysium* sibi dari, quem habebant. Literarum summa erat: Bernenses solos esse qui nativum et catholicum ecclesiae vigorem conservarent. Hanc gloriam multos eis invidere ministros qui Geneva in Galliam mittantur, nimio Genevensium studio insanientes. Horum impetum esse reprimendum, idque sua opera, quam strenuam pollicetur magis in Burgundia profuturam quam domi apud nos. Ostensurum enim se quam toto coelo errent qui Genevae se inaugurari ad ministerii functionem patiuntur, quod ipse facere nolit: neque enim flagitare hoc Saulsensem ecclesiam quae se protectionem *Alysii* suscepturam promiserit contra eius vocationis oppugnatores. Senatui valde displicuit ista protervitas et impudentia, responsumque est legato Saulsensium, cordatiorem aliquem peteret, istum esse ad has res nimis puerilem et ineptum. At, inquit legatus, iam apud nos est. Subiunxit consul: dixi tibi qualis sit, si placet, utere. Sic discessit legatus. Senatus existimans adhuc domi esse *Alysium* classi Morgiensi scribere me iusserat ne hominem dimitterent, sed suae imprudentiae conscium esse iuberent, qui turbas sese in teneris adhuc Galliae rebus suscitaturum sponderet quae pace et concordia essent fovendae. Tali enim patrono hanc rempublicam opus non habere in Gallia. Itaque quum impediri profectio *Alysii* non potuerit tarde nimis cognita, te volui submonere huius rei, ut quacunque poteris ratione hominis stultitiae occurras, antequam cum fratribus committatur. Quanta enim offensionum materia inde metuenda sit, non est quod tibi dicam. Nolim hominem perditum, sed revocatum. [2]) Hic facilius

3735. 1) *Claudius Alysius in articulo de praedestinatione Calvino iudice haereticus* (*N.* 3023).
2) *Ad tale negotium Noster ut manum porrigeret mi-*

coerceretur omnibus notus. Committo negotium tuae prudentiae et fidei ne mihi fraudi sit, quod tamen non valde metuo.

De statu reipublicae utriusque quod scribam non habeo, nisi me nulla amoris et concordiae vestigia cernere, quamdiu vobis nostra potentia suspecta est, nobis vestra libertas. Utinam his Dei donis utrinque utamur ad ipsius gloriam et nostram salutem. Quod ad me attinet, puto te expertum esse meum erga fratres sinceriores studium, et quam facile contemnam omnes offensiones ac simultates, quoties impedimento esse video christiani hominis officio. Hoc ut porro faciam Dominum pro me interpellato, tibique persuade paucos esse me tui studiosiores. Tigurini miserunt suam de ecclesiastica disciplina sententiam, [3]) sic temperatam ut valde sceleratos esse oporteat qui eam recusent. Vale, et me subinde vel per amanuensem literis tuis recrea. Bernae 10. Martii 1562. Saluta DD. *Rosetum*, *Botollierium* et veteres amicos omnes quos spero me proximo Maio invisurum.

Tuus Nicolaus Zerchintes.

3736.

CALVINUS TAMMERO.

Commendat aliquem qui filii mortui haereditatem aditurus eius consilio opus forte habebit.

(Ex autographo Cod. Genev. 107ª, fol. 253. Contulimus exemplaria Turretini Cod. 108, fol. 130, Bernense VI. 1013 et Simleri Vol. 103.)

Ornatissimo viro D. doctori Georgio Tammero [1]) iurisconsulto mihi plurimum honorando.

S. Non putabam me nunc tibi scripturum, ornatissime vir: nam has in se partes susceperat *Colladonius* noster, et videbar mihi defunctus si communes essent literae. Idque bona tua pace et venia. Sed hic nuncius importune flagitando breves literas extorsit. Neque tamen velim existimes pigritia me tardum esse. Verum ut facile hoc vulgare officium amicis remitto, ita confido ad ignoscendum fore propensos, si non praestem quod ab ipsis non exigo, praesertim ubi infinitis negotiis misere districtus in hac languida valetudine [2]) prope deficio. Ac libenter quidem nuncio quam petebat commendationem mox daturus eram, nisi quod eius rogatu ante tres menses literas habueram paratas quae eius culpa perierunt, quia profectionis ad quam accinctus erat consilium repente mutavit. Nunc postquam rursus animum colligit, non destitit me rogare donec literas extorqueret, quas sibi magno adiumento fore sperat. Habuit filium per quem aliquando ad me scripsisti et qui vicissim tibi meas reddidit. Is apud vos mortuus est proxima aestate. Etsi autem non erat locuples negotiator, quia tamen frugi erat et impiger, sua industria aliquantum acquisierat, quod pater pro sua tenuitate ducit minime sibi esse negligendum. Hac de causa ad vos concedit, ut quod relictum est a filio saltem in orbitatis solatium recuperet. Quoniam homo est probus et integer, atque etiam officiosus, iterum atque iterum te rogo, eximie vir, ut, quod tuo commodo et citra molestiam poteris, eum consilio regas operaque adiuves. Quidquid in eum contuleris mihi perinde gratum erit ac si mihi praestitisses.

Res Galliae vix attingere audeo, ita turbulentae sunt ac confusae. Crescit quidem ubique piorum numerus. Mira est alacritas et fervor. Sed unius hominis [3]) levitate, imo perfidia factum est ut curia Parisiensis obstinato furore Christum oppugnet. [4]) Vale, ornatissime vir et mihi plurimum observande. *Besam* nostrum tibi commendo, qui duros et graves conflictus assidue sustinet. Dominus te spiritu suo gubernet, virtute sustineat et incolumem diu servet. Genevae 10. Martii 1562.

Ioannes Calvinus tuus.

3737.

CALVINUS BULLINGERO.

Maxime versatur in enarrandis rebus gallicis et inter alia rationem reddit consilii Besa autore a se exarati. Addit quaedam de Bernensi et Neocomensi synodo.

(Describimus ex Cod. Genev. 107ª, ubi in eadem charta sequitur praecedentem ad Tammerum, ita tamen ut ab amanuensi

---

nime sollicitandus erat, et mireris Zerkintem quidquam sperasse.

3) *N.* 3720. 3722.

3736. 1) *Vindobonensi.*

2) *De qua hoc tempore fere nihil alibi. Vide tamen sequentem.*

3) *regis Navarrae.*

4) *N.* 3731.

haec scripta sit et passim Calvini manu correcta. Quae hanc referunt, ea h. l. typis cursivis exscribimus eaque de causa nomina propria, contra morem nostrum, non item. Verum et Bezae limam experta est haec epistola, cuius mutationes, utpote prelo destinatas, margini reservamus. Praeterea ad manus fuerunt Codex Turretini 108, f. 130, Bernensis VI. 1015 et Simleri V. 104. Versio anglica IV. 262.)

Quum nuper Blaurero nostro scriberem,[1]) ad te non potui, quia antequam a febri liberatus essem,[2]) accidit moeror domesticus ob flagitium privignae,[3]) qui me in solitudinem ad paucos dies compulit. Quum in rustico tugurio essem, oblatae sunt tuae literae,[4]) quibus consentanei sunt multi qui aliunde veniunt rumores. Est ergo cur metuamus. Cavendi autem ratio difficilis. Quanta sit in Gallia confusio, partim cognosces ex Bezae nostri literis, quarum exemplar curavi tibi describendum, partim breviter attingam. Apud Aquas Sestias,[5]) ubi sedes est parlamenti, mota fuerat seditio a papistis ut comitem Crusolium, qui cum summa potestate illuc legatus fuerat, *ausi fuerint excludere.*[6]) Ipse autem coactis aliquot vexillis portas aperire ipsos coegit, quorum aliquos iussit suspendi. Pars factionis quae effugere potuit vicinam urbem adhuc tenet satis munitam. Sed eos rerum omnium inopia brevi ad deditionem compellet: *nam hactenus latrunculorum more grassati sunt.*[7]) Curia ipsa metu territa[8]) graves sententias pronunciat contra seditiosos, quum tamen eodem crimine[9]) multi ex iudicibus sint impliciti. Sed illis parcitur donec motus deferbuerit. Massilia et aliae urbes quae ad defectionem spectabant impositis praesidiis subactae sunt. Curia Tolosana[10]) libenter omnia permiscuisset: verum decuriones urbis, quos vocant civium capita[11]) quoniam penes eos ordinaria est iurisdictio, valida firmaque manu collecta superbiam et crudelitatem curiae[12]) ita compescuerunt ut nunc in suburbiis liberi sint piorum conventus ad decem hominum millia: *quindecim quidem millia evangelio nomen dederunt.* In Arvernia pertinaciter furit nobilitas. Apud Armoricos, hoc est, in Britannia gallica nobiles fere uno consensu amplexi sunt evangelium, sicuti in Picardia, sed vulgus adduci nequit. *In Campania et ditione Senonum mediocriter sunt animati. Burgundiones plus audere incipiunt. Paretur regis edicto, sed adversarios magis urit hoc spectaculum, dum ordine procedunt tantae copiae quam si in obscuro urbis loco Deus invocaretur.*[13])

Nihil *certe*[14]) cursum regni Christi magis moratur quam ministrorum penuria. Narrat *quidem*[15]) Beza ut Iulianus[16]) pessumdare in aula omnia conetur. *Sed quidquid mali conflat in eius caput recidet.*[17]) Postremas *autem*[18]) meas[19]) nondum *tunc* acceperat. *Iam*[20]) ubi Regina viderit paratum esse auxilium, forte acrius excitabitur. Ego etiam urgebo, sicut hactenus feci, ne tantam occasionem effluere nostri sinant, qui sero rebus extremis se opponerent.[21]) Consilium quod a me petit Beza[22]) iam miseram, cuius latinum exemplar tibi mitto, quanquam malui ad verbum crasso stylo reddere gallicam meam responsionem quam latini sermonis nitori studere. Brevitas etiam mihi curae fuit, modo omnia complecterer. Si visus fuero plus concedere adversae parti quam aequum sit, memineris non votis hic agendum. Accommodanda igitur fuit protestatio ad Reginae sensum. Duo tamen mihi fuerunt proposita *ut* conditiones nostras, *ubi* arriserint Regis consilio, *fortiter repudient* papistae,[23]) quod certum est facturos. Deinde si ad subeundum iugum pertracti fuerint, ne quid obsit nobis qualecunque concilium. Utilius enim esse duxi nos illic sedere veluti tribunos plebis quam senatoribus permixtos pluribus sententiis obrui. Quid a vobis postulet Beza noster videbis, et quid expediat statues cum collegis, *ea qua decet celeritate.*

Si quid acciderit maioris momenti dabo operam ut mature certior fias. Cognetus,[24]) ubi advenerit, in literis ultro citroque perferendis nos

---

3737. 1) *non exstat.*
2) *vide praecedentem.*
3) *Iudithae, pridem nuptae* (*N.* 1905. 1928). *Caetera nescimus.*
4) *N.* 3726.
5) *Aix en Provence. De Flassans gubernator Aquensis, protestantes urbe expulit et parlamentum edictum Ianuarii promulgare recusavit. Missus est Comes Crussol cum Ant. Fumée et Io. Ponat consiliariis ut Provinciam pacaret. Urbe potitus parlamentum in ordinem redegit, et pridie Non. Mart. copias catholicas Flassanii fudit fugavitque.* (*Hist. eccl.* I. 894. *de Thou* III. 234. *Ménard, Hist. de Nimes* IV. 312.) *Oppidum munitum de quo textus loquitur Barjols fuit, quod expugnatum est.*
6) *antea scriptum erat:* non admitterent.
7) *haec in margine. Latrunculos Anglus vertit:* men of a chessboard!!
8) *duo haec verba a Beza cancellata. Ab Anglo omissa.*
9) *itidem quatuor.*
10) Nonnulli Tolosae *Beza.* (*de Thou* III. 289. *Hist. eccl.* I. 868.)
11) *capitouls.*
12) illorum. *B.*
13) *haec omnia in margine.*
14) tamen *a prima manu.*
15) Sed narrat *eadem.*
16) *Rex Navarrae.*
17) *add. in margine.*
18) quidem.
19) *non exstant.*
20) Verum *a prima manu.*
21) Who have made head too late.
22) *de liberi concilii conditionibus* (*N.* 3723).
23) *Primum scriptum erat:* ubi pro sua aequitate arriserint regis consilio aut saltem favore quam odio digniores habitae fuerint, eas papistae reiiciant.
24) *N.* 3719. 3723.

iuvabit. Galliae probatio deteget eorum hypocrisim qui ab hominibus pependerunt. Piis animus crescet, ac eo magis discent in unum Deum recumbere, ac simul ad preces eos sollicitabit agitatio.

Superiora relegens animadverti fuisse omissum quod attingere decreveram. Iam circiter dimidium Februarium sparsus fuit rumor in hac vicinia, tuo consilio adductum fuisse senatum Bernensem, [25]) ut de synodo cogendo sententiam mutaret. Itaque qui iam ad iter erant accincti novo edicto repente vetiti sunt pedem movere. Equidem scio te recto animo fecisse, sed experientia brevi docebit minime utile fuisse consilium. Nec est quod operam meam implores, quia denuncio omnia esse perdita. Pluribus supersedeo.

Nuper ad synodum Neocomensem [26]) accitus excusavi, ne clamarent, qui simulant operam se meam desiderare, ultra metas me progredi. Iterum illuc vocor. Quid facturus sim nescio. Hoc scio te nimis ac nimis falli dum existimas illos cupere ecclesiae bene consultum. Utinam [27]) ultra Sauromatas, quando ita contumeliose mihi illuditur.

3738.

PONNAT [1]) A CALVIN.

Demande de pasteurs pour deux paroisses du Dauphiné.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 109, fol. 105. — Bulletin de la Société de l'hist. du Prot. XVIII. 531.)

A mon seigneur Monsieur Calvin
a Geneve.

Mon seigneur, nos freres de Clavan et Misonnar qui sont deux grandes parroyches aux montagnes doysens [2]) en ce pais de Daulphine mont prie de vous escripre ce petit mot pour vous supplier au nom de Dieu de leur volloyr fayre ce bien que de leur voloyr donner ung ministre de la parolle du Seigneur a ce quilz nen soint destitues et puissent estre separes en doctrine et ovres de l'entechrist pour embrasser Jesus Christ et ses mandements voyre eux soubmettre soubz son jou avec toutte humilite.

Mon seigneur le zelle que je leur cognoys joinct que la cause en est de soy digne, faict que je vous ay bien volu escripre la presente vous suppliant leur voloyr fayre ce bien que de leur assister et favoriser en cest endroit comme je croys que feres.

Monseigneur puisque Jesus Christ se prent aux plus haultz rochers et creux des montaignes de ce pays, je ne me puis de moings assurer que du deffinement prochain de l'entechrist et de sa paliarde. Vous seres donc pere a ces bonnes gentz et a vostre acostumee leur feres part des graces que ce bon dieu vous donne et ne les lerres venir vuydes de leur tant sainct desir et ilz prieront a jamays et moy avec eux comme je prie le pere esternel vous conserver en sante et en sa grace par Jesus Christ auquel soit gloyre empire et victoyre esternellement. De Grenoble ce dosiesme mars 1562.

Vostre treshumble et obeissant serviteur
B. Ponnat.

3739.

HAGENIUS CALVINO.

Rarus scriptor [1]) *plura tradit quae partim iam obsoleta partim Calvino dudum melius cognita erant, tam ex Gallia quam ex Germania sibi allata, de colloquio Possiacensi, de Rabo Ulmensium pastore, de conventu in Tabernis alsaticis habito etc.*

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 61.)

Clarissimo ornatissimoque viro D. Iohanni Calvino Genevensis ecclesiae antistiti fidelissimo domino atque in Christo patri suo summa observantia colendo.

Genff.

Salus in eo qui vera est salus.

---

25) senatum Bernensem *Besa loco suo movit et* N *reposuit. Caeterum cf. N.* 3722. 3735.
26) *N.* 3694.
27) *Haec cancellata ab aliena manu.*
3738. 1) B. Ponnat se trouve, avec un docteur F. de Ponnat et P. A. Ponnat, comme un des protestants notables de Grenoble, au nombre des signataires de la lettre du 2. Février demandant un second pasteur à côté d'Eynard Pichon. (*Arnaud* I. 86.)
2) Clavans et Misoëns dans la vallée d'Oisans (*sic. ibid.* 87). *L'auteur ne dit pas si la demande a pu être accueillie tout de suite. On mentionne en* 1565 *la présence d'un ministre à Besse d'Oisans dont Clavans devint une annexe.*

3739. 1) *N.* 3109.

Quum superioribus mensibus reverendum in Christo parentem nostrum D. Gulielmum *Farellum* Studtgardiae de improviso et quidem decumbentem reperissem,[2]) brevi ad te data schedula significare volui me nondum tui tuorumque oblitum esse, vir clarissime paterque summa mihi observantia colende. Quum autem ille inter alia mihi retulisset quomodo nostri theologi Lutetiam ad colloquium[3]) accersendi essent, non levem inde animo pacis et concordiae spem conceperam, imo prorsus mihi persuaseram, plus ex synodo illa quam omnibus antehac vel Ratisponae vel Wormatiae et alibi habitis colloquiis boni commodique ad nos rediturum. Verum quid ibi actum sit hactenus percipere non potui. Nisi quod nuper ex literis D. *Petri Martyris* ad *Bullingerum* nostrum datis intellexi, Sorbonistas cum suo *Lotharingio* cardinali *Lutheri* atque *Brentii* consubstantiationem admisisse. Quae tamen parum aut certe omnino nihil a papistarum illo transsubstantiationis portento discriminis habere videtur. Aiunt quidem panem quoad substantiam suam in corpus Christi non converti aut mutari, verum statim quidam ad ingenium revertentes quod modo dixerant facto et opere negare incipiunt, clamantes panem illum vel reale Christi corpus esse, vel hoc ipsum ubique terrarum praesens adesse citra tamen omnem membrorum extensionem etc. Si hoc non est Martionis aut Eutychis haereses revocare, nescio certe quid eas adprobare queat. Corpus enim Christi eodem momento in infinita loca distrahere et ubique praesens facere, quid aliud est quam id ipsum aut deitati per omnia simile statuere aut prorsus exinanire et humana substantia sua privare?

Quum nuper Ulmae essem multi sane honesti ac pii viri de pastoris sui D. Ludovici *Rabi*[4]) truculentia conquerebantur, quod vel ipso Deo invito Christum ex patris dextra detrahere omnibus fere concionibus niteretur, quas tamen nullas haberet in quibus non Cinglianos, quos vocant, palam damnaret et petulanti lingua sua Vulcano comburendos adiudicaret, unde piae mentes graviter offensae per quadriennium aut diutius et conciones suas negligunt et sacramentum coenae ab ipso accipere recusant

Princeps noster superioribus diebus in oppidulum non procul Argentorato distans Zabern dictum[5]) advectis secum quibusdam theologis *Brentio* scilicet, D. Iacobo *Andreae* et aulico suo concionatore, profectus *Lotharingium* cardinalem et alios ibi exspectavit, quibus etiam regem *Navarrae* interfuisse perhibent.[6]) Quid egerint, aut quare princeps noster secum illo suos illos theologos adduxerit, me prorsus latet. Quidam dixere *Lotharingium* illum eo venisse ut coram *Brentio* confessionis suae sententiam dicere et fateri possit. Utitur quidem hic argumentis rationi et humanae sapientiae plausibilibus, sicuti in libello contra *Bullingerum* scripto[7]) videre licet: verum ubi ad lydium illum sacrarum literarum lapidem referantur, magis certe philosophica quam theologica reperiuntur.

Scripsisti[8]) contra nebulones istos *Heshusium* et *Gallum* Ratisponensem libellum, cuius hactenus librariorum nostrorum negligentia nec videndi nec legendi mihi copia data est. Ipsum sane legere atque relegere ex animo cupio.

Superiori anno ad D. Nicolaum *Gallasium* nostrum literas dedi,[9]) arbitratus nimirum ipsum adhuc vobiscum Genevae commorari: sed ex *Farello* percepi in Angliam eum profectum atque Londini sacrarum professorem agere. Proinde num literae illae per te in Angliam usque transmissae ipsique oblatae sint ignoro. Libenter alias iam illis subiungerem, verum nullum mortalium in hisce regionibus novi, qui illuc sese conferat. Ubi vero certior redditus fuero, eas per te aut collegas tuas illo perferri posse, nunquam scribendi verique amici officium intermittam. Quod ut nacta forte ad ipsum scribendi commoditate illi significes, iterum atque iterum oro.

Bavariae dux[10]) pro more suo iterum Christi membra in sua regione nuper persequi coepit. Unde factum ut Straubingae undecim senatorii viri artolatriae aperte sese opposuerint, et quidvis potius agere quam impanatum deum illum circumgestando venerari atque adorare decreverint.[11]) Ad amicum quendam olim parochi ibi officio fungentem, nunc vero apud nos evangelium Christi docentem, literas dedere, quibus obnixe rogant ut ipsis in controversia illa consulere dignetur. Ille vero novitium se esse perhibens me fratrem suum obsecravit, ut in causa illa munere suo fungi non gravarer. Quod quidem ego, infantiam meam agnoscens, invitus suscepi. Etsi autem quaedam pro virili ad bonos illos viros scripsi, quibus sententiam meam declaravi, ne tamen solus ita sentire viderer,

2) *Haec sola est et authentica mentio huius itineris et morbi cf. N.* 3473.

3) *Possiacense, m. Octobri.*

4) *Memmingensis, a.* 1556 *ministerio ad summum templum Argentoratense se abdicaverat quia magistratum nimia indulgentia in vitiis et erroribus puniendis uti querebatur.* (*Adami Vitae* 220; *Keim, Ref. in Ulm.* 419.)

5) *Cf. N.* 3733.

6) *falsus fuit rumor.*

7) *N.* 3572. 3593.

8) *Opp.* IX. 457 *ss.*

9) *Non exstant. Infra N.* 3744 *alias leges.*

10) *Albertus V.*

11) *Urbs fere tota evangelium amplexa dicitur ad a.* 1564. (*Schelhorn, Ergötzl.* II. 286. *Medicus, Gesch. d. ev. K. in Bayern. Erl.* 1863. 372. 383.

Melanchthonis, *Buceri*, *Martyris*, item Tigurinorum et tuam sententiam, in opusculorum tuorum volumine exstantem,[12]) a me vero in vernaculam linguam versam adiungere volui, nihil dubitans, non illis modo undecim viris sed omnibus comilitonibus suis hoc ipso optime consultum iri. Faxit Dominus Iesus ut istud omne in nominis sui gloriam divinique verbi propagationem et afflictae ecclesiae suae aedificationem feliciter cedat.

Palatinus Rheni in omnibus ecclesiis suis non citra parvam quorundam offensionem Tigurinorum in administratione coenae ritum institui curavit.[13]) Rogato Dominum, quod nullo etiam monente te facere scio, ut vel tandem etiam nostri bellum illud sacramentarium deponant. Dominus Iesus spiritum prudentiae ac fortitudinis nobis quotidie augere, te vero, *Bezam*, *Gallasium*, *Martyrem*, *Bullingerum*, omnesque fideles perturbatae ecclesiae suae ministros quam diutissime incolumes conservare atque contra omnes Satanae et mundi sui insultus tueri pergat. Amen. Detthingae Schlossburgi quarto Idus Martii anno 1562.

Tibi addictissimus
Barth. Hagenius.

D. *Farellum*, si adhuc superstes est, quam officiosissime meo nomine salvere iubeas et si tantum tibi dabitur otii ad futuras nundinas de vitae tuae ratione ad me perscribas quaeso.

12) *Opp.* VI. 621.
13) *N.* 3699.

3740.

BULLINGERUS CALVINO.

Narrat quid de conventu Tabernis facto inter Guisianos et Würtenbergensem ducem novi acceperit et nihil boni inde evasurum suspicatur. Interea in Germania novi insultus Lutheranorum et in Gallia defectio Navarreni.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Epp. Tom. 30, Scrin. B. fol. 422. — Simler. Vol. 103.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae ministro fideli domino et fratri suo colendo et dilecto.

Genff.

S. D. Ad Tabernas alsaticas, sicuti nuper praemonui, convenere *Wirtembergensis* dux et 4 *Guysiani* fratres, dux, prior, cardinalis *Lotharingius*, cardinalis *Guysanus*. Adduxit secum *Wirtembergensis Brentium* et Ioannem[1]) *Andreae*. Colloquuti sunt hi diu cum cardinale *Lotharingio*. Cui commendata est ab illis confessio Augustana et confessio Wirtembergensis superioribus annis oblata concilio Tridentino etc. Quid concluserint incertum. Hoc autem Argentina scribitur ad me, unum ex fratribus profecturum, cardinalem *Lotharingium* opinor, recta in concilium Tridentinum et effecturum ut inde legatus mittatur ad Germanos principes.[2]) Quid ergo quaeritur[3]) nisi intestina discordia inter principes Germanos? aut ut his concedatur sua illa confessio, principes vicissim defendant aut opprimant episcopos? Additur in literis, pateras argenteas graves a cardinale datas dono utrique.[4]) Quod si verum est, profecto mirum est ministros Christi accepisse munus ab eo qui madet adhuc sanguine martyrum Christi. Sed haec ad te scribo ut ad me sunt perlata. Utcunque res habeat video nobis maxima pericula imminere et undique nos petendos. Sed fortior est qui in nobis quam qui in mundo est.

Vidisti quae scripserit contra nos *Heshusius*. Oro, si statuisti respondere, respondeas ad argumenta diligenter praeterita persona illa Thersitis

3740. 1) *sic.*

2) *Bullingerus nihil magis metuebat quam Tridentinum, itaque facile sibi fucum fieri patiebatur quoad istud Cardinalis consilium quasi hic illud curasset. Vide potius quae Dux ipse refert Cardinalis verba:* Auff diesem concilio würde nichts gehandelt ist auch nit zu verhoffen das per fiam (*viam*) concilii was guets möge ausgericht werden *etc. De itinere in Italiam minime cogitabat Gallicis negotiis unice intentus, cum fratre statim Lutetiam rediturus.* (*Sattler* IV. 224. *Mém. de Condé* III. 452.) *Bonus autem Bullingerus sibi candide persuadebat Tabernis omnia sincere transacta esse.*

3) *Sattler* IV. 197*:* der schlaue Landgraf v. Hessen bemerkte sogleich dass diese Franzosen nur suchten ihren Gegentheil die Calvinisten bey den Teutschen verhasst zu machen, und wann sie mit denselben fertig wären auch die A. C. Verwandten aus Frankreich zu verbannen. Er verhoffte desswegen von dem Herzog, als einem weisen und verständigen Fürsten, dass er sich bey dieser Zusammenkunfft wohl vorgesehn habe damit der König v. Navarra nicht beleydigt werde. Dann es dörffte des Cardinals, als eines listigen Kopfs, Absicht nur gewesen seyn den Herzog bei diesem König verdächtig zu machen. — *Hist. eccl.* I. 691*:* L'intention de ceux de Guyse estoit premierement d'intimider la Royne par ce moyen, puis de diviser les Eglises de France d'avec les Eglises d'Allemagne, et tiercement de trouver nouvel appuy à toutes avantures si on procedoit contre eux plus avant du costé de France, c'est a dire si leurs desseins ne succedoient et si le Roy de Navarre ne pouvoit estre du tout gagné.

4) *Hist. eccl.* I. 691*:* ayant fayt present de quelque vaisselle d'argent à ces deux bons predicans. *Dux ipse in sua relatione de his nihil habet. Tacent quoque Hartm. et Jäger, Brenz* II. 437.

Homerici. Idem suggerito et D. *Bezae* nostro. Ego non minus venenata exspecto a *Brentio*. Gratificareris mihi si scriberes tuum mihi iudicium de Responsione mea, quam te accepisse spero. Remitto D. *Bezae* literas sicut petieras, et oro ut quid ab eo tempore factum sit ad me perscribas. Nihil enim prorsus audimus, nisi quod *Navarrus* ad papam defecerit. Dominus reducat illum. Mitto et confessionem ecclesiae Polonicae, de qua nuper etiam monueram. [5]) Literas appositas quaeso cures tradi D. Christophoro *Trecio* [6]) Polono, quem tibi commendo, et te optime valere cupio. Tiguri 13. Martii 1562. Festinantissime scripsi propter abiturientem tabellionem. Salutant te fratres.

Bullingerus tuus.

5) *N.* 3726.
6) *N.* 3672.

3741.

LE SÉNAT DE GENÈVE A CELUI DE BERNE.

Affaire de la femme d'Antoine Calvin.

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie 1562. 1563. En marge: *Anne Liffert. Antoine Calvin.*)

Magniffiques Seigneurs etc. Nous avons receu voz lettres du xxvj[e] de febvrier dernier pour laffaire d'anne *liffert* et sommes marris de ce quelle vous jmportune tant souvent sans cause en nous chargeant de grand rigeur, * et aussy son premier mary de chercher excuses et moiens declinatoires pour la frustre de l'effect et exemtion de la prononciation faictes par leurs arbitres et ses superarbitres. Car ledit mary sest tousiours mis en son debvoir de sa part non seulement aiant appreste mays consigne la somme ordonne par ladite prononciation et na tenu ny ne tient qua la dite *Anne* que ladite prononciation ne soit du tout execute en baillant par elle caution comme il a este dict par jcelle prononciation et semble quelle ne faict que chercher les moiens de molester sondict premier mary charge de tous leurs enfans, sans vous declairer et faire bien entendre toutes les choses comme elles sont. Ce que nous a donne occasion de vous escrire par noz aultres lettres selon la verite et comme le cas requeroit de vous faire response sur ce dont nous estions chargez: Ce que vous prions prendre en bonne part et nestimer quaions voulu user de propos aspres ny qui vous fussent a desplaisir. Surquoy, magniffiques seigneurs, nous prierons Dieu vous maintenir en bonne prosperite. Donne ce xiij de mars 1562.

3742.

CALVINUS GIBOTIO. [1])

Graviter eum castigat quod pridem puriori religioni addictus nunc potissimum quum unusquisque vires intendere deberet ignavus taceat.

(Ex thesauro Bezano ed. Genev. p. 267, Laus. p. 553, Hanov. p. 621, Chouet p. 366, Amst. p. 167. — Gallice versa exstat in ed. Berol. p. 361.)

Sicuti quum antehac audirem, eximie vir, te istic pro defensione salutis doctrinae strenue pugnare, et hac de causa vexari ab hostibus pietatis, de salute tua sollicitus fui et coram Deo gratulatus sum tuae constantiae: ita nunc miratus sum, ubi maior affulsit libertas filiis Dei te adhuc desidere in eo coeno, unde pridem emergere debueras. Nam quum de laetiore urbis vestrae statu verba fierent, mox sciscitatus sum quomodo te gereres. Ubi vero mihi narratum est te in eadem manere professione, libere tibi fatebor, huius parum ingenuae tuae tarditatis me puduit. Etsi enim non dubito Satanam et mundum multa obiicere, quae te impediant ac morentur, omnia tamen obstacula perrumpere te decebat. Nam quum in te multorum coniecti sint oculi, nisi exemplo tuo praeluceas omnibus, quidquid coloris obtendes ad excusationem nullius erit momenti. Ad haec in eo te gradu locavit Deus qui te arctiore vinculo ad reliquos excitandos obstringat. Nec tibi venia dabitur, nisi te certamina, quibus Deus pridem te exercuit, animosum reddant. Iam quasi sublato vexillo suos omnes Deus ad pugnandum invitat. Quamvis aliorum ignaviae parcatur, tibi omnium minime cessare licet. Quid enim absurdius vel minus decorum, quam puero

3742. 1) Toussaint Gibout, docteur de Sorbonne et chanoine théologal de S. Etienne de Toulouse. Dès 1559 il prêcha publiquement la doctrine de la réforme mais il dut se soustraire par la fuite aux rigueurs du parlement. Il se retira à Dieppe où il continua à professer la religion protestante. En 1564 le consistoire le donna pour collègue à S. Paul. (*Haag* V. 261.) *Beza eum in epistolae titulo Tolosanum dicit, quod an domicilium indicet nescimus; nempe de eius adventu in Normandia tempore non constare videtur.*

duce colligi Christo ecclesiam, certatim confluere multas turmas, vulgus hominum acriter se impietati opponere, omnium ordinum homines uno consensu purum Dei cultum profiteri: veteranum autem theologum qui luculentum recti animi specimen edidit, de quo tanta concepta fuit exspectatio, non modo quietum stare, sed permixtum esse manifestis et professis Christi hostibus? Negabis te prorsus silere, vel esse medium, sed multa signa dare sinceri erga religionem studii. Sed multum abest quin haec obscura et ambigua significatio ad placandos piorum animos sufficiat, qui merito aliquid maius abs te flagitant. Nisi ergo in apertum prodeas ad dandum Christo nomen, adeoque primus in acie appareas tanquam antesignanus, culpam nimium mollis inertiae neque coram Deo, neque coram ecclesia unquam effugies: quando res eo provectae sunt, ut iam non supersit tergiversandi locus. Ignosce meae vehementiae, quam mihi verus erga te amor suggessit. Nam dona quibus te ornavit Deus sic amplexus sum, ut non possim non esse tibi amicus. Vale, ornatissime vir et mihi ex animo colende. Dominus te spiritu suo gubernet, virtute fulciat, praesidio tueatur. Genevae 14. Martii 1562.

3743.

CALVINUS VERMILIO.

Aegre fert quod Bernenses consilium de synodo mutarint. Nunciat Bezam in Gallia parum abfuisse quin perierit. De rebus ad Tridentinum pertinentibus commune consilium capiendum esse monet.

(Ex apographo satis recenti in Bibl. nat. Paris. Coll. Dupuy Vol. 102, fol. 49 v. Versio anglica IV. 265.)

Clarissimo viro D. Petro Martyri.

Nunc demum literas tuas [1]) accepi, ornatissime et venerande frater, quibus si breviter respondeo, nulla adducta excusatione causam intelliges. Nam Bernenses de synodo cogenda consilium mutarunt. [2]) Rumor sparsus est autore *Bullingero* id esse factum. Undecunque acciderit ex remedii contemptu in extremis morbis nil nisi triste praesagio. Verum ne labyrinthum ingrediar alio transeo. *Beza* noster duris certaminibus exercetur. Nuper parum abfuit quin Iuliani perfidia et scelere ad carnificinam cum aliis multis raptus fuerit. [3]) Sed Deus mirabiliter dissipavit tam nefandos conatus. Nunc quamvis ille apostata Guysianos in aulam accersiverit [4]) ad extrema tractanda, sperat tamen *Beza* noster non modo irritos fore eorum conatus, sed tanta fore ecclesiae incrementa, ut nihil posthac ausuri sint. Metuendi erunt primi conflictus, nisi Deus mature occurrat, quod assiduis votis rogandus est. Etsi autem graves minae et terrores volitant, nescio quid tamen prosperum ominor. Quod papa regi *Philippo* non satisfacit et Dux Florentinus ab utroque sibi timet, non dubito quin nostri iam regi et eius consilio formulam intercessionis obtulerint, adversus Tridentinum concilium. [5]) Cuperet Regina nos quoque intercedere, sicuti D. *Bullingerum* admonui. Quid expediat videbitis. Absurdum esset nos quidquam seorsum tentare. Libenter autem sententiae vestrae subscribemus. Vale, clarissime vir et mihi ex animo colende frater. Dominus tibi semper adsit, te diu servet incolumem laboresque tuos benedicat. Genevae 16 Martii 1562. D. *Marchio* et reliqui amici te salutant. Ego quoque uxori et familiae multam salutem precor.

Ioannes Calvinus tuus.

3744.

GALLASIUS CALVINO.

Prolixa et fastidiosa actio contra Petrum Alexandrum.

(Ex autographo Cod Genev. 112, fol. 205.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae vigilantissimo pastori patri et symmystae observandissimo.

Genevae.

S. Variis quidem molestiis ex quo veni in Angliam [1]) affectus sum, mi pater, sed nunquam

---

3743. 1) *deperditas.*
2) *N.* 3737.
3) *Ad quaenam vitae discrimina hic alludat nescimus.*
4) *Hoc ipso die, postridie Idus, urbem intrarunt magna cum pompa.*
5) *Huius rei quum alibi mentio non fiat videtur omissa fuisse. Nam post adventum Guisiorum status rerum est mutatus et res ad bellum civile tendebant. Quod Noster nondum rescire potuit.*

3744. 1) *N.* 3596. 3680. *De dissidio ipso alibi nihil. Strypius neque in Annalibus neque in Memor. aliquid habet.*

maioribus quam a reditu meo. Nam me absente *Alexander* miras excitaverat tragoedias de disciplina et fraterna correctione. De quibus quum nova quaedam et aliena doceret, multos bonos viros mirum in modum a se abalienavit. Seniores nihil me absente monere audebant, quia norunt hominis ingenium: nec tutum erat ipsum adoriri, nisi probe muniti atque instructi essent. Itaque dum redirem omnia quamvis indigna ferre maluerunt quam aliquid tentare cuius dubius ipsis exitus foret. Reversus hominem placide rogavi ut scripta mihi traderet ea quae docuerat de disciplina, quo certius mihi constarent: nec enim me velle ex auditu tantum iudicare: sedandas porro esse rixas quae hinc exortae erant, atque antevertenda pericula quae hinc nasci poterant. Quod perfacile foret si inter nos fraterne et familiariter de ea re communicaremus. Promisit se facturum, sed non praestitit. Quum ergo multas hebdomadas distulisset nec pareret consilio cui acquieverat, rogatus a bonis viris et primariis ecclesiae, ut de ea re tractarem in concione nec tam diu dubias et haesitantes conscientias relinquerem, ac potissimum ut interpretarer locum Matthaei ubi de fraterna correctione agitur, eorum desiderio parui lubens, praesertim quod dies coenae instaret, ac quotidie variis disputationibus ea res inter multos agitaretur. Rem ita tractavi ut veram Christi sententiam facile intelligerent omnes atque amplecterentur. Solus *Alexander* et pauci eius asseclae reclamabant, sed ita absurde et stolide, ut eos postea facile idiotae ipsi redarguerent. Procurabam sane me omnibus satisfecisse, quia rem moderate tractaveram, et ipse *Alexander* ad coenam statim accesserat. Sed a prandio qualis eius esset in me affectus, et quam adversaretur sententiae meae plane prodidit. Coepit enim invehi adversum me, nec obscure quae docueram improbare. Nec tamen quid sentiret ipse facile colligebatur, nisi quod ducebatur studio contentionis, et doctrinae suae, si audirer, iam non fore locum dolebat. Ego proximo consistorii die cum ipso expostulavi coram senioribus, quod turbasset ecclesiam sua concione, meque et doctrinam meam aperte traduxisset, ac petii ut nobis absentibus de hac re iudicarent seniores et aliquam rationem inirent pacandae ecclesiae. Consilium in promptu erat. Iussi vero sumus ambo conciones illas de quibus quaestio erat scriptas dare, aut saltem capita doctrinae de qua erat controversia. *Alexander* dixit seniores non esse iudices ipsius, potius esse partes, seque ad episcopum provocare cuius iudicio stare vellet. Ego concionem meam scriptam dedi. Ipse consistorio parere noluit. Quamobrem ob contumaciam, qua iam saepius usus erat, ministerio suspensus est. Confugit ad episcopum, per quem tandem obtinuit ne moveretur loco ac reconciliaretur. Hoc quamvis non approbarem, ferre tamen mihi necesse fuit. Interea graviter angebar, quia neque in causam ingredi nec eam deserere poteram. Reconciliatio porro nulla erat, quia neque agnoverat ullam culpam neque ecclesiae satisfecerat. Et quamvis remiserant de sententia sua seniores, quod episcopus ita vellet ac rogaret, tamen hoc ad extremum usque persequi cupiebant. *Alexander* iactabat se de his coram tota ecclesia disserere velle et disputationem inire, ut iudicium ab ipsa adhibitis etiam episcopis ferret. Hoc ipsum postulabat ab episcopo qui tametsi hominis ingenium satis perspectum habeat, omnem tamen adhibet operam ne quid eius existimationi detrahatur. Idque se ex animo facere mihi fassus est quod ei olim dum exsularet amicus fuerit et familiaris. Rogavi ut consilium praeberet quo melius consuleret existimationi suae atque interea maiorem ecclesiae cui praeerat, et veritatis, quam unius hominis rationem haberet. Priusquam vero tragoediam hanc movisset adversum me *Alexander*, dum agerem cum episcopo de constituendo successore, petiit a me ut populo designarem *Alexandrum* et commendarem. Respondi me bona conscientia id facere non posse, quod homo esset impotens animi et affectibus indulgeret. Me quidem liberum facturum ecclesiae quem habere vellet, sed meo iudicio tali me homini gregem non esse commissurum. Nisi ergo, inquit, tuo nomine et iudicio id facere velis, meo facito, eumque senioribus et diaconis ex me commendato. Id retuli collegio. Nemo fuit qui non diceret se potius cessurum suo munere, quam *Alexandri* institutioni consentiret. Mira fuit inter ipsos et praesente et absente me consensio, neque quidquam gravius fuit *Alexandro* quam quod neminem ipsorum disiungere aut a me abalienare potuerit, aut potius a vera concordia et pura administratione, quibus me studuisse satis omnibus perspicuum est. Hi omnes insimulabant hominem falsae doctrinae, atque ipsum convinci cupiebant: idque potissimum urgere coeperunt ubi haec occasio ab ipso *Alexandro* oblata est. Videbam multa impedire. Primum non constabat aperte quid ipse sentiret. Nam tergiversatur, permiscet *ἀπροσδιόνυσα*, subsultat, perturbat et confundit permulta et sibi ipsi interdum adversatur. Ac vix quidquam aliud ex ipso colligere potui hactenus quam quod tumultuatur et quae bene instituta sunt oblique perstringit, saepius etiam erumpit et recta impetit mira impudentia. Sibi tamen praecavet, ne falsum dogma tradidisse videatur. Hoc ergo potissime studet ut imperitam plebem eludat. Deinde videbam fore ut maior exoriretur tumultus si cum homine publice congrederer aut ipsum persequerer: denique nihil aliud effecturum quam si cum ratione insanire studerent. Iam satisfactum erat ecclesiae mea concione: Nemo reclamabat, nemo repugnabat meae doctrinae. Om-

nes ita se prius sensisse dicebant, nunc vero se plenius rem totam intelligere, quia nodi soluti erant. Tantum viginti aut triginta ad summum factiosi et cervicosi homines, quos ad se *Alexander* illexerat, et quos haud magni facit ecclesia, mihi adversabantur. Tertio causae incertae animadvertebam incertiores fore iudices, nec congressum nostrum aliud quam inane aut ridiculum spectaculum fore. Id iam satis expertus eram quoties ipsum ad episcopum vocavi: ubi profecto saepe mihi stomachum mendaciis suis, sed percrebro etiam splenem stultitia sua et ineptiis permovit. Sustinendum ergo nobis censui ac exspectandum donec, uti coeperat, se magis proderet: fore enim, dum negligeretur, ut gravius erumperet ac se patefaceret iis qui ipsum nondum satis aperte noverant. Quod profecto me non fefellit. Erat autem et aliud grave negotium quod facessere coeperat diaconis, falsum rumorem adversum ipsos spargens, eosque insimulans quasi minus fideliter pecuniam ecclesiasticam administrassent. De hoc ipsis ante omnia agendum censui, quia me absente non facile se tam gravi calumnia liberaturi erant. Significatum est igitur ecclesiae diaconos petere ut alii deligerentur in ipsorum locum, ac quamvis singulis mensibus reddidissent rationes, tamen ad obstruenda omnium ora iterum ad generalem rationem reddendam paratos esse. Itaque ut adessent qui vellent praestitutus est dies. Adfuit *Alexander* cum suis, miras excitans difficultates et nodum quaerens in scirpo, ita ut non solum eius morositas sed etiam indignatio invidiaque et malevolentia appareret. Auditus est mira patientia, tametsi absurda et indigna erant quae proposuit. Longum esset omnia recensere. Multos dies frustra consumpsimus, quibus nihil aliud quam querelas et inania murmura proferebat. De his autem potissimum contendebat: nimis magnam pecuniam in itineribus mea et familiae causa factis insumptam fuisse: hos sumptus non debuisse ex pecunia ecclesiastica fieri quae pauperum est, sed nova contributione. Praeterea de exiguo stipendio suo querebatur et a diaconis sigillatim describi volebat quod singuli ex nostris pro ministro alendo conferre solent. Quo consilio id faceret non difficile erat iudicare. Nam praeterquam quod mihi et diaconis invidiam creare volebat, hoc etiam providebat ut post discessum meum universum stipendium sibi vendicaret et arriperet, atque etiam eos qui iam nomina dederunt ad id pendendum cogeret in posterum. Nostri hoc nondum animadvertebant. Sed postea aperte ipsius etiam *Alexandri* indicio deprehenderunt. Ei palam obstiti ac significavi ipsum eo nondum pervenisse quo putabat, me vero nunquam haec laturum: indignum esse contentiones moveri in ecclesia pro stipendiis, foedumque et nefarium ventris causa latrare: indignius fore vi cogi plebem ad ea praestanda quae ultro ac liberaliter pendebat. Multa alia dixi quae miratus sum hominem iracundum et animi impotentem ferre potuisse. Sed vincebat veritas. Ipse vero nullo tangitur pudore. In risum sardonium erumpit quoties non habet quod respondeat, ita ut morionem aut delirum hominem esse dicas. Postea non desiit tumultuari, detrahere et augere falsas suspiciones quas malevole iniecerat, nec ullus erat qui hominem compesceret. Sic porro insolens factus erat inani persuasione sui, tum quod iam se pastorem factum esse confidebat, me vero statim abfore, quasi solummodo ad colligendas sarcinas rediissem, tum quod episcopum nihil non ipsius causa facturum credebat. Petii ab episcopo ne haec diu suspensa relinqueret, sed ad rem iudicandam constituerentur boni viri qui totam controversiam dirimerent. Delecti sunt a tota ecclesia duodecim homines, quibus duos etiam adiunxit episcopus. Quod quum impedire omni studio conaretur *Alexander*, ac postularet ut palam tota ecclesia iudicaret, auditus non est. Nihil enim aliud quam sic omnia perturbata et confusa relinqui cupiebat. Delecti, re diligenter expensa et examinata coram *Alexandro* et asseclis, rationes diaconorum et quidquid ab ipsis ex seniorum autoritate gestum erat approbarunt, nec quidquam deprehenderunt quod bona fide actum non esset. Providerunt etiam ne similis molestia ipsis aut posteris exhiberetur. Pronunciata sententia est et lecta coram tota ecclesia quod *Alexander* admodum aegre tulit nec in concione sua dissimulavit. Tanta enim importunitas et impudentia intolerabilis fuit etiam iis qui ipsi ex animo prius favebant. Supererat ut ecclesia ἐριστικῷ homine et contentioso liberari posset. Nec tamen via apparebat. Dixi, quum impetrari non posset ab episcopo ut eum moveret, et iam per tempus quodammodo ministerii possessionem obtinuisset, quam etiam iactabat, optionem populo faciendam esse, ut alterutrum nostrum retineret. Uno enim ministro contentum esse. Ita futurum ut communibus omnium suffragiis aut statueretur aut tolleretur. Sic vero odiosum turbis suis se reddiderat *Alexander*, ut de exitu non dubitarem. Sic quidem videbatur res in extremum adduci periculum, et plerisque non probabatur. Sed ita agi necesse fuit. Nec enim aliter aut ipse diutius manere, aut successorem relinquere potuisset. De ea re admonitus *Alexander* ecclesiae iudicium in se exspectandum non censuit, sed multa conquestus in concione se ipse abdicavit. Qua in re eo gratior fuit plebi quod multa stulte, mendaciter, contumeliose, turbulente et factiose tum dixisset et iam diu multi ipsius discessum exoptarent. Paucis post diebus quam hac molestia ecclesia liberata est incidi in morbum, quo iam octodecim dies graviter affligor. Idem enim pedis dolor, qui me superiore

anno coercuerat, hoc ipso tempore iterum me invasit, nec solum me cogit decumbere, sed caput et totum corpus perturbat vehementer. Putavi me huius aeris incommoda diuturna consuetudine victurum, ita ut assuefacto non nocerent. Sed iam me falli agnosco, ac video in tanta crassitie atque humiditate, item in mutationibus tam repentinis valetudinem curare non posse.

Habes, mi pater, et publici status ecclesiae nostrae et privatim quoque mei rationem. Ignosces si longior fui quam putaram. Nec enim haec poteram paucis. Amori erga te meo, quo longius provectus sum nonnihil, ut spero, indulgebis, et dum tui desiderium animique et corporis mei angores nonnihil tecum per literas colloquendo sublevare conor, boni consules. Bene vale, amantissime atque observandissime pater. Dominus te diu incolumem tueatur et conservet ecclesiae suae. Fratres et collegas plurimum salvere cupio. Londini 16. Martii 1562.

Tibi deditissimus
Nicolaus Gallasius.

3745.

L'ÉGLISE DE VARS [1]) A CALVIN.

On redemande pour pasteur un jeune homme qu'on a autrefois envoyé faire ses études à Genève.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 196, fol. 32.)

A Monsieur nostre trescher frere Monsieur Calvin.

A Geneve.

Monsieur nous avons envoye a Geneve a lestude nostre frere monsieur Jean *Ferraud* [2]) et pour ce que nous est fourt necessaire quil vienne nous declarer la parolle de Iesus Christ nous vous supplions au nom de Dieu nous faire ce bien le nous envoyer si cognoisses quil soit suffisant car nous en avons grande necessite, car nostre eglise sen va esbranlee par deffault de ministre. Quest tout ce que au present vous escripvons ormis que nous nous recommandons a voustre bonne grace suppliant nostre bon Dieu vous veulle donner, Monsieur, ce que plus desires. De Vard en nostre assemblee ce xvj[e] mars mil cinq centz soisante deux.

Voustres humbles et obeissans serviteurs
et freres les ansiens de leglise de Vard [3])
est Sebastian *de Trognont*
Baptiste de Barras
Grimens
Claude Calmin
Honorat Audebert.

3745. 1) *C'est l'orthographe indiquée par M. Arnaud, Prot. du Dauphiné* I. 87. *C'est un endroit situé sur un affluent de la Durance dans le Briançonnais. Plus tard Vars fut réuni à Guillestré pour former une communauté.*

2) Féraud (*Arn.*). *L'autographe pourrait bien être lu:* Ferrand.

3) *Les souscriptions sont autographes. Les mots soulignés ont été ajoutés par la main qui a écrit le texte. M. Arnaud a lu:* Azimond, Calvin, Audibert.

3746.

STURMIUS CALVINO.

Caesar et episcopi aliique principes catholici copias parant Guisianis auxilium laturi.

(Ex autographo Cod. Goth. 404, fol. 807.)

A Monsieur Monsieur C.

Hodie vocatus sum a tredecim viris. Hi mihi ostenderunt literas se accepis * ab Electore Palatino, quibus significatur Caesarem, Saltzburgensem, Aestetensem, Augustanum, Würtzburgensem, Bambergensem episcopos, ducem Bavariae, Magistrum Teutonicum in maximo esse apparatu bellico. Si quid sciant nostri, aut si quid habeant consilii, ut ne celent. Certa esse indicia duci Sabaudiae haec non comparari, neque peti hic Protestantium ordinem. Omnes coniecturas eo pertinere: quoniam Guisiani se destitutos vident nobilitate gallica et opus habent extraniis * auxiliis, et quia neque Caesar neque Pontifex neque episcopi ferre possunt, Galliam accedere ad religionem nostram (actum esset enim de toto pontificatu) idcirco nullis hos pecuniis, sumptibus, impensis parsuros et succursuros Guisianis, sive succedant principum instituta consilia, sive cadant mala, et haec quae fiunt, rogatu Guisianorum, Caesaris consensu, Pontificis voluntate et episcoporum comprobatione fieri. Supra sexaginta signa peditum conscripta iam habere nunciatur, octo et amplius millia equitum conquiri. Videte ne vos vobis et nos nobis et utrique utrisque desimus.

Mittatur subito legatio ad nostros principes: unus aut duo ex ordinibus maioribus, quorum potestas sit agendi et transigendi cum nostris. Eiusmodi tempus est ut neque moram pericula admittant et summa opus sit cura, sollicitudine, cura,* celeritate. Vale, et quidquid agetis fiat id primo quoque tempore, quam citissime, quam celerrime. Quam male metuo ne non bene successerit: iam enim 18. huius mensis est neque quidquam hoc octiduo a vobis habemus. Argentorati 18. Martii. [1])

St. Nestorius Amicus.

3747.

DU PARC A CALVIN.

Nouvelles du Limousin, du haut Languedoc et de Paris.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 109, fol. 107.)

A Monsieur Monsieur d'Espeville.
A Geneve.

Salut par nostre Seigneur Jesus Christ.

Monsieur et pere, ayant trouve ce jeune homme qui est de vostre eglise allant vers vous, ie n'ay peu que ie ne vous aye fait entendre quelque chose qui est advenue en Perigors à Fumel. Cest que Monsieur *de Monluc* a fait executer vingtcinq de ceux qui avoient tué le Baron *de Fumel*, ce cruel tyran en son temps et dit on quilz estoient tous de leglise. De la il sen va à Cahors la ou il y a grand nombre de prisonniers de nos adversaires: mais nous n'esperons pas qu'il face telle execution pour nous qu'il a fait contre nous. Il en sera comme il plaira a Dieu. [1])

On nous dit pour le seur que vendredy dernier les adversaires se jeterent si asprement sur nos freres à Paris que de part et d'autre il en demeura trois cens et que toutesfoys nos freres furent les plus fortz et qu'en la troupe se trouva Monsieur *de Guyse* blecé d'ung coup de pierre par le bras et d'ung de pistole par le genouil. [2]) Si cela est vray ce sera commencement de grands maux si nostre bon dieu n'y prouvoit. On dit beaucoup d'autres choses lesquelles pourtant que ie ne desire point quelles soyent vrayes ie ne les vous escry point, avec ce que vous en serez adverty d'ailleurs devant qu'ayez receu mes lettres.

Nos adversaires d'icy nous font fort la guerre taschans sous couleur de quelque iustice faire pendre aucuns de nostre eglise qui toutefoys n'ont rien forfait graces à Dieu. Mais ilz sont demy hors du sens et fort au desespoir. Dieu les vueille reprimer par sa grace. De tant peu de ministres que nous sommes ie crains fort que n'en perdions quelques ungs. Mais de cecy une autre foys, d'icy a peu de temps sil plaist à Dieu. Nostre Seigneur nous ameine tousiours quelques ungs au troupeau, combien que ce soit fort bellement. Le Lymousin ne s'eschaufe pas du premier trait. Nous n'avons encores peu avoir ledict combien que l'ayons demande à Bordeaux.

Leglise de Toulouse se porte fort bien. Le Synode general se doit tenir à Orleans [3]) sur le commencement d'Avril: ie croys qu'en avez bien esté advertys. Il vous plaira faire mes humbles recommandations à tous nos chers freres ministres et que ie me recommandes à leurs bonnes prieres. Deux ou troys de nos freres sen iront incontinent apres pasques par dela querir leurs femmes, si les affaires se portent bien dela (Dieu le vueille par sa grace) je crains fort que tous ne reviennent point. Dieu prouvoira à tout s'il luy plaist.

A quoy faisant fin ie prieray nostre Seigneur, Monsieur, qu'il vous conserve et garde longuement pour son eglise. Ce 19. de Mars 1562 de Lymoges.

Par le tout vostre prest à vous faire
tout service en nostre Seigneur,
De Lymoges [4])
Brunel pelaeus du Parc.

3746. 1) *Ad a.* 1562 *pertinere videtur, quo tempore varii rumores de bello a papistis parato volitabant in Germania.* (*Kluckhohn, Briefe Fr. III.* I. 262 *cf.* 231. 256.) *Etiam Hotomanus senatui Argentoratensi a. d. V. Non. Mart. denunciavit foedus inter Papam, Sabaudiam, Ferraram, Venetos et Hispaniam sancitum* (*Baum* II. 565).

3747. 1) *Sur ces affaires voyez Hist. eccl.* II. 834 *s.* II. 751; *N.* 3642. 3688; *Mém. de Condé* II. 27; *Languet* II. 185. 188; *de Thou* III. 284.

2) *C'est ici le premier bruit vague du massacre de Vassy* (*et non Paris*).

3) 25. *Avril.*

4) *Hist. eccl.* II. 834: Limoges ville episcopale et vicomté appartenant lors à la Royne de Navarre, avoit une Eglise dressee dès l'an 59 de laquelle fut ministre un nommé Brunet (*sic*) autrement du Parc.

3748.

CALVIN A LA REINE DE NAVARRE.

Il lui adresse des consolations à propos de la conduite de son mari qui est en train d'embrasser le parti des Guises. [1])

(Copie. Bibl. de Genève. Vol. 107, fol. 143; Vol. 115a, fol. 45; Berne F. 145; Ruchat VII. 393; Crottet Chr. N. 62; Bonnet II. 458; Trad. angl. IV. 266.)

Madame, la compassion que iay de voz angoisses me faict sentir en partie combien elles vous sont dures et ameres a porter. Mais quoy quil en soit si vous vault il beaucoup mieulx destre triste pour telle cause que de vous anonchallir a vostre perdition. Cest chose desirable destre a repos et a son aise, quant Dieu faict ce bien a ses enfans de se pouvoir plainement resjoir. Or puis que cela est ung privilege qui ne dure pas tousiours, sil luy plaist de nous examiner aprement, de le suyvre par chemins aspres et difficiles. Vous avez esté enseignee, Madame, que nous ne pouvons servir a Dieu sans combatre. Les especes de combatz sont divers: mais en quelque sorte quil plaira a Dieu nous mectre en praticque, il nous fault estre prestz. Si les assaulx que vous avez à soustenir sont rudes et terribles, Madame, il y a long temps que Dieu vous a donné occasion de le premediter. Le Roy vostre mary a desia esté long temps assiegé de deux cornes du diable, d'*escars* et levesque d'Ausserre. [2]) Non seulement il sen est laissé abatre, mais luy mesme, hurte [3]) contre Dieu [4]) et les siens. Je parle comme dune chose notoire. Je sçay, Madame, que les premiers hurs [5]) se dressent contre vous. Mais quant il y auroit cent fois plus de difficultez, la vertu denhault, quant nous y aurons nostre refuge, sera victorieuse. Seulement, Madame, ne vous lassez point a tenir bon, aiant Dieu pour vostre guarant. Car nous ne luy obeyssons pas a lavanture, daultant que sa promesse ne nous peult faillir quil donnera bonne yssue a vostre constance quant elle sera fondee en sa parole. Ainsi [6]) combien que tout le monde renverse, si nostre ancre est fichee au ciel, combien que nous soions agitez, si arriverons nous a bon port. Celuy qui a nostre despostz en garde, est fidelle, dict S. Paul. Ainsi [6]) scachans bien à qui nous avons creu perseverons, aians pitié de ceulx qui samusent à des allechemens si frivoles que les petis enfans s'en mocquent. Ce pendant, Madame, vous ne serez pas oubliee en noz prieres, comme nous en avons esté advertis tant par nostre frere Monsieur de *Bèze*, que dailleurs mesmes, que vous le desirez. Je me tiens bien asseuré, Madame, que Dieu exaucera voz gemissemens et les nostres, moiennant que luy offrions le sacrifice d'humilité qu'il requiert. Car combien que nous puissions et debvions estre hardis à maintenir sa querelle, si nous fault il attribuer à noz peches que le cours de son evangille est retarde. Quoy quil en soit, au meillieu de toutes noz destresses, souvenons nous du dire de sainct Paul: Esioyssez-vous au Seigneur, freres, sans fin. Je vous dictz de rechef, esioyssez vous, voire pour avoir ung courage invincible, au meillieu de toutes nos affiictions.

Madame, pource que le porteur retourne vers vous pour entendre où il vous plaira ladresser, ie vous ay bien voulu declairer qu'il s'est icy tant bien porté que nous leussions vouluntiers retenu, [7]) sinon quil eust este desdié à voz eglises. Et ie croy [8])

3748. 1) *Languet* II. 211: Connestabilis, Cardd. Ferrariensis et Tournonius, Maresc. a S. Andrea et alii quidam, quia non sperabant se posse perducere Reginam ad ulla consilia quae regni quietem perturbarent, Navarrum tanquam suis artibus magis obnoxium aggressi sunt ac eo perduxerunt ut nostrae parti palam iam adversetur. Persuaserunt etiam ipsi ut in gratiam rediret cum Guisiis ac eos in aulam revocaret. Videbant enim, si istos sibi non adiungerent, se Regina repugnante nihil posse adversus nostros constituere. Omnium actionum capita sunt Navarrus, Connestabilis et Guisius, ita ut videatur triumviratus constitui. — *Hist. eccl.* I. 688: Apres avoir receu nouvelles d'Espagne et de Rome le roy de N. commença de se distraire de ceux de la religion et de mener une fort mauvaise vie à la Royne sa femme, luy estans tendus tous les filets par lesquels un homme ainsi adonné aux femmes pouvoit estre surpris. Ainsi peu à peu, oubliant toute autre chose n'eut plus en sa teste que Sardaigne et les femmes. La Royne, princesse tres sage et vertueuse taschoit de le reduire, supportant tout ce qu'elle pouvoit et luy remonstrant ce qu'il devoit à Dieu et aux siens. Mais ce fut en vain, tant il estoit ensorcellé. Quoy voyant elle n'avoit recours qu'aux larmes et prieres, faisant pitié à tout le monde fors audit son mari.

2) *Hist. eccl.* I. 187: Les instrumens pour gagner le roy furent l'ambassadeur d'Espagne, les card. de Ferrare et de Tournon, lesquels ayant aisément pratiqué deux de ses principaux serviteurs, le sieur D'escars et l'Evesque de Mande gaignerent finalement le maistre . . . . . . *Le Sieur d'Andust fut envoyé en Espagne pour traiter de la cession de l'isle de Sardaigne en dedommagement pour la Navarre espagnole* et le sieur d'Escars à Rome. Eust fait aussi l'Evesque d'Auxerre le voyage d'Espagne s'il ne s'en fust habillement depestré.

3) s'arme *Bt.*

4) *Languet p.* 212: Die Palmarum (22. *Mart.*) Navarrus, Guisius, Connestabilis et reliqui proceres eius factionis magna pompa accesserunt ad templum Genovevae. — *Chantonnay in Mém. de Condé* II. 28. *Bruslart ib.* I. 76: Le roi de N. qui s'estoit formellement declaré pour l'ancienne religion arriva à Paris avec grande compagnie au devant de laquelle alla M. de Guise et M. le Connestable.

5) ars *Bt.*

6) aussy *Bt.*

7) voulu tousjours retenir *Bt.*

8) sçay *Bt.*

qu'il na pas perdu son temps d'estre icy venu, comme le fruict [9]) le monstrera. Ce 22. de mars 1562.

3749.

BEZA CALVINO.

Bellum paratur.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 76, coll. c. Cod. 119, fol. 71. Edidit Baum Tom. II. App. p. 171.)

A Monsr. Monsr. Despeville
a Villefranche.

S. Mi pater, ex postremis literis meis cognovisti quo in statu essemus. Caetera nunc accipe. Quo die *Guisianus* cum suis urbem est ingressus,[1]) post varia consilia, tandem placuit *Condensi* ut et ipsi cum nostris copiis in altera urbis parte concionem haberemus, quod consilium virtutis et constantiae plenum ita successit, ut hostes, qui putabant nos ad primum sui conspectum omnia deserturos, ipsi trepidare inceperint.[2]) Et certe multo maiores et firmiores copias repente nobis obtulit Dominus, quam ausi fuissemus sperare. Ab eo tempore perreximus nostro more, sine insigni tumultu. Augetur quotidie illorum numerus, sed noster multo magis. Millies occidimus, millies resurreximus. Exspectamus opus Domini et, ut nunc quidem res sunt, bene speramus. Precemini si unquam alias. Cogitationem de meo reditu ista interturbant, sed scitote me nec temere nec frustra ὑπερήμερον fore. *Condens. Posid. Iuliani* uxor [3]) sese tuis precibus commendant, omnes Dei gratia fortes et constantes. Bene vale, mi pater. Dominus Iesus te incolumem servet, et in istis publicis ac domesticis malis soletur. Amplissimo senatui respondebo simul atque vel minimum otii nactus fuero. Ne mireris me Dialectici [4]) oblitum, nam ipsum parentem cogor negligere in lectulo decumbentem,[5]) quod me ita angit ut plene conficiat. Lutetiae, vel ex mediis castris potius 22. Martii.

Tuus Beza.

9) faict *Bt.*

3749. 1) *postridie Idus Martii.* (*Languet p.* 212. *cf. N.* 3731. *Bruslart l. c.* I. 75.

2) *Bruslart p.* 76: Le prince de Condé favorisant le party des Huguenots les mena en armes a la presche au faulxbourg S. Iacques en un lieu dit Hierusalem et avoit avec luy grande compagnie de chevaux. Ceux pourtant qui estoient dessus n'estoient que des belistres se disants soubs son aveu gentilshommes. Vray est qu'il y avoit avec luy deux chevaliers de l'Ordre Ianlis et Iarnac [*Frç. de Hangest Sr. de Genlis et Guy Chabot baron de Jarnac*]. Il ne receut grand honneur à faire cest acte là et eust mieux faict de ne se declarer si fort.

3) *Regina Navarrae.*

4) *Baduelli successoris?*

5) *et morti proximum.*

3750.

HAGENIUS GALLASIO.

Habes hic raram avem, nempe e Suevorum castris aliquem Calvinum Lutheranisantibus praeponentem.

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 63.)

Ornatissimo pietate atque doctrina praeclaro viro D. Nicolao Gallasio, divini verbi in Genevensium ecclesia praeconi fidelissimo fratri ac symmystae singulari observantia colendo.
In ipsius absentia D. Iohanni Calvino offerendae.

S. Non dubito quin literas pridie, ni fallor, Calend. Septembris ad te datas acceperis, iisque, si fieri poterit, nundinis hisce per librarios vestros responsurus sis, vir clarissime fraterque singulari mihi observantia colende. Iam olim conquestus sum, me in amicitia nostra utrinque haud dubie divinitus contracta, nihil tam male odisse quam longam illam et difficilem locorum distantiam, quae vel sola impedit ut praeter animi voluntatem amicitiae munus et officium rarius complere queamus, cui etiam tabellariorum penuria et perfidia accedit. Quis enim miserrimo hoc saeculo ea quae verae amicitiae propria sunt literis committat? Divus alicubi Ambrosius testatur, habere aliquem cui pectus nostrum aperiamus, cui arcana communicemus, cui secreta cordis nostri committamus, ingens huius vitae solatium esse. Ideo illum Augustinus in amicitiam recipiendum autumat, cui omnia nostra consilia refundere audeamus. Etsi autem hoc ipsum singulari Deo beneficio in te et reverendo parente nostro *Calvino* mihi oblatum sit (non enim dubito, si nobis esse propinquioribus liceret, quin illis om-

nibus verae iucunditatis commoditatibus perfrui concederetur), praefata tamen incommoda illa obstaculo mihi et impedimento sunt, quominus voti animique mei compos fieri queam. Rebus autem nostris hoc modo constitutis non raro illius Comici recordor, quando valere ut volumus non licet, ut quimus vitae rationem nos instituere debere. [1])

Caeterum quid superiori anno inter me et theologos nostros actum sit, ex literis meis abunde satis percepisse te confido. Ubi inter alia et hoc insertum te invenisse puto, D. *Brentium* aliquot ex *Lutheri* libris collegisse locos quibus ubiquitatis portentum adprobare nititur. Nuper vero, ut in sententia illa asseveret, libellum latinum conscripsit, [2]) quem tamen hactenus legere non licuit. Exemplar autem heri Stuttgardia mihi afferri curavi, ut tibi et *Calvino* nostro communicare possem. Cui D. Philippi *Melanchthonis* sanctae memoriae de coena ad Palatinum Rheni iudicium [3]) adiungere volui, sperans haud dubie ad futuras Francofurdensium nundinas vestrum super utrisque iudicium me accepturum. Ore et scriptis *Brentius* testatur, se ita ubiquitatem corporis Christi asserere ut tamen interim nequaquam ipsius diffusionem seu distractionem intelligat. An autem corpus humanum eodem tempore ubique et in omnibus locis, imo simul in terris ac coelis sine distractione, extensione, diffusione esse queat, ut interim veri corporis modum retineat, mihi ex sacrae scripturae testimoniis probabile non videtur. Quumque id ipsum solius deitatis sit proprium, testantibus tam spiritus sancti oraculis quam orthodoxae ac purioris ecclesiae scriptis, ingenue fateor me nec mentis nec fidei viribus illorum sententiam assequi posse. Ratisponensis vero *Gallus* ille, [4]) turpi contra praeceptorem gallicinio suo tanquam sorex se prodens manifeste testatur, se amisso pudore plane omnem humanitatis sensum exuisse. Incredibile dictu est, frater, quantum animo meo vulnus infligant istiusmodi facinorosorum sycophantica in homines optime de ecclesia meritos scommata. Paucorum, inprimis vero *Lutheri*, testimoniis fulti contra omnes omnium temporum autores sese munitissimos esse arbitrantur. Etenim cum D. *Calvino Lutherum* insignem verbi divini praeconem et Christi apostolum agnosco, verum non eo quo isti et Wismariensis ille *Smedenstede* [5]) modo, qui aperte pronunciavit, unam eandemque *Lutheri* et Pauli esse doctrinam, utramque veram et indubitatam, sic ut alterutra probata vel negata utraque simul probetur aut negetur: proinde licere in adprobanda aliqua doctrina a *Lutheri* autoritate argumento uti. Quis non cum Augustino istorum vesanam caecitatem acclamaret. O detestandum errorem hominum qui clarorum virorum quaedam non recte facta laudabiliter se imitari putant a quorum virtutibus alieni sunt! vel illud *Calvini* nostri, quod huic non dissimile est: O *Luthere*, quam paucos tuae praestantiae imitatores, quam multos vero sanctae tuae iactantiae simias reliquisti!

Quantum vero ad me spectat, scias adhuc in Detthingensium ecclesia me commorari, et principis nostri matrem Nürthingae habitantem [6]) me pro pastore et concionatore suo etiamnum hodie agnoscere. Domini nostri Iesu Christi pater spiritus sancti sui vi et efficacia faxit ut in pietatis veritatisque confessione in finem vitae usque constanter perseverare queamus.

Teque et *Calvinum* nostrum obnixe rogatos volumus, ut precibus vestris apud Christum nos iuvare pergatis, quod vicissim pro vobis fideliter et nos facturos persancte pollicemur. Denique ex literis meis tibi constat aliquot *Calvini* opuscula a me in Germanicam linguam esse conversa, verum principum interdicto cautum quominus typis commiserim. Nuper autem Studtgardiam profectus per epistolam a dominis consiliariis ecclesiasticis petii ut librum contra Anabaptistas versum prelo committendi potestatem mihi concederent. Nullum aliud responsum accepi nisi principis mandato negatum esse, ob causas quas ipse coniicere queam. Noluerunt aperte dicere ob *Calvinum*, quem Cinglianismi accusant et quovis haeretico peius oderunt. Si Aesopi fabulas aut vanissimi scurrae levitates vel vertissem vel conscripsissem, per illos liberum fuisset eas publicandi et divulgandi. Sed causam omnem servatori Christo commendo, nihil haesitans, ipsum brevi omnium iniuriarum atrocem iudicem affore.

Quare *Calvino* nostro non scribam, causam ex proximis literis percepisse te opinor, speroque literis tuis, iam nundinis hisce mihi afferendis, certiorem me fore quid hac in parte agere debeam. Invitus enim certe tibi et illi literarum mearum ineptiis molestias paro. Hoc unum autem a te peto ut haec omnia illi communices, et ipsum meo nomine quam officiosissime salvere iubeas. Aeternum

---

3650. 1) *Terent. Andr. Act. IV. sc.* 6, 10.

2) *Cogitamus de illo qui inscribitur:* De personali unione duarum naturarum in Christo. Tub. 1561. 4. *vel de illo:* De maiestate Christi ad dextram Dei patris et de vera praesentia corporis et sanguinis in eiusdem coena. Francf. 1562. 4.

3) Iudicium D. Ph. Mel. de controversia coenae Domini ad ill. Principem ac Dom. Fridericum Comitem Rheni Electorem 1560 m. Sept.

4) *N.* 3309.

5) *Henricüs S. doctor Rostociensis qui a.* 1554 *Wismariae exsules Anglos adortus in iis expellendis partes suas egerat.* (*Salig* II. 1100.)

6) *Sabina, ducis Ulrici vidua a.* 1552 *ad sacra evangelica transierat.*

vale, vir ornatissime fraterque mihi ex animo colende, et *Hagenium* tuum redamantem te ut coepisti amare perge. Dominus Iesus perturbatae et afflictae ecclesiae suae veram pacificationem et concordiam largiatur. Veloci calamo Detthingae Schlossburgi 11. Calend. Aprilis anno Domini 1562.

Tuus ex animo
Barth. Hagenius.

Scire pervelim quo in statu sint ecclesiae Galliarum: id quod probe ex te discere licebit.

3751.

LA PLACE A CALVIN.

Notice sur l'état des églises dans le Dauphiné et spécialement à Valence. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 109, fol. 97. Bulletin XVIII. 532.)

A Monsieur Monsieur Calvin fidele pasteur de l'eglise de Geneve
a Geneve.

Monsieur, ie n'eusse si long temps differé de vous escripre, n'eust esté que j'ay tousiours hay l'importunité de plusieurs, lesquelz sans avoyr aucun esgard a voz grandes occupations vous empeschent tant par lettres que par devis comme si vous estiez de grand loisir, et que n'eussiez autre chose a quoy employer la journee qu'a satisfaire à leur curiosité. Ioinct que ie n'avoy subiect encore qui fut digne pour vous escrire. Mais a present quil a pleu a Dieu nous donner les moyens de policer aucunement nostre assemblee et dresser ung concistoyre pour nostre reglement, jay bien osé prendre ceste hardiesse de vous en advertir. Combien que ie ne doute point que monsieur *Daiguille* qui nous a grandement aydé a cela ne vous ait du tout amplement informé, qui sera cause que ie n'en feray long discours. Du commencement que ie fus arrivé, ie trouvay leglise fort desolee, a loccasion que nostre gouverneur avoyt interdict les predications à monsieur *Ruffy* et defendu toutes assemblees. Qui fut cause que ie demouray coy pour quelque temps et enfermé en une chambre attendant la venue de celuy qu'on avoyt envoyé à la court. Lequel estant de retour nous asseura que monsieur de *Crussol* [2]) avoit toute puissance et charge du Roy touchant les affaires de la Religion. Et de faict peu de iours apres ledit sieur de *Crussol* estant arryvé et m'ayant appellé a soy entre plusieurs advertissementz m'exhorta fort humainement a contenir le peuple en toute modestie crestienne, me proposant pour exemple leglise de Lyon. Ensemble pria le seigneur gouverneur de nous tenir en sa protection. Toutesfois il nous fit commandement de sortir de la ville et nous retirer aux fauxbourgs. A quoy soudain nous obeysmes, combien quil ne fut encore nouvelle de leedit de Ianvier et avons continué de prescher ausdictz fauxbourgs iusques a ce iourdhuy que le parlement de grenoble nous en a deslogez par arrest. [3]) Et pour ne rien obmectre de ce qui pouvoit servir a nostre faveur ilz en ont adiousté ung autre par lequel ilz nous deffendent aussy tous cymetieres pour la sepulture de noz mortz. Item de n'exceder le nombre de dix quand on porte les enfans au baptesme: autant du mariage. Somme quilz ne font que du pis quilz peuvent.

Au reste Leedit * de Janvier estant emologué par la court du daulphiné et publié au greffe de ceste ville le sieur gouverneur m'ayant faict appeller en sa maison me somma sur le champ de prester le serment. Mais pourtant quil particularizoit certains poinctz et me vouloit astraindre a choses impossibles, interpretant Leedit a son plaisir lequel aultrement nest de soymesmes que trop obscur, ie demanday terme au lendemain pour y penser et permission de rediger par escript mon serment afin de ne mesprendre. Ce quil permit et vous en envoye ung double a ce que vostre plaisir soit madvertir si en quelque endroict i'ay bronché par imprudence.

Ie ne puis obmettre la chose que ie scay vous esiouir plus que toutes les autres de ce monde, ascavoir la benediction que dieu a desployee sur

---

3751. 1) *Voyez N.* 3585. *Hist. eccl.* I. 219. *Arnaud* I. 75: Le lieutenant-général La Motte Gondrin avait fait périr à Valence en 1561 plusieurs notables réformés et trancher la tête au ministre Duval, carme converti. Les protestants ne se laissèrent pas décourager et demandèrent la liberté de leur culte. Un autre ministre Roux fut expulsé du Dauphiné et la prédication fut interdite à Iaques Ruffi. [*N.* 3613.] Ce fut alors que Iean de la Place fut envoyé à Valence pour les remplacer (*fin* 1561).

2) *Ant. de Crussol duc d'Uzès fut nommé lieutenant du roi dans le Dauphiné, la Provence et le Languedoc,* 10. *Déc.* 1561, *avec la mission spéciale de pacifier les troubles religieux.*

3) *Le parlement de Grenoble n'avoit enregistré l'édit de Janvier qu'après trois lettres de jussion et soutenait de tout son pouvoir le parti des Guise.* Le 4. Mars la cour derogeant à l'Édict fit defense à ceux de la religion de n'aller en troupe en plus grande compagnie que de dix. (*Hist. eccl.* III. 248.)

ceste eglise, qui est telle que nous eussions esté contrainctz de sortir de nostre temple ou estable, quand bien larrest de grenoble ne fust venu, tant le nombre des fideles est il multiplié: de sorte que les dimanches une infinité de peuple abordant de tous costez estoit contraincte sen retourner nayant les moyens d'approcher pour entendre les predications, la rue estant toute pleyne de gens. Ce qui cause ung merveilheux mal de teste a noz ennemys, et surtout a celuy qui nous est adversaire iuré, [4]) lequel de grande fureur sefforce dintimider les uns et les aultres par menaces, se vantant quil me fera pendre, ayant de ce faire charge expresse. Comme il faict apparoistre par lettres, que celui duquel il despend entierement luy a envoyees de ginville,[5]) lesquelles moymesme ay veues par subtil moyen. Quoy quil en soyt il machine de grandes choses contre leglise de Dieu et ne sespargne en rien pour nous donner tous les empeschemens quil peult. Nous avons grand besoing pardeca de quelque personnage dautorité et de prudence pour obvier aux ruses de ce vieil routier et pour maintenir le peuple. Mais nous en sommes autant ou plus destituez que ville ne village de Daulphiné. Ce qui est cause de faire ainsy dresser les cornes audict personnaige cognoissant tresbien lhumeur des nostres qui sont bonnes gens mais cest tout: gens dy-ie faciles a estonner, promptz en parolles, et difficiles a desgainer argent pour les affaires de leglise, excepté trois ou 4 sur lesquelz tout le residu se repose. Qui faict que ie vous suppliroy volontiers de leur escrire un mot d'exhortation [6]) pour les esmouvoir a faire leur devoir, n'estoit que ie scay voz grandz empeschemens ausquelz ie suye estonné comme il est possible que ce pouvre corps si attenué puisse satisfaire. Toutesfoys si nous pouvons obtenir cela de vous ce sera un bien singulier pour ceste povre eglise.

Quant a nostre université[7]) iavoy au commencement conceu quelque bonne esperance qu'on en pourroit tirer aucuns escoliers de bonne volonté pour servir au ministere a ladvenir. Mais ie ny voy ordre car la plus part (combien que le nombre soit petit) sont ieunes gens desbauchez qui ont beaucoup de peyne a despendre largent de leurs parens aux basles et aux danses. Le reste est froid comme la glace et ne peuvent estre esmeuz a se dedier a une oeuvre si saincte, quelques remonstrances que ie leur face de la necessité des eglises. Brief il y a peu de mortification par deca. Ce bon Dieu nous vueille reformer.

Au demeurant ie vous descouvriray hardiment ma foiblesse, comme a celuy que plusieurs comme moy recognoissent pour pere. Et pour dire ce qui en est, i'endure une si grande charge qu'a la longue il me seroit impossible y suffire. Car outre les predications quotidiennes il me faut presque donner ordre a toutes les affaires qui surviennent combien que ie ne soy guere bien exercé en tel cas. Afin que ie ne parle des passans et rapassans qui me detiennent une bonne partie du temps. Parquoy, monsieur, ie vous supply au nom de dieu nous vouloir aider de quelque bon personnage pour me soulager [8]) et n'ayez esgard a nostre laschеté laquelle certes est si grande que jay vergoigne de vous faire ceste requeste dautant que ie scay que les nostres devroient nourrir aux estudes cinq ou six escoliers pour ces fins. Mais nous sommes tant loing de faire cela qu'a bien grand peyne pouvoit on trouver le premier denier pour me bailler apres avoir esté nourry de maison en maison comme les prescheurs de caresme par lespace de deux ou trois mois. Non pas toutes foys quaucune chose mait defailly, mais il a bien servy que quelques particuliers se soient trouves de bon cueur.

Ie ne vous escry autres nouvelles de pardeca sinon que monsieur *de crussol* a pris par escalade le chasteau auquel s'estoient retirez ces mutins de provence et en a defaict de 3 a 4 cent et faict pendre envyron cent, sans que des nostres en soient demeurez que deux, lung desquelz fut tué en parlamentant. Le chef *flassant* eschappa. [9]) Deux de ses lieutenantz furent pris mais depuis sont aussi eschappez par faute de bonne garde. Nous attendons bientost ledit sieur *de crussol* duquel nous esperons quelque soulagement.

Qui sera la fin n'ayant autre chose qui merite de vous escrire. Le seigneur vous fortifie et vous augmente ses graces pour servir de plus en plus a sa povre eglise comme aussi je desire le mesme a tous voz freres et fidelles collegues aux prieres desquelz comme aussi des vostres ie supply humblement estre recommandé. De Valence le xxii. mars.

Vostre humble serviteur
Iean de la place.

4) *La Motte-Gondrin.*

5) *lisez:* Ioinville. *Il s'agit du duc de Guise. L'Hist. eccl.* III. 249 *donne des détails sur cette lettre écrite le dernier de Févr.* 1561 (*style français*). *Guise y enjoint à Gondrin de punir les réformés récalcitrants de Romans et de faire pendre leur ministre.*

6) *Il n'existe rien de pareil.* (*Voyez N.* 3997.)

7) *de Valence.*

8) *Le ministre Aiguille y fut renvoyé pour quelques mois.*

9) *Les comtes de Crussol et de Tende, à la tête de* 5000 *hommes, prirent d'assaut le château de Barjols après un siége de* 4 *jours.* (*Hist. eccl.* I. 898. *Lambert, Guerres de rel. en Provence,* I. 185.)

Comme iestoy prest de fermer ces lettres nous avons receu nouvelles de la court qui ne valent guieres. Cest quil y a grans troubles et que si dieu ny donne ordre quil y a danger de quelque grand malheur.[10]) Le Seigneur vueille maintenir les siens et avoir pitié de son eglise. Cela a empesché monsieur *de valence*[11]) qui ne soit venu, lequel estoit attendu de jour en jour.

3752.

VIRETUS CALVINO.

Recentissima ex Occitania. Crudelis ubique luctus, ubique pavor et plurima mortis imago.

(Ex autographo Cod. Vratisl. III. B. fol. 29. Edidit Beza Gen. p. 270, Laus. p. 559, Hanov. p. 628, Chouet p. 371, Amst. p. 169.)

Clarissimo D. Ioanni Calvino.
Genevae.

Duo sunt quae me hic adhuc detinent. Primum medici[1]) quibuscum mihi res est: deinde motus variis in locis excitati ab hostibus, et caedes crudelissimae ab iisdem perpetratae. Audivisti de motibus et seditionibus Provincialium. Paucis ante diebus Narbonenses, ficti duelli praetextu inter duos Hispanos, cives et incolas paene omnes ad fictum illud spectaculum 'urbe extraxerunt. Postquam egressi sunt fraus prodita est et patefacta proditio. Quum enim nunciatum esset in alium diem reiectum esse duellum, ac omnes qui egressi fuerant in urbem regrederentur, iis solis patuerunt portae qui papisticam tuentur et sequuntur religionem, alii sunt exclusi. Sub idem paene tempus, quum ecclesia Carcasonensis[2]) regio parens edicto, urbe egressa esset ad sacrum conventum, clausae sunt urbis portae ne in urbem reverteretur. Fratres quum se viderent exclusos, urbis portas obsederunt ne quis urbe egrederetur, aut in eam ingrederetur. Interea tormento bellico ex urbe tres ex nostris occisos fuisse audivimus. Sed longe gravius est et atrocius quod eodem paene tempore accidit in urbe, cui nomen est Castelnau,[3]) quae non ita procul a Tholosa abest. Nam pari saevitia et crudelitate in nostros hostes grassati sunt qua iam ante menses aliquot in urbe quae vocatur Caors.[4]) Nam quum nostri ad sacrum coetum convenissent, incensa prius domo hostes in eos irruerunt tanta crudelitate ut magnus fuerit occisorum numerus. In his primus caesus est minister, qui suum caput hostibus pro caeteris omnibus obtulit. Sed ne hac quidem ratione compesci potuit hostium rabies: deinde Diaconus pari fato sublatus, et unus regius procurator vir optimus, et consiliarii aliquot, praeter vulgus promiscuum. Interea Tholosani huc adveniunt, cum multorum literis, Tholosam si possunt me ducturi,[5]) quamvis disertis verbis admonuissem ne pedem moverent antequam a me intellexissent, quid mihi per tempus, per valetudinem, et per ecclesiam cui uni obstrictus sum Genevensem liceret. Monspellienses[6]) vero, etsi spe fructus quem ex meo Tholosam adventu sperant eo adducuntur ut hanc a me suscipi profectionem optent, non sunt tamen in ea sententia, ut eo iter arripiam his turbulentis temporibus, donec tota regio paulo sit pacatior. Ut res modo habent nescio plane utra ex parte tutius sit iter aggredi. Sed spero fore ut brevi Dominus viam tutiorem aperiat, aut ut ad vos revertar ad tempus mihi praescriptum, aut ut longius progrediar si coegerit necessitas. Interea ecclesiae augentur, quae pergunt magis atque magis ministros postulare. Hic tabellarius, quum neque hic, neque Nemausi, neque alibi ministrum invenire potuerit, cogitur ad vos se recipere. Valde cupio qua sis nunc valetudine cognoscere, quam ut diligenter cures iterum atque iterum precor, ut qui magis omnibus sis ecclesiis necessarius quam hactenus unquam. Salutem multam dico collegis et amicis omnibus. Vale optime ac diutissime. E Montepelio, 23. Martii 1562.

Tuus Petrus Viretus.

---

10) Il n'avait que trop raison. Les combats de Provence et le crime de Vassy furent le signal de la guerre de religion. Valence aussi, dès le mons d'Avril, devint le théâtre de luttes sanglantes provoquées par les cruautés de La Motte-Gondrin, qui lui-même y fut massacré. (*Arnaud.* I. 105.)

11) *l'évêque Jean de Monluc* (*ib. p.* 65).

3752. 1) *Quorum nomina praebet Schmidt p.* 49. *Inter eos plures ecclesiae ref. addicti erant.*

2) *Iam m. Dec.* 1561 *turbae ibi excitatae fuerant contra protestantes cum effusione sanguinis. Attamen edictum Ianuarii d.* 18. *Febr. publicatum fuit* (*Hist. eccl.* I. 875). *Idibus Martiis inceperunt conventus extra urbem, ubi accidit quod hic narratur. M. Aprili Crussolii adventus motum compescuit.*

3) *Castelnaudary. Circa* 50 *protestantes cum ministro Giscart trucidati* (*H E.* III. 139).

4) *Beza in autographo quinque his vocibus deletis, scripsit* Cadurci. (*Cf. N.* 3747.)

5) *ubi ministrabat de Nort* (*N.* 3714). *Viretus postquam a. d. IV. Cal. Apr. ultima vice in Montepessulo concionatus est Lugdunum se contulit.*

6) *Beza emendavit in codice:* Monspessulani.

3753.

BULLINGERUS BLAURERO.

Rogat ut sibi literae a Calvino ad Blaurerum scriptae communicentur.

(Excerptum ex Cod. Sangallensi MSS. Tom. 38. Epp. IX. fol. 22. autogr. — Simler Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ambrosio Blaurero civi Vitudurano et fideli servo Christi domino colendo et fratri suo longe carissimo.

Wintherdur.

— — — — — — — — — — — — — — — —

— — quumque *Calvinus* noster pridie datis ad me literis [1]) scripserit: „quum superioribus diebus literas darem ad Ambrosium nostrum *Blaurerum* nihil tibi scribere potui, nunc autem sarciam“ etc. Unde colligo te vel literas illas non accepisse adhuc, vel te erga me non uti ea facilitate qua ego erga te utor omnia communicando — — — — — — — — — — — Vale. Tiguri 23. Martii 1562.

Tuus ille H. B.

3754.

CALVINUS STURMIO.

Budaeum in Germaniam missum nunciat ut principes hortetur ad interveniendum apud regem, cuius recens edictum facinore Vassiacensi irritum fieri debere videtur.

(Describimus ex scheda Codicis Genev. 107ᵃ, fol. 256 inserta, cuius apographa collata sunt ibid. fol. 257, Cod. 108, fol. 131, Bern. VI. 1017 et Simleri Vol. 104. Versio anglica IV. 268.)

Qua de causa hanc expeditionem susceperit *Budaeus* noster, ex eius sermone melius intelliges quam literis explicare tutum sit. Causam, ubi exposita fuerit, tibi fore cordi non dubito. Imo quia tibi communis est, ut in ea agenda nos iuves, pluribus verbis te hortari supervacuum esse duco. Si maneat quae edicto nobis permissa [1]) est libertas, sponte concidet papatus. Ergo extrema quaeque potius tentabunt *Guysiani* ut eam violenter eripiant. Ad reprimendos vero eorum impetus magnopere interest Germaniae principes intervenire ut regem ad constantiam hortentur suaque officia, quoad feret opportunitas praesto fore declarent. Si quid nuper Tabernis simularunt illae furiae, quam vanae et fallaces essent eorum blanditiae, detexit quod mox subsequutum est facinus. Vix enim a colloquio digressi ad trucidationem prorsus barbaram festinarunt. Sed haec et quidquid ad causam pertinet cognosces ex *Budaeo*. Vale, ornatissime vir mihique honorande. Dominus tibi semper adsit teque incolumem servet. Genevae 25. Martii 1562. [2])

3755.

BEZA CALVINO.

Cum copiis Condaei urbe excessit.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 75. Exstat quoque in Cod. 119, fol. 33, Bernensi VI. p. 158 et 1085, Simleriano 103, et ap. Baum T. II. App. 175.)

A Mons[r] Mons[r] de Passel.

A villefranche.

S. Die vicesima secunda [1]) huius mensis excessimus ex urbe, me quidem invito sed frustra reluctante. Postridie Meldas pervenimus, ubi quotidie

---

3753. 1) *deperditis.*

3754. 1) *v. l.* promissa.

2) *Patet Budaeum missum fuisse ad principes Germanos post facinus Vassiacense, eodem tempore quo et Condaeus et Admiralius Lud. de Bar miserunt, qui eosdem adiret de legatione a Reginam mittenda:* sie zu adhortiren bey erkenter warheyt bestendig zu bleyben, dem evangelio seinen freyen lauff zu lassen und da sich dazwischen was widerwertigs zutragen und ir sambt andern deswegen wolte zugesetzt werden, das wir sie mit hilff und rath zur defensive nit wolten verlassen. (*Friedr. Kurf. an Hz. Christoph* 27. *Mrz* 1562 *bey Kluckh.* I. 265.) — *De ipsa caede Cal. Martiis patrata vide: Guisii ipsius relationem in Mém. de Condé* III. 115. *Mém. de Castelnau, ed. Le Laboureur* I. 81. — *A parte protestantium prae caeteris:* Relation de l'occision du Duc de Guyse executee à Vassy en Champaigne *in Mém. de Condé* III. 111. Mém. dressé par un Huguenot au sujet du Tumulte de Vassy *ibid. p.* 122. *Prolixior et recentior narratio ibid.* 124: Discours entier de la persecution et cruauté exercée en la ville de Vassy par le duc de Guyse, *quacum cf. Hist. des Martyrs* 1619, *fol.* 613 *ss. Hist. eccl.* I. 721 *sq. Popelinière l.* VII. *f.* 283 *v. et Append. ad ep. Friderici III. ad Landgr. d. d. Cal. Apr.* 1562 *ap. Kluckh.* I. 269.

3755. 1) *Languet d. d.* 30. *Mart.* (II. 213): Postridie (*diei Palmarum*) Condaeus cessit urbe sub horam undecimam et abduxit secum Bezam et Perrucellum suum concionatorem. Discessit autem fratre non viso ad quem tamen salutandum misit uxorem et filium. Lente admodum processit et quarto die venit Meldam quae hinc tantum distat decem milliaribus . . . . Eo venerunt Admiralius et Dandelotus. (*Soldan* II. 7.)

augentur copiae. Heri demum sese nobiscum coniunxit *Posidonius*, qui utinam citius advenisset. Cras coenam, favente Deo, celebrabimus, *Andelotus* quoque aderit cum magna turba, et alios subinde adventantes excipiemus. Hostes relicto in urbe non magno praesidio, in aulam abierunt[2]) quod difficile non erat et prospicere et impedire. Sed aliter visum est certis de causis, quas tamen nec satis intelligo nec probo. Quorsum progressuri simus adhuc incertum esse video. In urbe pergunt fratres suo more,[3]) neque existimo hostes nisi rescisso edicto vim apertam adhibituros. Nostris video nec animum deesse nec vires, sed praeclaras occasiones nostra cunctatione iam amissas esse aegerrime fero. Parisii in collatione pecuniae, quamvis in extremo ut vides periculo, non tantum frigidos sed plane etiam sordidos se praebent. Utinam alii sint dissimiles, ac vestri praesertim vicini. Alioqui, si in apertum bellum ista eruperint, necesse fuerit nos succisis nervis collabi. Sin minus, isti nimirum apparatus in fumos abibunt, tantisper dum exarmatos opprimant adversarii, nisi Dominus frangat eorum consilia. *Iuliani*[4]) perfidiam scito omnia veterum exempla superare. Ego interea quid agerem? neque enim mihi dubium est quin vel iam interclusae sint viae, vel mox intercludantur. Cogor itaque non tantum spectator, sed etiam actor esse tristissimae tragoediae. Uxorem in hac urbe[5]) deposui, donec aliud consilium capiam. Quo die ex urbe discessimus Pompeii exemplum sequuti, *Normandius* diverso itinere eo venit, sicut ex *Gimardo* in hac urbe cognovi. Ita factum ut amicum non viderim, quem nescio an sim unquam aspecturus, quamvis placeat melius ominari. Audio etiam interceptas eius merces, culpa eius qui advehendas susceperat, ut qui aliquot sclopetos et nonnihil pulveris tormentarii simul cum libris incluserit,[6]) nec possum absens, re quoque mihi non satis cognita, illum iuvare. Ad haec mala et illud accedit, quod deinceps nec tam saepe nec satis tuto poteris a me de rebus nostris certior fieri. Sed tamen intentus ero in omnes occasiones, nec ullam facile praetermittam. Caeterum obsecro te, mi pater, ne te moerori dedas: vivit in coelis qui quotidie ex mediis tempestatibus serenitatem elicit, et nos procul dubio tuebitur. Amplissimo senatui, collegis, amicis, toti denique ecclesiae multam salutem precor. Dominus Iesus te servet incolumem, mi pater, et preces tuas exaudiat. Meldis pridie Paschae.[7])

Tuus Beza.

---

2) *in Fontainebleau. Hostes dicit Navarrenum.* (*Cf. Mém. de Condé* III. 216.)

3) *Languet l. l.:* In hac urbe admodum trepidatur et sunt clausae omnes portae, exceptis quatuor aut quinque quae tamen etiam interdum clauduntur, et sunt munitae magno militum praesidio, et quotidie plures conscribuntur ita ut iam omnia armis perstrepant. Nostri tamen interea non intermittunt suas conciones nec ad eas minor multitudo convenit quam antea. Navarrus, Connestabilis, Guisius et alii rebus pro suo arbitrio hic constitutis petierunt a Regina ut huc veniret deliberatura cum ipsis, vel potius approbatura quae ipsi constituerant. Regina respondit non esse opus suo consilio: monuit tamen ne quid facerent cuius non possent reddere rationem Regi ubi adoleverit. Accepto eo responso hinc discesserunt 26 h. m. et recta ad aulam iverunt quae iam est ad arcem Fontainebleau.

4) *Navarreni.*

5) *Meldis.*

6) *Fortasse huc spectant quae scribit Chantonnay d. 24. Martii:* Le jour que le Prince de Condey partit il fut pris ung bateau auquel l'on saisyt seze grandz toneaux plains de pistoletz et de haquebuzes *etc.* (*Mém. de Condé* II. 29.)

7) *d.* 28. *Martii.*

3756.

L'ÉGLISE DE MONTÉLIMART AUX MINISTRES DE GENÈVE.

Demande de pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 30.)

A noz seigneurs et peres Messieurs Calvin et autres ministres du sainct evangille.
A Geneve.

Salut par Jesus Christ.

Tres honnorez seigneurs et peres. Laccroissement quil plaist a nostre bon Dieu faire des siens icy en cest esglize[1]) et leur grand necessite davoir encores autre ministre nous a contrainctz Vous prier nous donner Monsieur *Furguon*[2]) qui est jcy bien desire et requis. Lequel cuydions nous avoir este accorde et quil seroit jcy a ces pasques: mais estans frustrez de nostre attante, vous prirons encores de rechef au nom de Dieu nous faire ce bien apres tant dautres quavons receu de vostre benignite de faire que son envoy jcy ayt lieu et sorte a effect: afin que le trouppeau qui est grand et journellement Dieu miraculeusement augmente soit repeu

---

3756. 1) *Cf. N.* 3446. 3449. Le 2. Août 1562 la Compagnie avait proposé à l'église de Montélimart deux pasteurs des terres de Berne, Matth. Olivier et Pierre Hostet, mais elle les refusa le 10 „pour estre fauteurs de certaines erreurs que nous abominons" (*Arnaud* I. 82).

2) *M. Arnaud* (*l. c.*) *lit:* Fulgon, *et dit qu'il fut accordé. Il ajoute qu'au* 6. *Mars* 1562 *on trouve à Montélimart le pasteur Louis du Vergier.*

continuellement de la pasture celleste, et vous serons tenuz de plus en plus Comme desirons vous obeyr quant il vous plairra nous emploier. Nous recommandans a voz bonnes prieres et graces, Prions le Seigneur Dieu vous augmenter les siennes et faire prosperer en ses dons et graces A perpetuite. Du Montelleymard ce xxix[e] mars 1562.[3])

Voz humbles serviteurs bons amys et freres de l'eglize reformee dudit lieu pour tous lesquelz
Jullien cecretaire.

3757.

BUDAEUS BULLINGERO.

Tradit ei Bezae literas cum narratione caedis Vassiacensis.

(Ex autographo Bibl. civ. Turic. F. 80, olim Epp. Tom. 45, fol. 193. — Simler Vol. 104.)

Eximio Christi servo et pastori ecclesiae Tigurinae vigilantissimo D. Henrico Bullingero domino et amico meo colendissimo.

Tiguri.

S. Ex literis nostri *Bezae*[1]) intelliges qualis sit ecclesiarum nostratium status. Earum exemplum ad te mitto, in quibus tametsi pauca quaedam sunt quae alterius sunt negotii, tamen integras de verbo ad verbum describendas curavi et manu mea subscripsi. Quum autem eas vix intelligere possis nisi historiam ipsam teneas, eam volo tibi narrare.

Oppidum[2]) quoddam est in finibus Campaniae Ioinvillae vicinum, nomine Wassei, ubi Christus ecclesiam collegerat ad mille et quingentos, qui *Regis* edicto freti (quo conventus omnes fidelium sacros in fidem suam recipit) secure conveniebant ad verbum audiendum et preces suas fundendas. *Guysianus*, qui in illa regione tum erat,[3]) quum sciret inermes et nihil sibi metuentes subito impetu facile posse opprimi, copias suas tanquam alio tendens armavit, quosdam praemisit, qui pistoletis terrorem incuterent. Ipse mox subsequutus est. Accidit quod speraverat, ut inermes et imparatos deprehenderet: tantum enim ad doctrinam et preces attenti erant. Quare nihil fuit negotii in strage edenda. Occisi sunt in ipso conventu plures centum et quinquaginta, ducenti vero vulnerati, reliqui fuga sibi consuluerunt. Mox ad praedam concursum est.[4]) Expilatae domus tanquam parta de hostibus victoria. Qui elapsi erant statim venerunt Lutetiam, et a *Beza* mox ad *Regem* deducti sunt, qui conquestus de tam atroci et barbara saevitia simpliciter omnium nomine postulavit ne *Rex* pateretur innoxium sanguinem fundi. Rex *Navarrae* ibi tum *Guysiani* patrocinium suscepit: decreta tamen est inquisitio.[5])

Haec est historia de qua in literis suis agit D. *Beza*, quas alioquin vix intellexisses. Ex qua, mi domine, facile perspicis, non modo quo in periculo versentur innoxii homines et pii, ni statim importunorum hominum audaciae et furori obviam eatur. Quod ad *Reginam* matrem atque adeo ad *Regem* ipsum attinet, facile est ex edicto nuper promulgato[6]) iudicare, quum officiariis suis omnibus man-

---

3) *Dimanche de Pâques.*

3757. 1) *deperditis sed post N.* 3749 *scriptis.*

2) *Hoc comma fere verbotenus legitur in Mém. de Condé* III. 122. *ubi tamen additur petitio ecclesiarum gallicarum ad principes Germanos, rogantium ut legatio ad Regem mittatur. Hinc forte conieceris relationem illam Budaei autoris esse, vel instructionem huic a Calvino datam.*

3) *scil. in Ioinville ap. matrem suam Antonia de Bourbon protestantibus infensissimam. Caedem ipsam Guisius casui tribuit, protestantes insidiis.*

4) *Sic quidem tum fama ferebat. Dux ipse de* 25 *aut* 30 *loquitur. Revera* 45 *statim occisi,* 80 *vel* 100 *vulnerati fuerunt ex quibus plures postea mortui sunt. Guisius ab eo tempore* le bourreau de Vassy *dictus est, a Friderico Palatino* der schwarz Herzog v. G. *in ep. ad Landgr. d. d. Cal. Apr.* (*Kluckh.* I. 270).

5) *Popelinière* I. *l. VII. fol.* 286 *v. Hist. eccl.* II. 1: Certains des principaux de l'Eglise s'assemblerent et resolurent qu'on feroit tout devoir d'en demander iustice au Roy. Suivant ceste resolution furent envoyés à Monceaux un nommé Francourt au nom de la noblesse et de Beze au nom de toute l'Eglise [*avant l'entrée du duc à Paris* 16. *Mars*], lesquels ayant obtenu audience en presence de la Royne et du roy de Navarre, la Royne fit gratieuse response promettant que bonnes informations seroient prises et que pourveu quon se contint on pourvoiroit à tout. Le Roy de N. ne se peut contenir chargeant ceux de l'Eglise de ce qu'ils alloient avec armes aux predications: Beze respondit que les armes entre les mains des sages portoient la paix et que le faict de Vassy monstroit combien cela estoit necessaire, demandant tousiours iustice contre le Sr. de Guise qu'on savoit venir en armes comme en temps de guerre. Adonc le roy de Navarre se declara du tout disant que qui toucheroit au bout du doigt au duc de G. (qu'il appeloit son frere) le toucheroit au corps, excusant le faict de Vassy . . . que le mal estoit advenu pour avoir ietté des pierres contre le duc qui n'auroit peu sur cela retenir la furie de ses gens, que les Princes n'estoient pas pour endurer d'estre frappés de coups de pierres. Beze apres avoir repliqué que si cela estoit ainsi le Sr. de G. en seroit quitte en representant ceux qui auroient fait une telle faute, adiousta finalement ces propres mots: Sire, c'est à la verité à l'Eglise de Dieu, au nom de laquelle ie parle, d'endurer les coups et non pas d'en donner. Mais aussi vous plaira il vous souvenir que c'est une enclume qui a usé beaucoup de marteaux.

6) 17. *Ianuarii Art.* 4 *et* 5.

det *Rex*, ne patiantur iniuriam pati sacros coetus, quos in fidem et patrocinium suum recipit, modo a tumultu et armis abstineant nostri. Sed vides ex *Besae* literis ut *Regina* sibi et filio suo metuat ab audacia hostium, ne scilicet sibi *Regem* vendicent, ac sub eius nomine summam rerum ad se trahant. Optandum est ut illustrissimi Cantones,[7]) quibus cordi est regnum Christi, intelligant ista ac tametsi tu pro tua prudentia facile iudicare possis quid consilii capiendum sit, mihi tamen et bonis omnibus videtur nulla re melius posse comprimi rabiem et amentiae plenum consilium quam si intelligant tyranni isti non deesse fortissimos viros et potentes principes qui Regem non modo per legatos suos rogent ne cedat hominum amentium furori in negotio tam serio, nempe in quo coniuncta est ecclesiae salus cum eius autoritate regia, sed etiam, si opus sit, auxilium offerant. Ego tibi, vir clarissime, non do consilium, sed animum, non meum, sed fidelium omnium aperio. Utinam per otium *Calvino* nostro licuisset de his rebus ad te scribere, sed nec otium fuit, et biduo ante discessum[8]) scripserat ad te. Iussit tamen ut ex itinere te certiorem quam primum faceremus et literarum *Besae* exemplar mitteremus. Nam vix capto consilio dimissi sumus ut his de rebus clarissimos principes certiores faciamus, quos Heidelbergae iam convenisse audivimus. Te etiam atque etiam rogo ut primo quoque tempore ad D. *Calvinum* scribas sententiam tuam, a quo tibi multam dico salutem, et a *Ionvillaeo* fratre, ad quem si scripseris, statum ecclesiarum tibi perscribet diligentissime, nam absente me ad eum omnia Lutetia scribentur. Bene vale, vir mihi in primis colendissime. Salutabis nomine meo officiosissime omnes pios fratres qui istic sunt. 29. Martii 1562.

Tuae humanitatis observantissimus
Ioannes Budaeus.

3758.

BULLINGERUS CALVINO.

Notat consilia adversariorum, inter quos Galli primi ast non soli. Mittit nonnullos libros suos, et tradit, novissima de concilio. Gloriatur Castalione vocatione Lausannensi per ipsum frustrato.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 445. — Simler Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori domino suo colendo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Omnes et singulas tuas literas quas misisti, colendissime domine et frater carissime, usque ad adventum Scipionis *Cal.*[1]) accepi, atque pro his maximas tibi ago gratias. Dominum oro ut Galliae et nostrum omnium misertus eripiat illam et nos ex faucibus leonis, ac sanctos suos confirmet ut stabiles et sinceri permaneant. Interim venit nobilis Ludovicus *a Bar*,[2]) qui recta proficiscebatur ad D. Hart. *a Hallvyl*,[3]) inde ad principes Germaniae aliquot missus a nostris illis principibus. Vereor ne invenerit principes congregatos. Nam potiores evocarat Bruxellam[4]) supra Spiram *Wirtembergensis*. Utinam non egerit apud eos causam Guysianorum. Illuc festinavit *Ludovicus*. Venit interea et D. *Cognetius*[5]) ad quem illa ipsa de re scripserat *Admiraldus*. Vocavit ergo *Cognetius* Tigurum illum *ab Hallvyl*. Venit. Egit cum illo. Significavit *Hall.* quorundam animos refrixisse, ubi audiverunt defecisse a veritate Regem *Navar.* et postquam auditi sunt Guysiani a *Wirtembergensi* ad Tabernas alsaticas. Caeterum postquam intellexerunt alios principes manere sinceros et constantes crevisse rursus ipsorum animos. Ideoque audito Ludovico *a Bar* ipsum *(Hall.)* veluti de novo sollicitasse quosdam istorum, a quibus responsum exspectet dandum hisce diebus. Quod referet ad *Cognetium*, tum etiam per me atque te ad D. *Besam* et Principes. Optime sperat *Hall.* quanquam nihil dubitet animos per actionem illam alsaticam nonnihil perturbatam et impeditam.[6]) Dominus dissipet consilia impiorum. Vigilabunt boni in Gallia et orabunt Dominum ne *Guysii* illi magnum dent ma-

---

7) *Nihil tale factum est neque ab Helvetiis neque a Germanis quum bellum civile mox exortum omnes pacis restituendae conatus irritos faceret. Palatinus solus ad Reginam et Regem et Cantones evangelicos scripsit, petens ab illis ut edictum Ianuarii ratum fiat, ab his ut similia petant.* (*Kluckh. l. c.* I. 277 *ss.*)

8) *Scribit ergo ex itinere. Calvini literae non exstant.*

3758. 1) *Sc. Calandrini Luccensis successit a.* 1568 *in ministerio Morbegni in Valle Tellina infelici Cellario et Ulr. Martinengo, ipse quoque in suggestu caesus.* (*Porta* II. 483.) *Cognatus fuit Iuliani Calandrini qui a.* 1566 *Luccam reliquit et nobilis gentis Genevensis conditor fuit nunc exstinctae.* (*Galiffe, Not. gén.* II. 536; *Eynard, Lucques* 205.)

2) *M. Martio vergente Heidelbergae fuit.* (*Kluckh.* I. 265.)

3) *N.* 3719. 3726.

4) *Bruchsal. Videtur eos non congregatos adiisse, sed singulos domi.*

5) *modo ex Gallia redux.*

6) *sic. Simlerus emendat.*

lum, adiuti videlicet opera Hispani et pontificis et quorundam aliorum hostium evangelii.

De conditionibus liberi concilii [7]) tua legimus in coetu fratrum, nec improbare possumus. Nihilominus quaedam conscripsimus et ipsi, [8]) missuri ad te prima quaque opportunitate. Conferimus adhuc ea de re cum magistratu nostro. Interim mitto ad te lib. 2 de Conciliis a me vulgatos anno superiore. [9]) Is liber est quem accusarunt Quinquepagici in publicis comitiis dira mihi minantes. [10]) Sub finem dissero de conditionibus concilii liberi. Praeterea mitto ad te Brevem expositionem [11]) etc. Illa est de qua iam agimus cum magistratu. Nolui eam publicari. De qua re plura forte proximis scribam literis. Adieci his responsiones principum et reipublicae Argentoratensis, recusantium concilium Tridentinum, si forte existimes ea prodesse posse in Gallia.

Procedit alioqui concilium pertinaciter. Sessio 1. habita est 26. Februarii. Decretum est ut libri haereticorum una cum condemnationibus scholarum inspiciantur, deinde vocentur in concilium haeretici, ne postea queri possint damnatos esse non auditos. Alia decreta est sessio 14. Maii. Omnino persuasum habent in concilio, mittendos interea ex Gallia legatos [12]) in concilium, qui et ipsi sint nos condemnaturi. Nisi vero ob certas causas Bernates sententiam de synodo mutassent, non puto eam esse autoritatem meam quae mutationem persuasisset. Neque vero ego illis vel suasi vel dissuasi quidquam. Ad *Hallerum* tamen scripsi epistolam qua meum ei de synodo exposui iudicium, ac inter alia, si non sit spes concordiae, satius esse abstinere a congressu, ne gravis ex eo offensio oriatur, si infecta re et animis distractis discedamus. Interea consilium dedimus quod tibi et cordatis non displiciturum confidimus. Ac spero amplissimam illam rempublicam curaturam ea quae facient ad gloriam Dei.

Ego quantum potui obstiti ne vocaretur *Castalio*, et puto impetrasse ne vocetur. [13]) Ego non despero de religionis sincerioris propagatione et defensione per magistratum istum. Oremus Dominum ut benedicat ei et nobis. Haec celerrime scripsi in die resurrectionis Domini, [14]) quum iam iterum mihi concionandum esset. Bene vale cum omnibus fratribus et domo tua. Doleo sane tantum moerorem tibi ex privignae delicto obvenisse. Dominus consoletur te et liberet te hac molestia. Scis, mi frater, quid Davidi viro secundum cor Dei evenerit. Dominus Iesus benedicat tibi. Salutant te fratres, singulariter autem mei omnes. Cupide tuas exspectamus dicturas de rebus Galliae. 1562.

Bullingerus tuus.

7) *N.* 3731. 3737.

8) *Quae deperdita esse videntur. Nam quae N.* 3731 *legisti potius Calvino tribuenda.*

9) De conciliis ll. II. Tig. Frosch. 1561. 8. Von den Conciliis. Zür. im Hornung 1561. *Id.* im Höwmonat 1561.

10) *De his alibi nihil legimus. Ios. Simler, narratio de ortu vita et obitu H. Bullingeri fol.* 37 *v.:* D. Bernardo a Cham B. inscripsit ll. II. de conciliis, quomodo sc. apostoli in primitiva eccl. concilium Hierosolymis celebraverint et quanto cum fructu quantaque pace, quomodo item Rom. pontifices a 500 et amplius annis sua concilia celebraverint et quanto cum damno perturbationeque fidelium.

11) *Fortasse innuit tractatum de quo Simler l. c. f.* 38 *v.:* A. 1562 renovato concilio Trid. Citatio concilii Tigurum missa est qua vocantur eius urbis concionatores et illis mittitur fides publica: itaque quum non solum domi haec quaestio ageretur, sed passim per Germaniam, et princeps Hessorum de hac caussa ter ad B. scripsisset, denuo tractatum de recusatione Trid. concilii confecit qui tamen non est in publicum editus.

12) *Venerunt demum ad sessionem* 4. *Iunii celebratam* (*de Thou* III. 259).

13) *V. Bullingeri et Halleri epp. m. Ianuario scriptas.*

14) *qui hoc anno incidit in* 29. *Martii.*

3759.

CALVIN A DESPREZ.

Réponse à la lettre écrite au sujet de la question relative au mariage entre beau-frère et belle-soeur. [1])

(Copies Bibl. de Genève Vol. 107. f. 145. *Au dos:* Copie dune lettre escrite au Curé de Chire touchant ce quil avoit fait le mariage de celuy qui espousoit la seur de sa femme. Le jour de Pasques 1562. Vol. 108, fol. 127; Berne VI. 1003; Simler V. 104; Bonnet II. 461.)

Monsieur et frere, il y a desia asses bon espace de temps que les plaintes du mariage que vous aves fait, ont volé iusques ici. Mais devant que nous fussions advertis que cesties vous, les freres de Poitiers nous en demanderent conseil, et leur envoyames par escrit ce qui nous en sembloit. Mesmes nous respondismes a quelques points de vostre Apologie, regardans le simple fait, pource que l'autheur nous estoit encores incognu. Voyla quant à nostre escrit. [2]) Depuis courrut qu'ayant esté mal advisé [3]) à faire ledict mariage, vous redoublies la faute en le maintenant contre tous estre ordre bon et legitime. Mais depuis que vous y aves esté meslé, nous n'en avons parlé en bien ni en mal. Vray est que nous en avons esté offensez,

3759. 1) *N.* 3728.

2) *Cet écrit existe et est compris dans notre édition Vol. X. Pt.* 1re, *p.* 233.

3) adressé *Bt.*

ce que ie ne vous eusse pas dissimulé, si ieusse eu plus de privauté avec vous. Maintenant apres que vostre lettre a esté leue en la Compagnie, nous avons remercié Dieu de la grace qu'il vous a faite de n'estre point addonné a vostre sens, avec un desir de vous entretenir en concorde et union fraternelle avec les Eglises. Quant au fait en soy, *Luther* estoit encore asses novice et mal exercé en l'Escriture, quand il fit le sermon que vous alleguez. Nous avons esté esbahis de l'annotation qu'on a mise sur le 18. du Levitique. L'avarice des imprimeurs nous engendre beaucoup de confusions, et selon qu'ils cherchent comme gens affamez ça et la des rempars de marge qui ne sont qu'attrape-deniers, ils trouvent aussi gens a leur porte qui s'ingerent temerairement et outre leur mesure a brouiller le papier, au nombre desquels nous mettons ce grand prometteur qui se vante d'avoir fait merveilles en l'impression de *Rebul*,[4]) Combien qu'a la verite nous pensons que le mariage fust fait asses long temps au paravant. Mais pource que nous avons declare en bref ce que Dieu nous avoit donné, je ne passeray point outre, sinon qu'on s'est abusé en la loy qui commande au plus prochain parent de susciter semence a son frere trespasse, veu qu'elle doit estre entendue des degrez auquels le mariage est licite. Et quand il est defendu de prendre a femme la soeur de celle quon a en son vivant, on s'est aussi trompé pensant que l'inceste fust là condamné, veu quil y a raison diverse exprimee au texte, asavoir pour ne point mettre debat entre les soeurs quand l'une sera angoissee a tort. Or pour le present les offres [5]) et protestations contenues en vostre lettre nous contentent. Et si quelques uns estoyent entrez en pique avec vous pour ceste occasion, nous desirons que le tout soit bien amorty, et ne tiendra point à y tascher entant quil nous sera possible. Mais ie vous prie aussi de vostre costé vous abstenir de ce qui pourroit refreschir la playe, comme en hantant avec Monsieur de *Crillon* vous ouvres la bouche a beaucoup de gens pour mesdire de vous. Vray est quil nous est bien permis de subvenir a un homme excommunié en sa necessité. Mais vous scaves que cela ne s'estend point iusqu'à converser privement avec eux, veu que nous sommes exhortez par S. Paul de leur faire honte, ne laissant pas toutesfois de nous monstrer freres pour les reduyre. Je vous confesse bien que l'enfant ne devoit pas estre reietté du baptesme, estant plegié par homme suffisant, voire moyennant quil y eust protestation, comme vous sçavez que la police de l'eglise le requiert. Mais ce qui a esmeu le scandale, est que le baptesme sembloit emporter [6]) confirmation du mariage, ce qui n'estoit nullement licite. Ce que ie vous escriz nompas tant par reproche de ce qui est fait, comme par forme d'advertissement qui vous serve a l'advenir. Au surplus ie ne vous dissimuleray pas qu'on a icy semé des mauvais rapports dont nous avons les oreilles battues maugré nous. Car on dit en general que vous estes par trop enclin à gratifier, caller souvent la voile, comme on dit, et couvrir des vices qui meritent correction et ne sont a supporter. Ce n'est pas a dire que nous croyons tout pour vous condamner, mais si est il bon que cecy vous soit remonstré, a fin que vous soyes tant plus soigneusement sur voz gardes. Mesmes on a icy fait un recit qu'à Poitiers pour complaire a un certain greffier, vous aves baptizé son enfant en secret ou à part. Il y a un autre acte qui est de plus fresche memoire, que vous aves donné ouverture à quelques brigueurs de Loudun [7]) de ravoir en despit de l'Eglise leur schismatique de moyne, lequel merite plus d'estre pendu en un gibet que de monter en chaire. Je sçay que ne lavez point remis: mais sous ombre que vous promistes d'estre moyenneur, ceste mechante faction et canaille (ainsi les faut il appeller) a prins audace de se desborder iusqu'à la confusion qui est advenue. Je vous asseure que ce n'est pas sans tristesse que ie vous mande des matieres si odieuses. Mais depuis que vous m'aves donné acces à escrire, je vous seroys traistre, si ie ne parloys ainsi franchement. Quoy qu'il en soit ie vous prie de ne vous point fascher de ceste liberté et rondeur, et vous persuader que non seulement ie desire d'estre conjoint avec vous en fraternité mutuelle, mais qu'en tout et par tout ie mettray peine a vous ayder à ce que vostre doctrine soit receue en reverence. Je vous en respons autant pour nostre Compagnie, car de fait nous sommes tous tenus d'honorer les dons que Dieu a mis en vous, et les faire valoir. Croyes, quant il sera besoin, que nous vous tendrons la main, croyes que nous serons prests à nous y employer. Sur quoy, monsieur et frere, apres m'estre affectueusement recommandé a vostre bonne grace, comme aussy fait la Compagnie, je supplieray nostre bon Dieu vous avoir en sa garde, vous accroistre en tout bien et faire participans . . . Ce jour de Pasques 1562.[8])

4) *M. Bonnet y met un point d'interrogation. Mais c'est l'édition de l'Institution in-8° de* 1561.
5) offices *Bt.*

6) comporter *Bt.*
7) *Sur Loudun voyez* 3427 *et surtout N.* 3356. 3389.
8) 29. *Mars.*

3760.

PRÉVOST A CALVIN.

Il demande la permission d'accepter la vocation que lui a adressée le Comte de La Rochefoucaud.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 109, fol. 108.)

Monsieur et pere Monsieur Despeville.

Monsieur et pere puis quil a pleu a Dieu de nous acheminer en esperance de quelque bonne paix les ministres qui sont en ceste ville ont advisé quil estoit expedient dentretenir les principaux seigneurs en la bonne volunte quilz ont de s'employer au service de leglise de Dieu. Pour ce faire certains ministres par eux requis leur ont esté accordes pour exercer le ministere en leurs terres et seigneuries afin que selon l'occurrance des affaires on puisse mieux pourvoir a la necessite des esglises. Ie suis accorde pour Mr. le comte *de la Rochefoucaud.* [2]) Mais par ce que j'ay declaré que ne pouvois m'obliger ny changer de lieu, sinon pour un temps, a cause de la liberte que vous vous estes reservee quand je partis dernierement davec vous, ce porteur ma fait ce bien de prendre la charge de vous dire plus au long come il en va et come ceux de ceste ville me pressent fort de demerer avec eux. Or attendant vostre responce, et en acquiesant a ladvis des freres qui ont esleu un autre en ma place pour lesglise de bauge [3]) je suis delibere de suivre pour un temps mondict s[r]. comte, lequel se retire en sa maison. Vous suppliant Monseigneur et pere de ne my astraindre point pour un longtemps ayant esgard a ma porté et a ma famille qui a este tellement esparse depuis ceste guerre quil y a quasi un an que je nay veu femme ny enfans. Sur quoy me recommandant humblement a vos bonnes prieres je supplieray nostre Seigneur quil vous maintienne sous sa garde en bonne santé et longue vie. Dorleans [4]) ce xxx Mars 1562.

Vostre humble filz
C. Prevost.

3760. 1) *Probablement le même que celui que nous avons vu à Issoudun* (*N.* 3338).

2) *François Comte de la R. prince de Marcillac, le plus puissant Seigneur de la Guienne en Poitou, beau-frère de Condé, ayant épousé en secondes noces* 1557 *Charlotte de Roye. Il fut fait prisonnier à S. Quentin, embrassa la réforme et suivit le parti de Condé. Il fut tué à la S. Barthélemi.* (*Le Laboureur, add. aux Mém. de Castelnau* I. 766.) *En Avril il assembla à Saintes un synode d'environ* 60 *pasteurs qui se décida à l'unanimité pour la prise d'armes* (*de Thou* III. 203).

3) *Beaugé* (*Maine et Loire*)*?*

4) *Cf. N.* 3729. *Nous savons qu'à cette époque Bibittus y était aussi, et le* 23 *Conr. Badius s'y rendit de Genève. Il y avait aussi un ministre du Plessis qui mourut de la peste en* 1562 (*Hist. eccl.* II. 149). *La date est suspecte* (1563*?*)

3761.

MORELLANUS CALVINO.

Novissima post caedem Vassiacensem et ante bellum gesta in Gallia.

(Ex codice Genev. 112, fol. 47.)

A Monsieur Monsieur d'Espeville.

S. Gratissimum mihi fecit noster *Normandius* [1]) quod ad vos proficiscens ex itinere nos salutarit. Quam humaniter ab Illustrissima *Ducissa* [2]) exceptus fuerit ipsum referre malo. Est hoc illi consuetum ut in eos se propemodum effundat quos tibi caros esse putat. Caeterum gravissimis telis abhinc mensem vulnerata, dum generi [3]) truculentiam foedumque facinus audit. Nam et fratres nostros caritate complectitur, eorumque calamitatem miseratur, et genero propter filiam bene cupit, minoremque culpam esse vellet in ea pugna: exsistit ad extremum regni Christi cupido superatis carnis affectibus.

De causa religionis multa feruntur, neque inter se consentanea, nisi quod constanter plerique affirmant, *Navarrenum* et *Guisium,* postquam relicta Lutetia ad aulam cum circiter tribus equitum millibus pervenerunt, edictum peperisse de proscribendis exturbandisque ex universa Gallia pastoribus evangelicis. [4]) *Condaeus* et rerum maritimarum praefectus cum non contemnenda nobilium manu in oppido cui nomen La ferté sous Jouare consederunt. [5]) Quae consilia ineant, quid fratres Lutetiae animi habeant, tam ignoro quam qui in ultima agunt Aquitania.

Lansacus [6]) Roma rediens papae pietatem magni facit, cuius fide cautum esse affirmat omnibus qui concilium Tridentinum adire voluerint. Hi rumores, quos disseminat, non est obscurum quo pertineant. Sed in tantis rerum discriminibus fervet

---

3761. 1) *Saepius eius fit mentio hoc tempore quum in privatis negotiis patriam inviseret.*

2) *Ferrariensi.*

3) *Franc. Guisii, qui eius filiam Annam duxerat, quae et ipsa in loco erat quum facinus illud perpetraretur.*

4) *Falsus rumor fuisse videtur.*

5) *Hist. eccl.* II. 5: Le prince se resolut d'aller en sa maison de la Ferté sur Jouarre pour y rendre la princesse qui estoit preste d'accoucher, ayant toutefois averti l'Amiral et Andelot qu'il prendroit son chemin par Meaux afin d'aviser ensemble ce qu'ils avoient à faire (*cf. N.* 3755).

6) *Louis de S. Gelais Sr. de Lansac m. Maio legatus Galliae ad concilium missus est* (*de Thou* III. 259).

opus evangeliii ut assolet, contra quam caro sentiat. Quod ex vicinis fratribus magis audio quam hic experior. Nam me mei laboris poeniteret, nisi quidam boni viri consolarentur, qui sibi mirum videri dicunt, me ex tam durissima rupe tot lapides tantulo spatio eruere potuisse.

Sed de his rebus plura non addam, quum ex nostro *Normandio* plenius omnia sis intellecturus. Tantum precibus vestris ecclesias nostras commendatas esse cupimus, quum tot mala nobis impendeant, nisi Dominus adversariorum furorem compescuerit. Vale, optime pater. Dominus te ecclesiamque Gebennensem omni genere benedictionis locupletet. Fratres nostros ornatissimos etiam atque etiam plurimum saluto. Ex Monte Argi ad tertium Cal. Aprilis.

Tui observantissimus filius
Franciscus Morellanus.

3762.

BLAURERUS BULLINGERO.

Affirmat se nihil a Calvino novi accepisse quod non iam antea ex Bezae literis cognita cum illo communicarit.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 163, olim Serin. B. Epp. Tom. 28. fol. 516. — Simler Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Heinrico Bullingero domino et fratri suo et colendissimo et omnium longe carissimo.

Tiguri.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

— Quod suspicaris nonnihil, mi anime, in communicandis quae accipio novis rebus me non paria tecum facere, nec erga te ea me facilitate uti qua tu erga me, non credas, quam istuc * me afflixerit, quum nihil unquam ullicunde a quoquam accipiam cuius non e vestigio te cupiam facere certiorem. De *Calvini* vero literis, unde haec oborta tibi suspicio est, sic habet. Scripsit ad me Cal. Martii literas[1]) quas ego Sangallo cum *Lineri* nostri literis 27. Martii accepi, in quibus nihil prosus inerat quod ego non iam antea ex *Bezae* nostri ad te data epistola, ac deinde mihi quoque abs te missa, cognovissem. Quorsum igitur iam tibi vetera pro novis nunciassem? Sed *Lineri* epistolium mitto, unde plane intelliges nihilo me tempestivius *Calvini* literas accepisse. *Darum lasst euwern bösen argwohn gegen mir fallen so ir secht das euch des Calvini brieff in dem er der minen gedenkt fünff tag eh dann mir die minen zukommen sind.* Certo vero certius tibi persuadeas velim, nihil me hactenus ab ullo mortalium novarum rerum accepisse quod non mox te quoque rescire totis animis etiam atque etiam optarim, nec porro etiam accepturum — — — — — — — — — — — — Vituduri pridie Calen. Aprilis 1562.

T. Ambros Bl.

3762. 1) *deperditas.*

3763.

PANCUS [1]) MINISTRIS GENEVENSIBUS.

Commendat iis sororem suam falsa suspicione gravatam.

(Ex autographo Cod. Genevensis 110, fol. 38.)

A mes bons Seigneurs.

Ornatissimis viris D. Io. Calvino eiusque collegis ecclesiae et verbi Dei ministris F. Pancus Ponissonus gratiam et pacem plurimam.

Nuper ad vos scribendi argumentum dederat germana soror, in cuius gratiam verum ac fidele perhibui ad vos testimonium, viri humanissimi, quod virum eum admisit et cognovit cui legitimo et liberali coniugio esset devincta copulataque et ab eo prolem suscepit. Eiusdem argumenti non verebor hanc quoque epistolam ad vos mittere, quando tam fidus occurrit nuncius. Id ut faciam urget eiusdem carissimae sororis nostrae dolor et molestia, quam multis verbis et clamoribus non obscure indicat. Quandoquidem maxime sibi timet ne a vestro eiiciatur consortio, propterea quod ad vos gravida venerit absque marito, neque desponsationis fidem

3763. 1) *Nomen legi potest* Poncus, *et huc referendum videtur quod habet Hist. eccl.* I. 765: *Franc. de la Ponge ad Pictones et spec. Iuliodunum* (*Loudun*) *missus est m. Sept.* 1561. *Hunc enim autorem huius ep. fuisse credimus. Quod ad natales attinet eam primis fere mensibus a.* 1562 *scriptam putamus quum iam antea se scripsisse dicat, et versus finem Iunii voti sui compotem factum affirmet. Verum alibi distincte legitur* Pancus, *nullique dubitamus quin hic vir idem sit ac ille qui* Porrussonius *dicitur N.* 2429 *et* Pancus *N.* 2540.

fecerit per authenticas literas aut testes probatos, id quod imprudentia magis quam dolo factum esse certe scio. Et oro vos atque obsecro per Iesum Christum ne tam grave facinus ab ea sorore nostra vobis persuadeatis esse patratum, ut suam pudicitiam alteri viro prostituerit, cui non ultro citroque data fide nupserit. Ego teste Deo et mea conscientia affirmare possum eandem sororem meam lege uxoria astrictam esse viro mihi cognito quem *de Sancto Privato* nuncupant, ea una conditione ut se ad vos deduceret. A multis nempe annis magno illa tenebatur desiderio sacri evangelii, avidissime cupiens Antichristi synagoga relicta ad ovile Christi se recipere, ut aeternae salutis pabulo esurientem animam reficeret. Nunc vero Optimi maximi ope suffulta, voti sui compos, ex inferis in coelum conscendisse sibi visa est, dum illi datur vobis frui in tam felici et plausibili coetu fidelium. A quo si depellatur indigna, superest ut misere in lacrymis et moeroribus iaceat. Ego quoque iustissimis commovebor doloribus si eam a vobis alienandam censeatis. Profecto hanc vestram censuram quovis exsilii genere duceremus ego et ipsa graviorem, et nobis vita nostra tam graviter invisa esset quam ipsis extremo quodam supplicio damnatis. Nam quanto pluris vestram autoritatem facimus quam potentissimorum regum, tanto a vobis inusta nota infamiae et turpior esset et foedior, quum haec labes non tam corpori quam animae adspersa esset maximo salutis damno. A vestro enim sanctissimo coetu abigi est a domo paterna omnibus bonis spiritualibus affluente ad extremam aliquam regionem, ubi fame et siti sit pereundum, relegari. Ergo sinite vos a vestra benignitate vinci: sinite vos persuaderi, nihil me commentitium in purganda sorore mea misella attulisse, qui rem ipsam novi. Id quod rei est vobis nulla usus circuitione exposui. Facite quaeso, observandi patres, ut soror intelligat meam commendationem non illi inutilem fuisse: ita me vobis magis ac magis reddetis devinctissimum.

Quod attinet ad munus mihi a vobis iniunctum, ex priore epistola potuistis intelligere a me nihil praetermitti quod gregi nostro profuturum viderim. Benevolo et lubenti animo adeo susceptam legationem obire, vestraque mandata peragere contendo ut tandem fructus aliquis appareat ex nostris sudoribus in gloriam Christi suaeque ecclesiae commodum. Omnia quae hic aguntur commodius vobis referet harum nuncius quam ego ullis literis possim exprimere. Optimus pastor ovium Iesus Christus pro sua immensa pietate et in omnes clementia hactenus conatus nostros promovit et fecit ut in sectanda vocatione nullus me periculorum metus deterruerit, et secundiores eventus praestitit quam sperare auderem. Hoc duce et vindice nostrae salutis diligenter et confidenter vocationem Dei sequar. Id ut alacrius faciam me ipsum ac gregem meum vestris orationibus commendo. Bene valete et perpetuo vivite in Christo servatore nostro, praestantissimi domini. Loduni.

Idem ad peragenda iussa vestra paratissimus
F. Pancus.

3764.

BLAURERUS CALVINO.

Gallicarum ecclesiarum sortem deflet, Germaniae vices ancipites metuit, Bezam laudibus extollit, Calvinum Deo commendat, ipse iam septuagenarius metam sibi attigisse videtur.

(Praebuit Beza ed. Genev. 271, Laus. p. 560, Hanov. p. 629, Chouet p. 371, Amst. p. 169.)

Gallicarum ecclesiarum fidem inter tot potentium adversariorum pressuras et immensos conatus eminere, tum et in dies magis atque magis assurgere, magna animorum gratulatione audiunt quotquot sunt in nostra Germania qui Christi regnum apud omnes gentes propagatum cupiunt. Guisianorum cum nostris aliquot Principibus collusio vereor ne monstrum alat quod Galliae regno magnum malum daturum sit. Quandoquidem illorum simulatum religionis studium, quo Augustanam confessionem probari sibi videri volunt, horum simplicitatem, qui alioqui plus satis infensi sunt nunc quidem Sacramentariis quos vocant, facile circumveniet. Quanquam solatur interim, quod Dominus est qui sapientes mundi huius in sua ipsorum astutia comprehendit: quem serio perpetuoque precemur, ut spiritu sui consilii suorum omnium actiones ad Christi aedificationem feliciter dirigat, et magnum suum nomen in ea usque sanctificet.

De aliis Germaniae nostrae rebus *Linerus* hic noster omnia tibi coram melius exposuerit. Dubia profecto sunt omnia, nisi quod gravissimi motus et hostiles vastitates omnino nobis imminere videntur. Quandoquidem nullam hactenus legationem sacrarum precationum, fidelium lacrymarum et omnino seriae resipiscentiae ad illum mittimus paulo adhuc longius agentem, qui tot millibus contra nos venit, ea quae pacis sunt petentes, quum iam dudum missis prophetis suis, velut certissimis fidei fecialibus, bellum nobis extrema commeritis indixerit, quos ipsos etiam et contemptim saepe risimus, et non raro

quoque sumus persequuti, magis atque magis iram nobis ipsis in die irae colligentes.

Bezae nostri duram provinciam et ter miseram sortem vehementer etiam atque etiam dolemus, quum optimi et doctissimi viri non aestimandos labores, sudores, vigilias, taedia, perturbationes et praesentissima pericula paulo diligentius nobiscum reputamus: verum ubi ad illum cui uni militat animos attollimus, tum vero terque quaterque felicem iudicamus, quod cum sancto apostolo electum Domini organum destinatus Christi nomen coram gentibus et regibus portat, cui etiam post decertatum bonum certamen et consummatum cursum servatamque fidem iustitiae corona ab eo qui iustus est iudex in illo die haud dubie reddetur. Faxit autem Christus, ut et ipsi *Bezam* nostrum superatis aliquando omnibus istis difficultatibus et feliciter confectis in Gallia negotiis reducem videre et salvum nobis redditum gratulari possimus. Tu, mi colendissime *Calvine*, ubi ad eum scribis, mea etiam vice quam potes amanter officiose reverenterque ipsum saluta, cuius nunquam non mentionem in precibus nostris apud Dominum facimus, ut sermo Christi currat et glorificetur, quodque ipsius ministerio plantatur et rigatur coeleste ac copiosissimum accipiat incrementum, utque eripiatur ab absurdis et perversis hominibus, ut quod facit, in tanta fidelium et prudentium ministrorum Christi penuria, quam diutissime faciat. Bene vale, amice mi observandissime in Domino et carissime frater. Christus Iesus te nobis a febribus istis medica sua et felicissima manu curatum ac plane sanum et incolumem restituat ac praesentissimo suo numine semper tibi in sua vinea strenue laboranti adsit aeternumque te servet. Salveant quotquot istic sunt nostri in Domino amantes, symmystae inprimis cum Cos. *Roseto*. Commendo me piis ac fidelibus vostris apud Dominum patrociniis. Iterum vale. Vituduri, 4. Aprilis, quo die in hanc mundi lucem anno 1492 editus sum, iam septuaginta annos natus: quod reliquum est vitae mihi hic transmittendae vere vitalis vitae autor Christus sic moderetur et dirigat ut ad hanc me propediem propitius recipiat. Anno 1562.

3765.

SENATUS LUCCENSIS GENEVENSI.

Affirmant se suo iure usos quum edictum illud contra rebelles promulgaverint neque alii cuipiam concessuros ut suis rebus se immisceant.

(Archives de Genève. Pièces historiques. Liasse 1722.)

Nobilibus ac magnificis Dominis Dominis Syndicis ac Senatui Genevensi nobis honorandis.

Magnifici Domini. Literae vestrae [1]) pridie Kalendas Martii scriptae nobis allatae fuerunt, in quibus expostulare nobiscum videmini de edicto in nostros rebelles qui sese in vestram urbem receperunt edito. Qua ex re maxima sumus affecti molestia, quum nobis simus conscii nunquam propositum nobis fuisse ut vel ex eo decreto vel alio nostro facto dignitatem ac iurisdictionem vestram laederemus, aut principis cuiuspiam, sed ut consuleremus conservationi civitatis ac libertatis nostrae, atque prospiceremus, et iis occurreremus atque obsisteremus quibus ea turbari et labefactari posset. Neque vero nobis videmini ullam habuisse causam nobiscum expostulandi, quum id a nobis factum fuerit quod iure suo Principes omnes ac Reges semper fecerint et quotidie faciant in suos cives et subditos ubique locorum. Vobis autem illud sit persuasum nos pravis ac non ferendis ipsorum rebellium actibus habita ratione tranquillitatis et conservationis reipublicae nostrae id fecisse. Quare quum hoc nostrum factum tam aequum sit, nec id alienum a dignitate nostra, non dubitamus quin vos (quippe qui iustitiam profitemini) in bonam partem hoc nostrum decretum accipiatis et eo acquiescatis, habito praesertim harum literarum testimonio quod apud vos eam fidem habiturum confidimus quam Principes decet et respublicas inter se, et quam nos ipsi testimonio vestro adhiberemus, atque iis omnibus acquiesceremus in quibus conservatio et libertas reipublicae vestrae consisteret. Deus opt. max. quam diutissime vos conservet. Datum in nostro Palatio pridie Nonas Aprilis MD. lxij.

Antiani et vexillifer Iustitiae
populi communitatis Lucensis.

3765. 1) *N.* 3725. — *Ruchat* VI. 463: Je n'ai pas trouvé la suite de cette affaire. Mais il y a lieu de croire que la lettre du roi de France et celle de Berne produisirent leur effet. — *Haec vero epistola, sicut et illa quam exhibebimus infra ad* 25. *Iun. ostendunt virum doctum in hoc errasse. — Eynard* (*Lucques et les Burlamacchi p.* 200), *nihil affert praeter hoc:* La réponse du sénat lucquois, pleine de phrases courtoises et sonores, trahit l'embarras d'une conduite sans conviction que ne légitime pas même la passion du moment. *Ex quibus tu forte conieceris eos ad Bernenses scribentes aliam cantilenam cecinisse. Masi* (*I Burlamacchi p.* 91 *sq.*) *de exitu causae nihil affert.*

3766.

VIRETUS CALVINO.

Ex itinere Tolosam versus iuvenem studiosum Genevam proficiscentem commendat.

(Ex autographo Cod. 111a, fol. 123, coll. c. Cod. 116, fol. 131 v. Cod. Bern. VI. 919 et Simleri Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino fratri et symmystae plurimum colendo.

Genevae.

S. Audivisti de variis motibus qui eodem paene tempore in variis provinciis et locis a Satana excitati sunt adversus ecclesias, et de caedibus ab evangelii hostibus perpetratis,[1]) a quibus ipsi quoque non ubique fuere immunes. Audies de hoc tabellario quid acciderit ecclesiae Limonsensi,[2]) cuius nomine ad vos mittitur ministrum petiturus, si quis inveniri possit. Cogito Tholosam primo quoque tempore duce Domino, qui ut spero gressus meos diriget in suam gloriam. De aula si quid habes certius, quod nostra nos scire referat, significato, quum se commoda offeret occasio. Vale optime ac diutissime, frater in Christo plurimum colende. E Montepelio 5. Aprilis 1562.

Tuus Petrus Viretus.

Quum vehementer institisset tabellarius, cui has ad te literas daturus eram, ut ad te sua causa scriberem suamque tibi legationem commendarem, abiit me insalutato relictis apud me his literis quas nunc ad te mitto per hunc tabellarium *Bordium*, ut tibi maturius innotescat. Est enim vir bene institutus in bonis literis et pio affectu et studio erga puriorem religionem. Reliquit medicinae studium cui se dicaverat, ut praestantiorem faceret medicinam. Alitur stipendiis Burdegalensium, a quibus oriundus est, in spem ministerii. Eum hortaberis ut quod feliciter coepit felicius absolvat, et alacriter currenti acrius calcar addes. Audies de eo et qua sim valetudine et quis sit huius ecclesiae status. Scribo ad senatum de mea profectione Tholosam, cuius sententiam ex tuis literis cognovi. Vale iterum. E Montepelio 9. Aprilis 1562.

3766. 1) *Vassy, Cahors* (*N.* 3747), *Carcassonne* (*N.* 3752), *Toulouse* (*N.* 3737), *Sens, Tours, Amiens* (*Hist. eccl.* II. 345. 396. 581).

2) *Hist. eccl.* II. 834: Estans ceux de la rel. rom. advertis du massacre de Vassy commencerent le mardi d'apres Pasques de remuer mesnage sous couleur d'une procession . . . . un nommé Billon estant en une fenestre ne s'estant descouvert, sa maison fut aussitost assaillie et saccagee . . . . Peu de temps apres on commença à garder les portes comme en temps de guerre et fut la violence telle lorsque les habitans revenoient du presche que peu à peu il falut se deporter de s'assembler. Finalement la plus part de ceux de la religion se retira à Confoulans.

3767.

BULLINGERUS CALVINO.

Raptim plura ex Gallia et Germania, eaque minime laeta: quae tamen maxima ex parte ex rumoribus et coniecturis nata videntur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 423. — Simler. Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino fidelissimo Genevensis ecclesiae pastori domino suo colendo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Non fuit scribendi otium. Quia tamen Petrus hic *Bontinus* pharmacopola, iuvenis valde pius, ad vos erat profecturus nolui eum sine meis literis dimittere, quibus saltem significarem tuas[1]) me accepisse, quibus summam legationis exponis *Ramboletii* et *Hottomanni.*[2]) Video et experior inter principes vix alios iniquiores esse nobis quam *Bipontinum* et *Wirtembergensem.* Audio hunc prohibuisse in sua ditione orationem *Bezae* habitam in colloquio Possiaco. Pro certo tamen non refero. Ita aiunt nova comitia instituta esse ad Tabernas illas Alsaticas.[3]) Audivi quid designarit *Guysianus*, et quid conatus sit. Conatum eius fractum a Domino spero. Et avide a te exspecto quid ea de re sis scripturus. Quae misi de Concilio Tridentino[4]) et liberi conditionibus concilii, si placet, in Galliam mittes. Non displicuere nostris. Si nondum allatum est ad te decretum sessionis primae,[5]) mittam ad te.

Bremae in Saxonia audio excitatum tumultum

3767. 1) *deperditas.*

2) *M. Dec.* 1561 *Hotomanus cum legato d'Angennes-Rambouillet adiit Electorem Palatinum, d.* 24. *Ian. Saxonem Torgaviae, postea Berolini Brandeburgicum, denique et Landgravium.* (*Mordis. ad Languet.* II. 193. *Kluckh.* I. 232.) *Agebatur de concilio. Cf. etiam Dareste in Rev. hist.* 1876. *Iul. p.* 34. *Quae negotiationes iam post novissimos motus in Gallia nullius fuerunt usus.*

3) *falses rumor.*

4) *N.* 3758.

5) *i. e.* XVII. 18. *Ian.* 62. (*Streitwolf* II. 100.)

maximum et eiectum inde *Musaeum*, et Lutheranis caeteris fraenum esse iniectum.[6]) Paulum *Eberum*[7]) aiunt territum *Hesshusii* libro reconciliasse se hostibus.

Comitia Heremitana non procedunt. Nam alter iudicum in causa Claronensi[8]) Amannus Uriensis mortuus est: unde alium iudicem in eius locum oportet substitui. Audiuntur passim minae, quanta ferocia finito concilio invadere velint evangelicos papistae et redigere in ordinem, imo ad unum trucidare omnes. Orandus ergo Dominus ut servet invocantes nomen eius. Et convertat vel evertat persequentes veritatem etc. Optime vale, domine colendissime et frater carissime, una cum collegis, fratribus et amicis. Salutabis veterem amicum D. *Ionvillaeum*. Quae communicabat D. *Budaeus* mox mittebam ad *Coignetium*.

Tiguri 5. Aprilis 1562.

Non relegi. Tuus Bullingerus.

3768.

DE VAUX A CALVIN.

L'église de Milhau[1]) *est en voie de prospérité. Le culte catholique y a cessé. Cependant il s'est commis des excès par des inconoclastes. On aurait besoin d'un ministre de plus. Questions de discipline.*

(Copie. Bibliothèque nationale. Coll. Dupuy Vol. 102, fol. 174. Bulletin XIV. 321.)

A Monsieur Calvin
La grace et paix par Jesus Christ.

Monsieur, combien que i'aye beaucoup d'empeschemens toutesfois librement ie confesse avoir esté negligent de vous escrire touchant l'estat de nostre Eglise. Cependant pource que la commodité se presente, ie n'ay voulu faillir de vous en advertir, m'asseurant que par vostre humanité accoustumée envers vos freres oublirez ma negligence. Or grace au Seigneur nostre Eglise croist et augmente de iour en iour et de faict le Seigneur benit nostre labeur, luy donnant accroissement, ce que ie cognoi par experience, quand les vices qui regnoyent en ce pays, comme entr'autres ceste maudite usure, s'esteignent de iour en iour. Et ie puis dire rondement que ie recoy plus de consolation en une heure que n'ay faict tout le temps qu'ay demeuré au pays dont suis sorti, auquel la predication de l'Evangile estoit odieuse. Il est vray que Sathan ne dort point en nostre endroict, car par les mains du Cardinal *Darminiac*[2]) il nous livre beaucoup d'assauts, dont plusieurs qui ont commencé à sentir l'odeur de l'Evangile sont intimidez.

Vous avez oui parler de Monsieur *de Burie*,[3]) lequel estoit à Cahors commissaire pour le Roy. Estant invité par le Cardinal il s'est transporté à Villefranche,[4]) la ou on a retourné introduire la messe nourrice de tous maux. Ledit Cardinal sollicite de le faire venir en ceste ville de Milhau. Nous lattendons d'heure en heure. Il punist quelques gens ramassez qui ont rompu et brisé croix, images, et qui pis est, robbé par les temples ce qu'ils ont peu prendre trop hardiment. Ie vous certifie qu'il y a quasi partout une infinité de telle quenaille, dont les adversaires prenent occasion de mal parler. Le Seigneur par sa bonté en veuille repurger son Eglise. Quant à ceste ville, la messe en est bannie pour le present, et l'estoit desia devant ma venue. Un de nostre consistoire est revenu de la Court, lequel a apporté provision pour faire mettre

---

6) *M. Ian.* 1561 *antesignanus partis moderatae D. v. Büren denuo regimini praefectus fuerat.* (*Salig.* III. 783.)

7) *Vir timidus et clamoribus Flacianorum turbatus palam a Calvino se separavit edito libro* Vom h. Sacrament des Leibes u. Blutes 1562 (*lat.* 1563). *Cf. Pressel, Eber. Elb.* 1862, *p.* 60, 75. *Sixt, Eber. Hdlb.* 1843, *et iterum Ansb.* 1857.

8) *Rapperswyliae* 25. *Febr.*, *Aroviae* 23. *Mart.*, *Eremitis* 24. *Iul. frustra de hac causa tam inter cantones reformatos solos, quam cum quinquepagicis tractatum est.* (*Ruchat* VI. 443.)

3768. 1) *Dépt. de l'Aveyron. Sur l'auteur de cette lettre voyez Haag* IV. 277. — *Hist. eccl.* I. 216: Le 22. Sept. 1560 le Sr. de Barthelaine gentilhomme de Rouergue vint à Millaut et reunit une petite assemblee qui envoya un de ses membres Bern. Vaisse, depuis elu ministre. On lui accorda pour ministre Blaise Malet de Normandie qui avoit servi dans le pays de Vaud et à Lion. Celui-ci arriva en Octobre et reunit une assemblee d'environ 300 auditeurs et dressa l'ordre de l'Eglise. Mais l'hostilité du comte de Villars les obligea de ne plus s'assembler qu'en secret et par petites troupes. — *Malet mourut d'apoplexie en Janvier* 1562. *Il eut pour successeur Gilbert de Vaux* (*ibid.* I. 865).

2) *Hist. eccl.* I. 337: Le Cardinal d'Armagnac estoit à la cour lorsque Malet dressa l'Eglise de Millau, en l'absence duquel l'Evesque de Vabres son vicaire avec le Sr. de Belcastel et 30 ou 40 autres vindrent à Millau en deliberation de tout foudroyer et de faict par la crainte de leur venue Malet fut conduit à Cambon, distant de deux lieues, accompagné de Vaisse et de quelques autres. Cela fut fait par un tres mauvais conseil estant chose apparente que l'Evesque n'eust iamais osé entreprendre dans la ville ce quil feit au dehors. L'Evesque cueillant hardiesse de la crainte des autres ne faillit de prendre prisonniers à Cambon Malet, Vaisse, et d'autres de la ville, qui furent menés à Rhodés. Leur procés dura iusqu'à la publication de l'edict de Iuillet par lequel les prisonniers furent eslargis.

3) *lieutenant général du roi de Navarre en Guienne.*

4) *dans l'Aveyron.*

les biens de trois mendians de ceste ville entre mains de commissaires.

A reste, Monsieur, au nom de Dieu ie vous prie de nous fournir de quelque homme capable pour m'aider. Car bien a grand peine puis ie avoir le loisir d'estudier mes presches. Il y a une infinité d'Eglises a l'entour de ceste ville, que si nous estions deux l'un estant en la ville l'autre seroit aux champs qui seroit grand profict. Par ainsi nous vous supplions d'avoir souvenance de nous. Aultre chose ne scauroye quescrire sinon que ie prie le Seigneur vous conserver à sa pauvre Eglise.

L'Eglise de ceste ville se recommande a vos prieres et vous supplie qu'ayiez souvenance d'elle, comme s'asseure qu'avez, pource que leurs estes pere aussi bien que des autres. De Milhau ce 5. d'Apvril.

Monsieur, ie desire d'avoir resolution d'une question, ascavoir si ceux qui sont baptisez par quelque artisant papiste doivent estre rebaptisez.

Item, si nous nous devons trouver à l'enterrement d'un qui est mort n'ayant voulu ouir parler de l'Evangile en ses derniers iours, veu que l'Idolatrie est hors de la ville.

Tres humble enfant et meilheur serviteur
Gilbert de vaux.

3769.

BEZA CALVINO.

Iam Aureliam venit cum milite. Bellum instat sed adhuc de pace agitur. Sperat adversis metuit secundis alteram sortem bene praeparatum pectus.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 78. Habent etiam Cod. 119, fol. 69, Bernensis VI. p. 1075, Simlerianus 104 et Baum II. App. p. 177.)

Monsr. Monsr. de Passel.
A villefranche.

S. Meldis ad Clodoaldi pontem [1]) reversi Sequanam traiecimus. In urbe fuit insignis trepidatio, quum moenia praeterveheremur, nec difficile fuit ingredi, sed ducibus aliter placuit. Inde biduo maximis itineribus Aureliam venimus [2]) adeo tempestive ut nullo negotio et citra certamen, nondum videlicet ingresso hostium praesidio, simus ingressi. Equitum ad duo millia habemus. Reliquas turmas exspectamus. Peditum nihil adhuc contraximus, sed colligi tantum iussimus. Ex aula variae, imo etiam contrariae literae singulis paene momentis afferuntur, modo bellum indicunt, modo colloquium petunt. Pacis duas conditiones obtulimus, nempe si valeat edictum et hostes armis depositis domum redeant. Sed praeter bellum nihil audeo sperare. Quaenam autem futura sit eius gerendi ratio nondum possum prospicere, ac etiam multo minus de eventu pronunciare, nisi quod in Domino confido. De his admoneri omnino necesse est vicinos, [3]) quoniam eo redacta res est, ut vel nobis vel hostibus sit pereundum, nisi Deus ἀπὸ μηχανῆς intervenerit. Neque in nobis stabit ruina sed ad exteros etiam pervadet. Si quaeris cur igitur iam pridem missi non sint nuncii, respondeo, me nihil aliud posse quam ingemiscere quum nos considero, et omnia conari, sed omnia signa certissima animadvertere, ex quibus certa sit coniectura, Deum aliquid per se moliri. Exspectatis reditum meum ad Calendas Maii, cuius exitum fortasse ante eum diem intelligetis. Hoc unum peto ut mecum precemini, ut mihi detur in Domino et vivere et mori. Quorum nescio utrum mihi sit hoc tempore potius sperandum. Nam nunc quidem ad vos redire nec tutum, nec si liceat honestum est. [Ecclesiarum negligentia et multorum sordes mihi sunt ipsa morte acerbiores.] [4]) De *Normandio* nostro nihil accipio. Negotium pupillorum communis nostri amici commendavi ipsi *Cancellario* [5]) et amicis. Sed in hac tempestate non video quid coniici possit, quum ipse Cancellarius in primis periclitetur. Utinam brevi possim certiora scribere. Bene vale, mi observande pater, et tuum *Bezam*, si unquam alias, Deo commenda. Idem a tota ecclesia peto. Aureliae 5. Aprilis 1562.

Tuus Beza.

3769. 1) *Pont S. Cloud, ubi appulerunt a. d. III. Cal. Apr. Hist. eccl.* II. 7: Apres avoir fait la cene à Meaux le iour de Pasques 29. Mars le prince tira droit au pont S. Clou où il arriva le lendemain à disner. Ceux de Paris entendans qu'il estoit si pres d'eux furent en tel effroy que les chaines des rues furent tendues avec grand alarme, et luy fut envoyé par le Cardinal de Bourbon son frere, lors gouverneur de Paris, le Sr. d'Alaigre pour le prier de ne s'efforcer d'entrer dans la ville et ne donner commencement à guerre ouverte. — *Journal de Bruslart* I. 78: Le lundi 30 le prince de Condé avec l'Admiral et d'Andelot vint accompagné pour le moins de 800 chevaux et se presenta à la porte S. Honoré. Recogneu par M. de Termes, chevalier de l'ordre, il luy fust faict response qu'il entreroit bien luy dousiesme en la ville mais que sa compagnie n'y entreroit point. Au mesme instant Bussy avec 600 chevaux voulut forcer la porte S. Jacques. Mais Dieu ne permist qu'ils entrassent en la ville.

2) *a. d. IV. Non. Apr.* (*H. E.* III. 2. 158). *Bruslart l. c. p.* 79: Le 2. d'Avril le prince de Condé entra à Orleans avec 1000 ou 1200 chevaux et s'en empara pour y tenir fort contre le Roy.

3) *Bernates et Turicenses.*

4) *Haec in margine.*

5) *de l'Hospital.*

3770.

L'ÉGLISE DE THUERETZ A CALVIN.

Envoi à Genève du ministre actuel qui veut y compléter ses études et demande d'un remplaçant.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 28.)

A Monsieur Monsieur Caluyn ministre en leglise de Geneve.

A Geneve.

Salut vous soit par nostre Seigneur Iesus Christ.

Trescher seigneur et frere, comme ainsi soit que nous soubzignez aurions cogneu Mr. Claude *Decabanes*, habitant d'Aulb en Viverois, homme de bon scavoir et honneste conversation, comme mieulx par vous pourra estre experimente, ayant bonne volante de proffiter en leglise du Seigneur, A ces fins luy avons baille argent selon nostre petite faculté pour se transporter à Genefve pour jllec demeurer par deux ou trois mois estudiant et proposant aux propositions ordinaires. Et daultant que despuis son despart les ydoles des temples ont esté abbatues, et le peuple estant privé des messes et choses semblables, mesmes les papistes nous requierent davoir ministres pour estre jnstruicts a la pure parolle du seigneur, Vous vouldrions supplier au nom de Dieu si ledit *decabanes* estoit cogneu souffisant à ung si sainct estat (regardant lextreme necessité nostre) le soliciter de venir, affin que par sa trop grande timidité laffaire de Dieu et de son eglise ne soit plus longuement retardé. Et nous sera ung tel bien que a perpetuite vous en serons redebvables. Et nous recommandans à voz oraisons prierons le createur vous augmenter tousiours en ses dons et graces nous recommandans treshumblement à la vostre. De Thueretz en Vivarois [1]) ce viij. Apvril 1562.

Voz humbles et obeyssans serviteurs et peres de leglise.

Delafaisse. Degont. Delaval.
A. Verdier. Grechedeuce. Desauge.
Bonet. Laval. Guarin. [2])

3770. 1) *Nous avons vainement cherché un pareil nom dans le dictionnaire des Communes de France.*
2) *Nous ne garantissons pas l'exactitude de ces noms.*

3771.

CONDÉ AU SÉNAT DE GENÈVE.

Envoi d'un gentilhomme pour une négociation secrète au début de la guerre. [1])

(Archives de Genève. Pièces historiques. Liasse 1712. Souscription autographe.)

A Messieurs et bons amys Messieurs les Syndicques et conseil de Geneve.

Messieurs noz bons amys. Vous ne trouverez estrange sil vous plaist si non seullement les bruictz des choses advenues en ce Roiaume [2]) depuis trois sepmaines en ca. Mais aussi quelques lettres soubz le nom des maiestez du Roy et de la Royne ou dautres ont prevenu les presentes, Car ce qui nous a retardé na este par faulte dasseurance que nous avons de vostre desir et affection d'entendre tels affaires et de nous y ayder aussi, Mais nous avons mieulx ayme estre tardifz en actendant que dieu apaisast ces troubles par quelque moyen plus aisé que destre trop legiers a espandre les estincelles dun fai [3]) si dangereux. Or, Messieurs, quant au discours de toute la matiere nous vous prions la vouloir entendre par la declaration [4]) que nous en avons faicte a la verite, et laquelle nous vous envoions, pour estre ouy poisee et consideree comme nous desirons que toute la crestiente en ayt la congnoissance, en quoy faisant nous esperons que vous trouverez nostre cause si juste estant conjoincte avec la religion que nous avons commune avec vous et touchant de si pres la conservation de la couronne et maison de france, de laquelle vous estes anciens amis et aliez, Que au lieu dajouster foy aux bruitz qui courent au contraire, mesmes aux letres que noz ennemys font expedier [5]) a toutes heures selon leur apetit, dautant quilz tiennent le Roy et la Royne en captivite, Vous ne ferez difficulte de favoriser a ceux qui sont tant jnjustement oultragez Pour vouloir maintenir honneur de dieu et les esditz du Roy vostre ancien amy et alie.

3771. 1) *Une lettre semblable datée d'Orléans* 10. *Avril fut envoyée par Condé aux princes allemands, avec la* Declaration faite par le prince de Condé pour monstrer les raisons qui l'ont contraint de prendre la defense de l'autorité du Roi .... avec la Protestation sur ce requise 8. Avril 1562. (*Mém. de Condé* III. 222. 232. 254.)
2) *le commencement des hostilités.*
3) *sic.*
4) *C'est la* Déclaration *mentionnée à la note* 1.
5) *Allusion au factum publié par le parti des Guise:* Declaration du Roi portant que le bruit que l'on fait courir que le Roi et la Reine sa mere sont prisonniers est une calomnie. 8. Avril 1562. (*Mém. de Condé l. c.*)

Voyla pourquoy, Messieurs, nous vous avons envoye expressement ce gentilhomme present porteur et de vostre nation Pour vous prier autant quil nous est possible de l'ouir et bien entendre, et sur ce nous octroyer ce que nous vous demandons et que nous esperons obtenir de vous comme juste et raisonnable et comme concernant mesme vostre estat, Pource que lambition de nos ennemys, comme nous asseure, que ce nest pas a nous seulz quilz en veulent. Mais que plutost jlz ont embrasse tout le monde par leur jnsatiable cupidite. Messieurs noz bons amys, Nous nous recommandons a voz bonnes prieres et de toutes voz esglises apres avoir prie le Seigneur quil vous maintienne en sa saincte garde. Escript a orleans ce xj. davril 1562.

Vostre afecsionne bon amy
Loys de bourbon.

3772.

BEZA MINISTRIS TURICENSIBUS.

Accuratior narratio rerum inde ab exitu colloquii Possiacensis in Gallia gestarum usque ad suum ipsius cum exercitu Condensis ad Aurelianos adventum.

(Autographon exstare non videtur. Legimus exx. Neocomense in fasc. epp. divers. N. 7 et Bernense Cod. 122, f. 71. Habet etiam Simler. Vol. 104. Edidit Baum II. App. p. 178.)

S. Quae abhinc annum fuerint gallicarum ecclesiarum incrementa, et quam feliciter sub regulo nostro, quem speramus alterum Iosiam fore, [1]) coeperimus respirare, iam pridem cognoscere potuistis, fratres in Domino carissimi. Huic porro progressui Satanam invidisse ac proinde nunc imum Acheronta fidelium suorum ministrorum opera commovisse, minime mirum est. Sed tamen operae pretium est, ut rem totam cognoscatis. In ipso colloquio Possiaceno (quod praecipue *Lotharingii* Cardinalis non tam astu quam impudenti audacia dissipatum est) coeperunt veritatis hostes, alioqui inter se inimicissimi, Herodis et Pilati exemplo, esse concordes et de crucifigendo Christo deliberare. Quumque viderent maiorem esse in aula piorum procerum autoritatem, quam ut statim id possent obtinere, ad suas descenderunt artes. Itaque alii Lotharingiam versus abierunt, Germanos, obiecta Augustana confessione tanquam larva, vel in partes suas pertracturi (quum ipsi interea nihil minus quam religionem curent) vel nobiscum commissuri. Alii vero domi et in ipsis regni penetralibus, ac praesertim Lutetiae, pecuniam, amicos, vires denique omnibus modis sibi coeperunt comparare. Neque enim dubium est quin cum caeteris omnibus sese coniunxerint. Haec omnia difficile non fuit perspicere, atque adeo multis indiciis deprehendere: sed cavere non item, quoniam ii quorum praecipue intererat (ut nostis filios huius saeculi prudentiores esse filiis lucis), nunquam eo potuerunt adduci, ut in cognoscendis rebus dubiis eam diligentiam qua opus erat adhiberent. Itaque promulgato edicto, quo nobis qualiscunque libertas conceditur, tutos sese fore sunt arbitrati. Deinde hoc etiam accessit incommodum quod is [2]) cuius autoritate caeteri necessario nitebantur, fascinatus hostium ludificationibus post longam dissimulationem tandem in eorum castra repente transiit, neque id fecisse contentus prius destitit, quam pios proceres ex aula eiiceret. [3]) Sequutus est deinde *Condensis* principis morbus, qui et ipse quum cuperet ad tempus domum secedere, ecce mox sese tota coniuratio patefecit. Nam evocatus in aulam *Guisianus*, [4]) quasi mortes et exitia secum trahens, primo impetu Vassiensem ecclesiam [5]) invadit. Est autem Vassiorum oppidulum non procul Joinvilla Guisianorum patria, iam pridem pietatis in illis regionibus nomine valde celebre, ac proinde Guisianis invisum. Hic ergo primum sese effudit illorum impetus, idque tanta cum rabie ut vix ullum unquam editum similis crudelitatis sit exemplum, sicuti ex vera rei gestae historia cognoscetis. Huius crudelitatis nuncius, additis minis, quae praeter similem saevitiam nihil spirabant, sicut animos hostium inflavit, ita etiam nostros expergefecit, ut de remedio cogitarent. Evocati sunt igitur vicini nobiles, aderatque forte in urbe *Condensis*, domum properans cum uxore praegnante. Qui frustra omnia expertus, ut *Guisianus* alio itinere in aulam inermis iret, tandem eo est adductus, ut, quo die et momento ille in urbem armatus ingressus est, eodem et ipse armatus, coacto repente circiter trecentorum nobilium comi-

3772. 1) *Haec spes utrum aliquo fundamento nixa fuerit an plane vana haud facile dixeris. Etiam Languetus scribit Cal. Febr.* (II. 204): Regina cautius sua administrat, accommodat se tempori et ostendit se nobis addictiorem quam antea. Rex et fratres videntur brevi transituri ad nostras partes. Haec si non fiunt matre impellente, fiunt saltem ipsa non nolente, nam si vellet posset impedire. Aurelianensis iam satis ostendit se esse a nostris partibus, Andegavensis plane puer nuper petiit a matre coram plurimis ne deinceps daret ei ministros qui non essent Lutherani. Haec verba mater excepit risu *etc. Nobis haec et similia quae ibidem referuntur vani rumores videntur fuisse qui de industria in vulgus spargebantur.*

2) *Navarrenus* (*N.* 3748).
3) *Castillionaeos, maxime Admiralium.*
4) *N.* 3749.
5) *N.* 3754. 3757.

tatu in concionem sit progressus.[6]) Ab eo die in urbe omnia castris potius quam civitati similia fuerunt. Tandem venit *Navarrenus*, qui *Reginae* iussu iuberet utrinque arma deponi. Quorsum haec tenderent, nemo erat hic qui ignoraret. *Condensi* certis de causis non placuit hoc exspectare mandatum, itaque ex urbe excessimus ad unius diei iter. Ibi sese nobiscum coniunxit *Amiraldus*. Mox quoque aliae accesserunt copiae, dum exspectamus ut *Guisianus* et ipse discederet. Ac discessit ille quidem, sed armatus recta ad *Regem* et *Reginam*, contra eorum mandatum. Et quidem praesidio in urbe sub nomine Cardinalis *Borbonii*[7]) gubernatoris comparato. Hoc facturum *Guisianum* (quod maximi erat momenti) difficile non erat prospicere, nec etiam cavere, quum nihilo essemus eo inferiores, sed ausim dicere fatale hic quiddam accidisse, cuius adhuc exitum exspecto. Nos accepto captivi *Regis* nuncio (neque enim hoc aliud est quam miserrima captivitas quam etiam *Rex* cum lacrymis testatus est), urbem versus regressi ut Sequanam traiiceremus, ad oppidum quod Clodoaldi pontem vocant, maximam in urbe trepidationem excitavimus, quoniam ad duo equitum millia in armis habebamus, nec trepidantem urbem occupare difficile videbatur.[8]) Sed aliud ducum consilium erat. Nam a Clodoaldi ponte repente maximis itineribus Aureliam pervenimus, ita quidem opportune, ut nondum ingresso hostium praesidio, quod eo mittebatur, sine caede et ullo tumultu fuerimus a fratribus, non sine magna gratulatione et clarissimo Psalmorum iubilo intromissi: ubi nunc quoque haeremus et equitum peditumque copias omni ex parte cogimus. Hostibus interea nihil potius fuit, quam Parisiensem ecclesiam, conculcatis regiis edictis, dissipare.[9]) Ubi nullus dies praeterit, quin plebs furiosa inauditae saevitiae exempla, praeeunte imprimis impurissimo *Conestabili*, exerceat. Reliqui vero coniurati, ut omnibus persuadeant captivum *Regem* non esse, passim illum cum matre et fratre circumvehunt et ostentant. Et ita sunt miseri principes, ut secum hoc etiam malum dissimulare cogantur, atque adeo saevissimae nostrorum proscriptioni subscribere. Haec igitur nostra nunc est omnium conditio. Quis sit futurus exitus ille novit cuius causam una cum publica libertate et regni salute defendimus. Caeterum quum ex quibusdam cognovissemus, istuc esse missos, qui vanissima mendacia spargerent, et militem adversum nos cogant, noluimus iustae causae et officio nostro deesse. Itaque vos obtestamur in nomine Domini, ut nobis, de quibus merito dubitare non potestis, fidem potius habeatis, quam istorum calumniis. Neque est cur vos commoveat *Regis* et *Reginae* nomen aut sigillum.[10]) Quid non enim illi a captivo puero, et matre femina extorquebunt? Sed vivit Dominus nostrae innocentiae vindex. Quid autem petamus, ex eo intelligetis qui ad vos hanc ipsam ob causam proficiscitur. Si qua sunt viscera misericordiae, fratres, adiuvate infinitam fratrum multitudinem, quibuscunque modis potestis, et impedite ne perditis nobis via ad vos usque crudelissimis latronibus patefiat. Bene valete, fratres plurimum observandi, et pro nobis assidue clementissimum patrem interpellate. Aureliae xii. Aprilis 1562.

Vester Theodorus Beza.

Omiseram indignum facinus. *Condensis* principis uxor[11]) praegnans, dum profecto marito ad suos revertitur, ecce rusticorum manus principis filium circiter novem annos natum in equo insedentem lapidibus adgreditur, et duos ex eius comi-

---

6) *Bruslart* I. 76 (*vide ad N.* 3749) *Languet* II. 212: Condaeus, qui hic tunc agebat, coepit se munire praesidiis et stipatus 200 aut 300 equitibus ex nobilitate bis cum uxore et filio puero accessit ad concionem, quum tamen abessent eius aedes a loco concionis dimidio milliari germanico. D. 20 h. m. trepidatum est sub noctem in aedibus Guisii et Connestabilis et pernoctarunt omnes armati. Condaeus veritus ne quid isti adversus se molirentur introduxit in suas aedes ad 300 armatos. Vagabantur autem tota nocte in vicinis plateis 50 aut 60 ex ipsius equitibus.

7) *Languet l. l.*: Remotus est ab urbis gubernatione Mommorantius filius Connestabilis, procurante patre eius quia nostrae parti addictior videbatur . . . . In gratiam Navarri suffecerunt ei Card. Borbonium cui adiunxerunt tanquam consiliarios Mareschallos Brisacium et Thermaeum *etc.*

8) *ibid.*: Condaeus confirmatis viribus hodie (30. *Mart.*). Melda discessit et accessit ad Urbem cum 1800 equitibus, et equitans secundum urbis fossam dicitur petere pontem S. Clodoaldi ubi traiiciat Sequanam. Sub eius accessum ita erant consternati cives ut se iam periisse crederent, et sparsa erat fama eum habere secum 30,000 millia militum. Quidam putant ipsum recte contendere in aulam, sed credo eum ire Aureliam ut eam belli arcem constituat et ibi exspectet eos qui veniunt ex Normannia, Britannia, Pictonibus et tota Aquitania. (*Hist. eccl.* II. 6 *ss.*; *Soldan* II. 1 *ss.*; *Baum* II. 568 *ss.*)

9) *Languet* 19. *Apr.* (II. 215): Connestabilis venit huc 3. h. m. stipatus armatis cohortibus. Dum murum circuit quidam ex ipsius militibus exusserunt suggestum ex quo nostri concionabantur et scamna in quibus sedebant audientes concionem. Populus illa re factus ferocior eodem die irruit in villam satis splendidam in qua ab altera urbis parte nostri habebant suas conciones et eam incendit. . . . Multi sunt a saeviente populo interfecti et vulnerati et nonnullae domus direptae, duraruntque istae turbae per octiduum. (*Cf. Hist. eccl.* II. 11 *sq.*)

10) *Ibid.* Ante has literas veniet ad vos is qui perfert ad principem nostrum Condaei literas in quibus explicat caussas quae ipsum impulerunt ad sumenda arma. Altera etiam pars mittit ad Germanicos principes Cortelarium regium interpretem . . . credo eum perferre edictum quo nostri iubentur arma deponere et quo Rex testatur, nec se nec matrem esse captivos.

11) *Idem narrant Languet l. l. et Hist. eccl.* II. 11.

tatu vulnerat. Mater filii periculo ita fuit perculsa ut eo ipso die immaturo partu gemellos sit enixa. Vivit tamen uterque et puerpera satis bene habet. Sed hinc coniicite quousque progressa sit hostium rabies et quantopere necesse sit eam retundi, quum expressis edictis regiis nitamur.

3773.

BULLINGERUS CALVINO.

Prurit Gallia. Conscribitur miles. Sollicitantur utrinque Helvetii. Petuntur pii. Etiam Tridenti fabula agitur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 424. — Simler. Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fideli ministro domino honorando et fratri carissimo suo.

S. D. Summo cum desiderio accepi tuas, 1) domine colendissime et frater carissime, sed maximo cum dolore legi, dum cerno universam inter se Galliam commissam. Libenter audio illustrissimum principem *Condensem* bene instructum esse. 2) Oramus ergo Dominum ut adsit exercitui eius, et ut mature faciat Deo duce quod facturus est. Est enim in mora periculum ingens. Verum est, conscribendum Regi militem ex Helvetiis. 3) Ideo enim comitia indixit in 26. Aprilis Saloduri. Sat tamen scio aliquot modestiores missuros potius pacificatores quam interfectores. Urgeo hic quantum possum ne nostri cum urbibus suo desint officio. Rursus scio Quinquepagicorum multos iam esse paratos ad quamvis crudelitatem exercendam. Cur vero non scribit *Condensis* ad urbes 4, et causam suam paucis aperit eis? Scriptum quod misisti 4) impressum iam curo converti in germanicam, ut *Brentius* legere vel audire et intelligere possit. Dudum vidi omnia adversariorum huc spectare ut funditus exscindamur. Sed sumus in manu Domini. Quod ei visum fuerit fiat. Conferat is saltem nobis constantiam in vero.

Quaeso, mi frater, effice ut mature intelligamus quousque res in Gallia sit progressa, ut si bonum sit curae nostrae leniantur et gaudeamus in Domino, aut si malum sit condoleamus et oremus, et nostram operam illis fideliter conferamus. Non recusabo ego facere quod vires meae poterunt perficere. Utinam vero possim plurimum.

Missa est superioribus diebus huc citatio et fides publica ex concilio. Vocantur enim urbes Helveticae in concilium. 5) Semel enim statuerunt isti homines progredi in suo instituto, et si Deus permiserit omnia cruore innoxio replere. Dominus servator noster tueatur nos a malo. Vale et nos in Christo ama. Dominus defendat te et servet. Celerrime has scripsi. Tiguri 19. Aprilis 1562.

Tuus ex animo
Bullingerus.

3773. 1) *deperditas.*
2) *cf. praecedentem.*
3) *Languet* 19. *Apr.* II. 217*:* Utraque pars magna diligentia conscribit militem. Qui hic sunt utuntur regis nomine et convocarunt alas equitum quas rex perpetuis stipendiis alit, et praeterea indixerunt nobilitati ut se armis et equis instruat et sit parata ad 25 huius mensis. Miserunt etiam in Germaniam Rocandolphum [*Roggendorf*] et ad Helvetios praefectum Froelich, qui militem conscribant .... Qui Aureliae sunt [*Condaeus*] miserunt legatos ad principes germanicos, unum ad Rhenanos, alterum ad eos qui ad ulteriorem Germaniam pertinent. Item singulos ad Helvetios, ad reginam Angliae, regem Hispaniae et ducem Sabaudiae, qui indicent causas quae ipsos impulerunt ad sumenda arma. — *In Mém. de Condé* III. 270 *legitur instructio legato Condaei data ad Cantones reformatos d. d.* 12. *Apr. qui eos admonere debebat ut milites a triumviris nomine regis captivi conscribendos vetarent.* — *Idem Languet p.* 219*:* Petierunt militem ab Helvetiis, sed audio ipsis denegatum.

3774.

BULLINGERUS CALVINO.

Totus est in describendis signis temporum quae bellum praesagiunt. Helvetii in diversas partes distrahuntur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 425. — Simler Vol. 104)

4) Declaration faicte p. M. le Prince de Condé pour monstrer les raisons qui l'ont contraint d'entreprendre la defence de l'authorité du Roy, du gouvernement de la Royne et du repos du Royaume, avec la protestation sur ce requise. (8. *Apr.* 1562. *Mém. de Condé* III. 222) *cf. Hist. eccl.* II. 14. — *Vertit eam germanice iussu Senatus Turic. D. Georg. Cellarius.*

5) *Ruchat* VI. 482*:* Les cantons catholiques, encouragés sans doute par la réception honorable qu'on avoit faite à leur envoyé (*Melchior Lussi*) sollicitèrent de nouveau les cantons réformés à envoyer leurs députés à Trente. Les Seigneurs de Zurich chargèrent leurs théologiens d'examiner la réponse qu'il y avoit à faire. Bullinger le fit au nom de ses collègues par un long écrit du 13. mai.

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo et fratri colendissimo et carissimo.

S. D. Legatus Saloduri [1]) omnem movet lapidem ne Helvetii mittant milites ad occidendum, sed pacificatores ad pacem componendam. Quia tamen Regis nomine iubetur militem postulare a legatis Helveticis, qui convenient 26. Aprilis, non potest regis literas opprimere, maxime quum *Frölichius* [2]) missus ex aula mirifice satagat et mittat per cantones, horteturque ut festinent. Ergo quum omnino putem militem mittendum ab Helvetiis qui sunt in foedere cum Gallia, operae pretium est scire hoc principem *Condensem* et fideles, ut maturent priusquam adversa pars omnes coniungat copias. Est mira inopia rerum omnium apud Helvetios, idcirco milites innumeri nomina dabunt. Si *Condensis* haberet aliquot capitaneos inter Helvetios, dubium non est quin caeteris multo plures habiturus esset milites. Ego scriptum eius curavi converti in linguam germanicam, [3]) et exhibui senatui. Is haec omnia ignoravit. Multos plurimum affecit. Misi exemplum item ad Rhaetos, quo impediam etiam ibi adversariorum instituta. Dubium non est impudentia mendacia exponi legatis Helveticis a quibus petitur miles. [4]) *Coignetius* hac in re suspectus mihi non est. Habent isti alios qui affirmant *Condensem* esse seditiosum regni perturbatorem, atque ideo opprimendum una cum suis: reginam cum rege, odio religionis novae et propter seditiones commotas, defecisse ad *Guysianum* etc. Haec in tempore tibi volui significare ut dispicias qua re opus sit. Oremus absque intermissione Dominum ut nobis adsit et impiorum cruenta consilia dissipet. Vale una cum fratribus, symmystis et amicis omnibus. Heri etiam ad te scripsi per Salodurum. Oro ut ita pergas de rebus Galliae omnia quae inde ad te perferuntur communicare. Versamur enim in dolore et anxietate ac exspectatione vehementi. Dominus adsit nobis. Tiguri 20. Aprilis 1562.

Tuus quem nosti.

3774. 1) *Coignet.*
2) *Vide praeced. not.* 3.
3) *Ibid. not.* 4.
4) *Ruchat* VI. 489: Les deux partis qui divisoient la France s'adressèrent aux cantons. Le pr. de Condé dépêcha un gentilhomme pour tirer du secours des cantons réformés. Le duc de Guise envoya aussi demander du secours au nom du roi et pour la défense de sa personne. Les Bernois répondirent au prince le 20. Avril qu'ils ne pouvoient lui donner du secours à cause des troubles qui agitoient alors la Suisse et dont la religion étoit la cause ou le prétexte, et que d'ailleurs ils avoient à craindre pour eux-mêmes de la part du duc de Savoie. Les cantons catholiques convinrent de s'assembler à Soleure le 26. Les réformés y envoyèrent aussi leurs députés pour détourner leurs alliés de prendre part à cette guerre.

3775.

ZERKINTES CALVINO.

Missis privatis disceptationibus ad res maioris momenti animos erigendos esse quae iam in discrimine positae vindicem flagitant tanto nodo dignum.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 114.)

A mon treshonnore seigneur pere et frere en nostre seigneur maistre Iehan Calvin ministre de l'esglise de Geneve.

Non dicam cum illo: *Quando ego non timui graviora pericula veris?* [1]) leviora enim timui quum graviora ingruant. De motu Galliae me loqui intelligis. Qua parte a nostris peccatum sit ipse indicas, quod regem deserentes adversariis permiserunt. Quam exigua spes sit recuperandae occasionis amissae, res ipsa clamat. Socios belli ex Helvetia nullos puto habituros nostros, [2]) adversarios et hostes fortassis multos. Quid impediat, non est quod tibi suggeram homini oculato. Causamur Claronensem controversiam arma minitantem et civile in patria ipsa bellum, resque nondum cum duce *Sabaudiae* transactas. Ego has excusationes tanti non facio quanti militis agri nostri difficiles et imparatos mores alienis periculis commiserandi, quae religionis causa suscipiuntur: tanti faciunt recordationem et memoriam nostrae cladis. Audeo tibi hoc affirmare: si senatus prona voluntate vellet suppetias ferre fratribus in Gallia, non habiturum populum dicto audientem. Nam illi ipsi qui contra edicta senatus hucusque regum stipendiis militarunt, mercenarii sunt milites praedae et stipi mancipati, de religionis causa parum solliciti. Quid igitur? inquies. Itane refrixit caritas? Non refrixit, sed exstincta est, pater ac frater venerande. Mundus universus sua curat, ad exitum vergit. Spes apud me nulla est nisi adventus Domini. Si nimis tibi videor pusillae, nimis et desperatae mentis, cogita quaeso me aliud sentire non posse, quum omnia quae me undique circumstant meliorem spem omnem praecidant. Si me magnae difficultates non impediant, videbo te proximo mense. Si hoc non possum, scribam tamen subinde. Vale. Bernae 20. Aprilis 1562.

Tuus Zerchintes.

3775. 1) *Ovid. Heroid* I. 11.
2) *Vide praecedentem.*

Curavi historiam Guisiacae crudelitatis [3]) per exemplaria multa describi, ut huc illuc missis tam immane facinus, si neminem ad opem ferendam, saltem ad preces et commiserationem provocet. Lingua et calamo pugno quantum possum. Sed quid his assequar armis facile est coniicere. Nullo enim numero hic censemur qui non sumus ex patribus conscriptis. Quod ad expostulationes attinet, puto utrique nostrum non deesse suas rationes quibus se tueatur. Sed omittamus nunc ista, tractemus res magis arduas, quomodo iram Domini placemus, apertis hostibus resistamus et consilia eorum in nostram perniciem meditata retundamus. Si haec nobis feliciter ceciderint, per otium velitabimur hoc genere σκιομαχίας. Sed ne tum quidem satis animi erit pygmaeo cum Hectore certandi.

3776.

BULLINGERUS CALVINO.

Agit de rebus militaribus, quibus et Helvetii in varias partes abeuntes instante bello civili in Gallia implicari videbantur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 426. — Simler. Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fideli domino honorando et fratri carissimo suo.

Genff.

S. D. Iam nunc sub noctem tuas [1]) accipio, domine honorande et frater carissime, quibus mones quid petatur a nobis. Legimus carissimi fratris *Bezae* literas, [2]) et quod ille a me petit iamiam expedivi, cui et totam hanc diem impendi. Scribo Basileam, Schaffhusium, Sangallum et ad Rhaetos. Hortor, obstent ne concedatur postulatis regiis i. e. Guisianis miles. Communico illis omnia quae accepi communicanda. Theobaldus ab *Erlach* Bernas huc non venit. Sed magistratus Bernensis scripsit ad amplissimum senatum urbis huius. Communicant invicem consilia, ac satis certo scio illos in hoc consentire ut impediant *Froelichii* consilium. Festinat is et cupit militem adducere Guisianis et coniuratis. Hodie decretae sunt supplicationes publicae in senatu per omnes in urbe et agro ecclesias. Postridie gravissimum per omnem ditionem edictum promulgabitur contra illos qui nomina sua militiae suae voluerint dare. Sollicitatores iubentur vincti in urbem trahi. Spero legationem mature mittendam in Galliam. Si pergent vicini foederati nostri exercitum mittere, vereor inter nos ipsos bellum exoriturum. Video nostros esse sollicitos et diligentes. Postquam finita fuerint comitia Salodurensia 26. Aprilis celebranda, nostri respondebunt illustrissimo *Condensi* principi. Ita arbitror et Bernates facturos. [3]) Utinam festinent mature principes priusquam accedant Belgae, [4]) Sabaudi, Hispani. Utinam liberent Regem etc. Plura non possum. Nam multa iam nocte has scribo, quum praeterita nocte et tota hac die scribendo sim fatigatus. Oremus Dominum ut is nostri misereatur, et servet a malo. Vale aeternum, domine honorande et frater carissime, una cum symmystis omnibus. 23. Aprilis 62.

Noli dubitare de nostra fide et diligentia, Dominus det incrementum.

Bullingerus tuus.

3777.

DATHAENUS CALVINO.

Quaerit num salva conscientia sui tribules ministris lutheranis infantes suos baptisandos offerre possint. [1])

---

3) *Videtur de Bezae relatione loqui caedem Vassiacensem narrantis.*

3776. 1) *deperditas.*

2) *etiam hae non exstant.*

3) *N.* 3774 *not.* 4.

4) *Languet p.* 217: Belgae convocant suum militem: audio idem fieri in Hispania, ita ut hoc regnum videatur versari in maximo periculo nisi componantur istae controversiae.

3777. 1) *De hac controversia, nescio an magis ridicula quam tristi dicenda, alibi nihil legimus. Etiam H. ter Haar in vita Dathaeni p.* 23 *sq. nihil habet. Libet tamen hac occasione nonnulla hic addere de fatis ecclesiae peregrinorum Francofordiensis ultimis. Hoc ipso tempore exsules denuo magistratum adierunt petentes ut templum et cultus suus ipsis restitueretur. Intercesserunt quoque Landgravius, Palatinus et theologi Marburgenses, sed frustra. Tum miseri illi solum verterunt alii Frisiam orientalem, alii Angliam petentes, quorum plures in itinere per Belgium capti et combusti sunt. Mense Decembri qui Francofurti superstites erant principum protestantium propter electionem Maximiliani* II. *in urbe commorantium auxilium petierunt sed nihil obtinuerunt. Tum Dathaenus* 60 *familias in Palatinatum deducit ubi Fridericus elector iis in Frankenthal sedes concessit* (*ter Haar p.* 24) *Vide omnino:* Datheni kurtze und warhafftige Erzelung wel-

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 112.)

Clarissimo ornatissimoque viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae antistiti fidelissimo domino et praeceptori suo observandissimo.
Genevae.

S. P. Quantis in hoc tristissimo gallicarum ecclesiarum statu molestiis ac curis distringaris, clarissime vir, praeceptor in Christo colendissime, facile intelligo. Cogit me tamen in ecclesiis nostris pullulascens schismatis seminarium tibi alioqui gravissimis seriisque occupatissimo importunum esse et obnixissime rogare ut principiis hisce pro virili occurrere non graveris. Scripsi tibi de quaestione nuper in ecclesiis nostris exorta per optimum fratrem Arnoldum *Bancum*, et existimo te, in quo vertatur quaestionis exortae cardo, ex literis illis meis abunde intellexisse. Quarum tamen summam breviter repetere non gravabor.

Ablato hic nobis per senatus decretum ministerio nostrates plerique suos infantes ministris ecclesiarum germanicarum obtulerunt baptizandos. Nam de doctrina baptismi nulla nobis cum concionatoribus istis fuit controversia, et caeremonias circa baptismum habent admodum tolerabiles, nam exorcismis et similibus non utuntur. Interrogant tamen puerum num credat et Satanae renunciet: cuius nomine susceptor respondet: Ita. Quod ut non necessarium existimamus, ita impium dicere non possumus. Interim nulla a quoquam postulata est doctrinae abnegatio, sed veritatem confessi sumus et errores reprehendimus semper constanter et liberrime. Ex huius autem baptismatis apud Germanos usu natum est, inter fratres nostrates qui in Brabantia et Flandria sunt et illos denique qui Santwigae et Londini exsulant, scandalum magnum: qui nos nescio cuius defectionis a puritate doctrinae et dissimulationis accusant, et agnitionem hac in parte peccati nostri literis suis graviter hortantur. Nos contra nullius nos hic peccati nobis esse conscios constanter asserimus. Nam dicimus nos baptismo usos in Christi vera ecclesia per ministerium eorum qui legitime ad munus suum vocati sunt per magistratum et per ecclesiam approbati: quare scandalum ab aliis acceptum esse, a nobis vero nullum datum. Illi contra, non esse hanc ecclesiam quae puram doctrinam ita explodat, asserunt. Alii ecclesiam agnoscunt, sed non licere homini pio eorum ministerio uti contendunt, cum quibus Paulus ne panem quidem manducandum docet. Breviter habent illi suas rationes, nec deest etiam nobis quod respondeamus: sed nos contemni et suspectos haberi satis intelligimus, quare ne diuturnis altercationibus amittatur veritas et ne crescant scandala et occultum schisma foveatur viresque acquirat, te per Iesum Christum totius ecclesiae nomine obtestor ne tuam collegiique vestri hac de re sententiam selectis aliquot et apertis scripturae testimoniis corroboratam ad nos perscribere primo quoque tempore graveris. Facturus es nobis ecclesiaeque Christi officium utilissimum et gratissimum. Literas tuas vel D. Guilhelmo *Holbrachio* Argentinam, vel D. Casparo *Oleviano* Heydelbergam mittas: illi enim eas mihi fideliter reddi curabunt. Optime et felicissime valeas, mi domine. Deus te ecclesiae suae diu superstitem incolumemque conservet. Amen. [2]) Raptim Francofurti 28. Aprilis 1562.

Tuus ut suus
Petrus Dathaenus.

---

chermassen den frantzösischen und niederländischen Christen in Franckfurt die öffentliche predig verstattet und verbotten worden. Heydelb. 1598. *p.* 49 *ss. Exstat quoque in Rel. Hndl.* II. *Beil.* 16. *Fresenii KG. v. d. Ref. in Frkf.* 1751. *p.* 189 *ss. Heppe, deutscher Prot.* I. 466. *Multa alia documenta reperies in Frankf. Rel. Angel.* I. *Beil.* 50 *et seqq.*

2) *Calvini responsum habebis ad* 18. *Iun.*

3778.

FALETUS CALVINO.

Commendat studiosum iuvenem Genevam proficiscentem et hac occasione prosperum ecclesiae Annonacensis statum laudat.

(Ex autographo Cod. Gen. 109, fol. 109.)

A Monsieur Monsieur Maistre Iehan Calvin docteur et ministre de la parolle de Dieu.
à Geneve.

D. Ioanni Calvino fidelissimo verbi Dei apud Genevenses ministro S.

Etsi nullius paene eruditionis viro tantum hominem per literas sollicitare absurdum videtur, tamen non potui, tum fretus tua humanitate, tum huius viredarii precibus victus, ad haec ne rerum quae hic geruntur esses nescius, quin paucis ad te scripserim. Inprimis belle hic habent omnia Dei beneficio. Verbi praedicatio, sacramentorum administratio, preces publicae, quidquid est exercitiorum divinorum, sicubi usquam, profecto hac liberrime tractantur. Diruta sunt idola omnia ultroque exsulat mis-

sale monstrum. Licet etiam consolari qui laqueo vitam iudicis sententia finire coguntur. In summa hic tantus est numerus Christianorum, crescente in dies multitudine, ut papistas paucissimos reperias, et si qui sint profiteri religionem suam vix audeant. Unum me torquet, quod gregi nostro nebulones permulti se permiscent, quorum flatiis [1]) Dei nomen, eius doctrina et ministri contumeliis afficiuntur. Id quod magistratus culpa qui nobis est adversarius accidit. Quare velim te oratum, ni molestum sit, ut mihi tuam super hac re sententiam aperias.

Qui ad te perfert has literas vir est probus et studiosus sacrarum literarum, unus e nostris diaconis qui istuc missus ad capiendum maiorem ingenii cultum noluit praetermittere quin se brevi epistolio tuae humanitati commendarem. Bene vale, vir integerrime. Annomaci, ex tempore, propter tabellarium morae impatientissimum 29. Aprilis 1562.

Tibi paratissimus ad omnia
P. Faletus. [2])

3779.

L'ÉGLISE D'ANNONAY A CALVIN.

Demande de pasteur et recommandation d'un étudiant.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 27.)

A Monsieur Monsieur Calvin
a Geneve.

Monsieur, l'esglize de ceste ville d'Annonay a receu ung tel fruict du ministere du ministre que le Seigneur par vostre main y a draisse que toute ceste dicte vile est refformee bien peu sen fault (la loange en demeure a leternel). Il est vray que Monsieur maistre Pierre *Raillet* nostre ministre ne faict que se plaindre a nous de son insuffisance, voyant ung si grand troupeau devant luy. Iaceoit que, la grace a Dieu, nous aions grande occasion de nous contanter de sa doctrine et bonnes meurs. En fin voyant encores son tropeau accroistre mesmes des habitans des montaignes de Velau prochaines a ceste ville, descendans icy a grand nombre pour oyr la parole, lequel pays de montaignes est de longue estandue et y a beaucoup de viles imporveues de ministres. Ledit Sieur *Raillet* a demande temps pour aller estudier davantage par devers vous pour se myeulx fassonner. Ou bien que nous eussions ung autre ministre avec luy plus exerce qui luy aidast a subvenir a une si grande assemblee estant de dix a douze mile. Et avec lequel jl peust proffiter. Nous, voyans quil est impossible quil puysse satisfere a une si plantureuse assemblee du Seigneur, laquelle dicy en la es jours de dimenche jl fauldra diviser en deux en mesme heure, avons a vous supplyer quil vous plaise en continuant a nous bien faire de nous pourveoir dung autre ministre de la parole de Dieu et ses saincts sacremens, afin de les garder tous deulx, ou bien, si celluy quil vous plaira nous envoyer peult myeulx suffire a tant de peuple, acquiescer a ce ledit seigneur *Raillet* [1]) demande pour ung temps de saller exercer davantaige a lestude. Et nous aurons a pryer le Seigneur Dieu et pere quil luy plaise faire prosperer en vous ses graces de plus en plus nous recommandans tres humblement a la vostre et a voz prieres et oraisons. d'Annonay ce dernier Avril an 1562.

Voz treshumbles et obeissans serviteurs
consulz dudit Annonay.

Monsieur Andre *Du Cros* diacre de nostre esglize sen va estudier par dela hesperant servir au seigneur plus a plein. Nous vous povons de nostre part asseurer de sa prodhomie bonnes meurs vye et conversation.

3780.

ALTOCLARUS CALVINO.

Per terras iactatus multa quoque bello passus Genevam sibi portum salutis esse cupit. [1])

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 207.)

Magnificio viro D. Calvino sacraeque scripturae professori celeberrimo salutem in Christo.

3778. 1) *sic.* flagitiis?
2) *vir nobis ignotus. An falso nomen legimus pro:* Raletus? *Vide sequentem.*

3779. 1) *Un nommé Pierre Raillot, maître d'école à Chancy, est mentionné dans une liste de ministres comme fonctionnant à Annonay en* 1567. (*Bullet.* IX. 294.)

3780. 1) *Videtur pertinere ad ea tempora quibus bellum iam exorsum erat et ante catastrophen Tolosanam.*

Quum e Pictonibus, vir amplissime, postridie nonas Aprilis Tholosam iurisprudentiae causa commigrassem, nihil minus prospiciebam quam insidias papistarum. Sed nondum fere urbem ingressus statim nobis lis cum belua multorum capitum incidit, quae (ut testatur Cic.) nullam rationem sui periculi futuri habet. Cuius belli exitus ducum proditione et avaritia longe faustus exstitit, adeo ut, relicta urbe nihil tutius pro omnium salute quam fuga visum fuit, in qua hostium incursu mihi ereptae fuere pecuniae. Ex eo tempore semper cum copiis fui: timebam enim ne ex istis laqueis exutus in maiores inciderem. Viae enim pro aedibus erant istis coniuratoribus, nullique e nostris patriam adire poterant, tum maxime istorum metu, tum etiam pecuniarum inopia pressi, et quod me terruit, parentes ita pertinaces sacrificiis papae adhuc fidunt, ego vero abhorreo non tantum, sed aliis veto, et ita odio sum patri matrique ob hanc iustam causam. Tandem agitatus undique, quonam ire deberem, accedi* huc tanquam ad portum ut, si fieri possit, mihi pro officio a vobis quid imponatur, aut studendo sacrae scripturae, aut docendo pueros, aut quid simile, dummodo praelectionibus et sermoni adsim: non parcetur aliquo modo labori mihi imposito, etiamsi noctu oportet diurnum victum acquirere. Vale, Deus te nobis sanum et incolumem ecclesiaeque diu conservet.

Mathurinus Altoclarus.

3781.

BULLINGERUS CALVINO.

Res gallicae prae caeteris pro tempore in procinctu sunt, et quidem altera ex parte quatenus Condeus cum Guisiano armis congressurus videtur, altera quantum ad principum Germanorum cooperationem spectat.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 427. — Simler Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori vigilanti et fideli domino honorando et carissimo suo.

Genff.

S. D. Mature et fideliter tuas,[1]) honorande domine et frater carissime, mihi reddi curavit D. *Coignetius*, cui et has mitto. Ultimae tuae 25. Aprilis sunt scriptae. Ego has scribo 3. Maii, quibus exponam brevibus quid actum sit in comitiis Salodorensibus.[2]) Principio lectae sunt literae regiae militem postulantes. Exposita est tota causa, sed ita ut *Guisianis* visum est. Negant et pernegant regem velut captum teneri. Negant principem *Guisianum* peregrinum adduxisse militem, aut hostili animo scilicet venisse Lutetiam. Regem sponte sequutum. Deinde auditi sunt legati Tigurinorum et Bernatium, qui alioqui ad comitia sua sponte venerunt, vocati non sunt. Postularunt ne mittatur in Galliam miles contra Galliam, sed legatio quae non vi agat, sed rationibus persuadeat, et partes vocet ad concordiam. Egerunt gratias duabus urbibus et promiserunt se relaturos dominis suis urbium postulata. Responsuros autem 18. Maii, si non prius Rex urserit militemque in summa necessitate postularit. Tunc enim se prima quaque occasione conventuros. Arbitrantur autem prudentiores, si institerit *Guisianus* rex, futurum ut mittant militem, quum quod pauperrimi et pecuniae cupidissimi sint, tum quod extreme evangelium oderint et bellum quam pacem malint. Dominus illos coherceat fraenoque iniecto compescat. Illustrissimo *Condensi* principi 4 urbes scripserunt et significarunt quid in his actum sit Salodorensibus comitiis. Auxilia *Condensi* mittenda decerni non potuerunt. Nam Basilienses et Schaffhusiani sunt cum rege in foedere. Aliae duae urbes Tig. et Bern. periclitantur. Timendum enim ne ex communibus praefecturis potior pars militum abducendorum in Galliam petenda sit, potior manus 7. Cantonum domi retinenda ab Immontanis contra nos sit, simul ac ex Italia miles accesserit illis, educenda. Vix credas qualia consilia ab annis aliquot instituerint contra nos etc. [Necdum compositum est Claronense negotium sed fervet vehementissime.][3]) Et indies acriores et magis furiosi sunt. Dominus coherceat eos et convertat ad se per gratiam suam. Quatuor urbes scripserunt et *Palatino*, ipsis videri rem tantam non literis sed legationibus agendam. Significarunt item quid impetratum et actum sit in comitiis Salodorensibus. Adhortati sunt propterea ad mittendam legationem.

Haec scribo tuae humanitati paulo copiosius ne ignores quid factum sit Saloduri et quae sint con-

---

3781. 1) *deperditas, ut etiam illae quas d. 25. Apr. scriptas dicit.*

2) *Hist. eccl.* II. 81. *Ruchat* VI. 489 (*v. N.* 3774 *not.* 4.) *Reformati cantones catholicis in memoriam revocarunt quo pacto ipsis autores olim fuerint ne partes suas in bello Smalcaldico agerent: idem nunc se illis quoad bellum civile gallicum suadere. Praestare dicebant ut unanimes legationem in Galliam mitterent ad pacem componendam quod et principes Germani facturi dicebantur. Legati novem cantonum rem ad referendum sumpserunt et novus conventus ad 18. Maii indictus est.*

3) *haec in margine. Caeterum cf. N.* 3767 *not.* 8.

silia. Audio a viris prudentibus, metuere * ne nostri occasionem iustam negligant, nimium cunctabundi spatium dent adversariis instruendi se et confirmandi res suas, quumque nostri pecunia et forte commeatu destituantur et suis militent sumptibus, ne taedio fractus totus diffluat exercitus. Meminerunt isti quid nobis in nostro infelici bello evenerit tandem, quid item protestantibus in bello germanico. Sed si Dominus voluerit misereri ecclesiarum diriget et fortunabit consilia. Pro qua re assidue oramus Dominum.

Restat ut aliquando tibi, frater carissime, exponam quo inclinaverit tandem conatus ille nobilis illius viri *ab Hallvyl.*[4]) Statim atque audivi *Guysianum* in armis esse et Lutetiam etiam contra Regis edictum festinare, ursi creberrimis nunciis et literis *Hallvylerum*, rebus provideat mature, ut si principes petant sibi mitti equites et pedites, ne ulla mora iniiciatur et noceat. Fecit ille fideliter et acriter quod potuit, nec sine suis sumptibus. Tandem vero, ne multis ambagibus te fatigem, ultimo Aprilis literis ad me scriptis, non citra dolorem et indignationem, frustrata exspectatione respondet: „Experior a comitiis alsaticis et colloquio Zaberniano, quo *Guisiani* cum *Wirtembergensi* duce contulerunt, animos principum plane alienatos esse. Ante hoc colloquium ea mecum acta sunt quae postulavi, principibus Galliae significares. Nec finxi quidquam, sed fuerunt vehementiores quam ego commemoraverim. Nunc autem, quum ea repeto et horum ipsos quos miserunt ad me admoneo, prorsus immutati frigidissime respondent.“ Mittit autem praecipui cuiusdam literas quae in hanc propemodum sententiam sunt scriptae: „Diu abfui in negotiis principis, ideo nunc demum respondeo. Ludovicus *a Bar*,[5]) missus a *Condensi*, non venit Bruchsellam ad principes, nisi forte clam convenerit *Rhingravium*.[6]) Itaque nihil postulatum est a principibus. Deinde indicatum est principi meo hisce diebus, Regem a Guisianis veluti captivum teneri. At rebus sic stantibus et Rege in manibus inimicorum exsistente, ipse intelligis non fore tutum principi meo colligere exercitum aut se miscere rei veluti desperatae, et quum fautoribus religionis tam debile et destitutum sit caput, neque possibile sit equitem et peditem sine sufficiente pecunia et stipendio colligere. Ergo, ut uno verbo dicam, rebus sic mutatis nihil auxilii ausim tibi polliceri.“ Haec propemodum ad verbum scribit ille ex aula cuiusdam principis 26. Aprilis, ad nobilem *a Halvyl*, qui hoc nomine gravissime conqueritur, et sibi bonisque maximam iniuriam fieri clamat. Petit ut ipsum apud te et principes excusem. Se hic nihil egisse ex semetipso aut dolo malo. Ego vero in hisce difficultatibus non arbitror consultum, ut principibus haec perfidia detegatur, sed alias per occasionem indicetur, nisi aliud tibi fuerit visum. Ego suspicor, imo videre me arbitror, istos homines odio sincerioris doctrinae multa indigna facere. Quae Dominus suo tempore requiret. Si simpliciter reciperemus confessionem Augustanam, forte ne tunc quidem fideliter iuvarent nos. Dominus non vult nos pendere ab hominibus, sed a se solo. Adsit hic nobis et servet nos. Valde me ista turbant, sed Dominum oro ut nostri misereatur. Nolui tamen haec ignorares. Tu iis bene utere (si modo bonus aliquis eorum usus est) pro tua pietate et prudentia.

Festinantissime haec scripsi, proinde boni consule. Et si quid certi acceperis de rebus Galliae, nobis communicare perge. Miro enim hic desiderio tenemur, solliciti sumus et angimur, orantes Dominum ne tot tantisque desit ecclesiis, neve nos tradat in manus hostium nostrorum, qui Dominum oderunt et veritatem conculcatam volunt. Vale, una cum fratribus et symmystis omnibus. Nostri omnes te una cum tuis salutant. Tiguri 3. Maii 1562.

Tuus ille quem nosti.

Significa, obsecro, an hae tibi literae traditae sint mature. Eas non licuit relegere.

4) *Quae sequuntur ex nostris fontibus pro tempore illustrare non possumus et per se satis obscura sunt.*

5) *N.* 3758.

6) *Lutheranus erat sed Guisianis serviebat et ap. Treviros et in ditione Luxemburg viginti vexilla peditum et ultra mille equites conscribendos curavit. Cum literis regiis etiam Cassellas venit sed repulsam tulit.* (*Languet p.* 219. *Barthold* 375.)

3782.

ERBIUS BULLINGERO.

Spes est ut in ditione Rappoltstein opitulante Palatino evangelium abdicato papatu restituatur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI, Vol. 176, olim Scrin. B. Epp. Tom. 37, fol. 218. — Simler Vol. 106.)

Gratia filii Dei tecum. Etsi velim, doctissime Bullingere, plura tibi scribere, certe non possum ob inflammationem sinistri pedis, quae mihi priore hebdomada contigit ex herysypila, etc. In hac rep. Rappoltsteinensi spes est ut abdicato papatu Christi

vox publice sonet. [1]) Si quidem *Egenolphus* Electorem *Palatinum* et socerum *ab Erdbach* Heidelbergae conveniens de mutatione consuluit. *Erdbacensis* cum *Palatini* proceribus huc venturi sunt. Utinam omnia succedant quo gloria Dei propagetur et salus animarum, etc. *Voglerum* admoneto, ut stet pollicitis. Exspectatur: qui si venerit multum poterit commodare et ecclesiae et reipublicae. Ubiquittores [2]) et Quadruplatores Richenvillensium sua tyrannice obtrudunt. Plures cives resignato municipio excedunt civitatem. Sed dabit Deus his quoque finem. Iacobus *Myliagrius* [3]) aliquot dies egit Richenvillae propter frumenta quae illi debebantur. Solverunt oeconomi. Post abitum pessimam de illo dissipant famam, quod potior ratio eius adventus fuerit, quod rogarit codicillo recipi in gratiam, seque velle mutata recipere. Hoc quod non credo, nec possum ut fidem hisce nugis habeam. Aliter mecum convenerat, testatus, priusquam abiit, se nec unum recepturum. Scripsissem, sed non vacabat ob aegritudinem. Tu monebis illum ex meo scripto, ut hanc calumniam diluat. De foedere quod Princeps *a Conde* cum nobilibus gallicis icerit intelliges ex literis D. *Baronis*. Rogavi ut tibi mitteret. Vale, carissime frater et domine, in Dei filio et ora Dominum pro me. Salutabis inprimis fratres. ix. Maii 1562.

Tuus ex animo
Matthias Erbius.

3783.

SULZERUS MUSCULO.

Commendat Sylvestrem Italum, Calvino quidem suspectum, verum alias doctrina et pietate conspicuum.

(Ex autographo Cod. Zofingensis XIV. Tom. I. N. 58.)

Clarissimo viro D. Wolfgango Musculo Dusano ss. ll. apud Bernates professori eximio, domino et fratri colendissimo et carissimo suo.

S. Pergit istuc praesentium lator D. *Sylvester*, [1]) qui quum ante annos aliquot ex Geneva ad nos concessisset Italorum quorundam testimoniis instructus, ab academia receptus est ac se cum familia sua, ut potuit, hactenus sustinuit, sacrarum lectionum interim frequens auscultator. Caeterum loci quum mutationem suadeat necessitas, petiit ut ipsum tibi commendarem, atque Hallero, quo vestra opera conditionem Lausannae, ubi professiones publicas vacare intellexit, nancisci queat. Apud nos certe se moderate gessit, neque ullum vel sinistri dogmatis vel improbitatis specimen, quod sciam, dedit. *Calvino* tamen ac suis audio nonnihil suspectum haberi quo factum ut tanto studiosius observatus hic fuerit: sed quum nihil in eo vitii deprehenderimus, nolui petenti, bono qualem iudico viro, testimonium probitatis denegare, et quia singulari doctrina in linguis praeditum esse video, velim id ab ipso talentum in bonum publicum conferri. Agetis ergo hac in re, quod pro vestra pietate atque prudentia expedire ecclesiae atque scholae censebitiis.
— — — — — — — — — — — — — — — — —

Scripsi Basil. 10. Maii anno 1562.

T. Sulcerus.

3784.

BULLINGERUS CALVINO.

Eiusdem fere argumenti ac praecedens eiusdem.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30. fol. 429. — Simler. V. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo domino colendo et fratri carissimo suo.

Genff.

S. D. Accepi literas de occupato Lugduno [1]) maximo cum gaudio. Domino sit gloria et laus. Is

---

3782. 1) *Erbius a.* 1560 *ministerio suo Richenvillensi abdicatus cum Lud. Koenigio collega Hunawirensi Rappoltowillam se contulerat et ibi nonnunquam coram Egenolfio comite et eius matre Anna Alexandra concionabatur* (*Roehrich, Mitth.* II. 107. III. 290). *Egenolfius in sua ditione reformationem promovere studebat sed ab Austriaco gubernio Ensishemii sedente impeditus demum a.* 1563 *consilium suum exsequi potuit.*
2) *sic. Loquitur de Lutheranis Wirtembergicis.*
3) *Rydtmüller. Etiam hic ex ditione Richenvillensi dimissus fuerat. Exstat epistola Barth. Westheimeri, ministri Horburgensis et amici Marbachii ad Conr. Hubertum in qua illum* pestem ecclesiae nostrae *appellat.* (*Roehrich, l. c.* III. 294.)

3783. 1) *Si quid videmus est hic S. Teglius qui cum Franc. Bettio Basileam se recepit et ibi obiisse videtur. P. Ramus in Orat. in laudem Basil. eum recenset inter* Italos candidissimos et verae pietatis amantissimos. (*Gerdes, Ital. ref.* 339). *Cf. N.* 2925. 2932. 2936.

3784. 1) *prid. Cal. Mai. noctu protestantes urbe potiti sunt*

frangat contumaciam impiorum impiissimam. Pro literis illis tuis [2]) ago humanitati tuae, vir honorande, gratias maximas, quum symmystarum tum meo nomine, et oro ut ita pergas summa rerum gestarum capita vel per te vel per *Budaeum* aut *Ionvillaeum* scribere et mature mittere. D. *Coignetius* literas nostras optime curat. Is etiam se optime in hac causa gessit et gerit adhuc, Regi et *Condensi* fidelis. Quod facit iussus literis adulterinis et Guisiacis frigide facit, ita ut a 5 Pagicis pessime audiat. Sed confirmo illum subinde literis scriptis. Cur autem nunc scribam haec potissimum est causa. Mittit ad me literas Illustrissimus *Hessorum* princeps per proprium nuncium. [3]) Cupit a me erudiri et certior fieri rerum gallicarum, quum in Hassia spargantur tam varii rumores. Cupit scire quid sentiam de causa *Condei*, et an defensio eius iusta sit mihique videatur legitima. Expono itaque ei negotium ita ut accepi ex te et ex Gallia. Mitto *Condei* declarationem et protestationem [4]) cum foedere. Defendo pluribus *Condei* causam, ostendo talem esse contra *Conestabilem* et *Guysiacum* qualis Ioiadae fuit contra Athaliam. Hortor ne sigillo regis falso credat. Hortor ne militem concedat, aut equites in Galliam contra *Condeum* mittat imo ut impediat potius apud omnes principes et vicinos, *Conestabilis* et *Guysii* parricidia et nefaria contra regem et regnum consilia vicinis exponat. Literae principis scriptae sunt 24. Aprilis Giessae in Hassia. Narrat praeterea in literis suis, *Guysium* cum *Navarro* misisse ad ipsum, petitum equites. Misit una totam actionem legati. Eam uti accepi ab ipso inclusi his et oro ut mature mittas ad Ill. Principem *Condeum*. Habebit qui interpretentur, vel illum Bernatem nobilem *ab Erlach*. [5]) Mihi videretur utile si mitteret ad *Lantgravium* vel literas, vel legatum qui exponeret universum negotium. Fortassis iam misit. Nam, quod modo dixi, Principis literae datae sunt Giessae 24. Aprilis. Cras ego iterum ablegabo nuncium eius literis onustum et hortor ut festinet. Si scripseris in Galliam commendabis me Illustr. principi *Condeo*, cui Deus sapientiam et robur et constantiam conferat oro. Salutabis carissimum fratrem *Bezam*, pro cuius salute sedulo precamur Dominum. Dominus eius ministerio utitur ad res maximas. Benedicat ei Dominus et servet eum.

Fama defertur ad nos Quinquepagicos iniquissime ferre remoram [6]) quam eis iniecerunt Tigurini et Bernates. Clamant: ideo impediverunt nos ut interea pereant nostri una cum antiqua religione. Atque o utinam, o si etc. Aliis incipit languescere fervor quum audiunt Lugdunum a nostris esse occupatum. Alii dicunt se militem in Galliam missuros, si prius ipsis satisfactum sit per omnia. Audio autem summam debiti excrescere ad duas auri tonnas. [7]) Scio autem quam expilarint exhauserintque Guysii aerarium regium. Quidam arbitrantur omnino legionem ducendam fore. Ita urget et ..... git [8]) *Frölichius* [9]) capitaneus quo nomine invisissimus est *Coignetio*. Ac dicitur *Froelichio* dixisse, meminerit beneficiorum acceptorum ex Gallia, et quod *Navarrus*, *Conestabilis*, *Guysius* et *Maleschalkus* [10]) non sint Gallia, sed potior pars sit ex parte adversa. Praestat haec scire *Condeum*, ne nimis cunctando occasionem commode agendi amittat, negotiumque absolvat et Regem cum Regina Lutetiamque recuperet, priusquam exteri milites Galliam ingrediantur. Sed haec omnia tuae commendo prudentiae. Anxie exspectamus quid factum Lutetiae. Vale cum omnibus fratribus. Dominus benedicat tibi, vir honorande et frater carissime. Omnes nostri te et tuos salutant. Tiguri 12. Maii 1562.

Heinrychus Bullingerus tuus.

---

a Condaeo nomine regis iussi et citra sanguinem. Cf. La prinse de la ville de L. par les fideles au nom du Roy *in Mém. de Condé* III. 339, *etc.:* De ce qui est advenu en la bonne ville de Lyon *ib.* 345. *Hist. eccl.* III. 217. *Die* 5. *Mai advenit Baro des Adrets lieut. gén. du Dauphiné cum copiis auxiliaribus.*

2) *deperditis.*

3) *Cf. Rommel* I. 560. II. 587. III. 332 *sq. Exstant epp. eius ad Adolfum Holsatiae ducem qui postea factus est eius gener, et ad filium Guilelmum, tum Friderici Palatini electoris ad generum Jo. Guilelmum Saxonem et ad ducem Christophorum in quibus omnibus monentur illi ne militem conscribi a Guisianis permittant.*

4) *N.* 3771. 3773 *not.* 4.

5) *Petermann ab Erlach praefectus Lausannensis.*

6) *N.* 3781 *not.* 2.

7) *Quinquepagici d.* 21. *Maii conscriptionem permiserunt sed ea conditione ut integri anni stipendium antea Soloduri deponeretur. De l'Isle legatus ex Roma scripsit Papam sex millibus Helvetiorum stipendia daturum si duce suo legato pro religione bellum gereretur sub vexillo ecclesiae.* (*Le Plat.* V. 189.)

8) *vox dubia. Simlerus coniecit:* scenam agit, *quod omnino falsum. Nos potius:* satagit, *quod fortasse B. scribere voluit sed revera non scripsit.*

9) *Hist. eccl.* II. 81*:* Freulich colonel des Suisses pour le Roy partit le 8. Avril avec lettres et mémoires, ayant esté auparavant expedié un courrier à Coignet, pour demander journee au 25. afin d'obtenir 15 enseignes pour la defense de la personne du Roy contre la rebellion de quelques siens sujets. — *Quid obtinuerit legisti supra not.* 7.

10) *de S. André.*

3785.

CALVIN AUX MINISTRES DE LYON.

Il leur adresse des réprimandes au sujet des excès commis par les protestants.

(Copie. Bibl. imp. Coll. Dupuy. Vol. 102, fol. 13. — Henry III. 168. Bonnet II. 465. Trad. angl. IV. 269.)

Tres chers freres, il y a desia long temps que nous avons attendu de vos lettres, pour avoir occasion en vous respondant de nous descharger de ce qui nous pese fort sur le coeur. Mais depuis le changement qui est advenu à Lyon,[1]) nous n'avons point receu un seul mot ny de vous, ny de la compagnie des anciens, ce qui nous faict penser qu'il y a du desordre beaucoup, veu que nous sommes sollicitez d'aucuns de secourir à vostre Eglise, et que vous n'en faictes nul semblant. Mesme quand le sire Jeraume *des Gouttes*[2]) passa nagueres par icy, combien qu'il requist qu'on envoyast des ministres[3]) pour vous aider, il declara qu'on ne lui avoit donné nulles lettres. Cependant nous oyons[4]) des nouvelles qui nous causent grande angoisse. Nous scavons bien qu'en telles esmotions, il est difficile de se moderer si bien qu'il ne s'y commette de l'exces, et excusons facilement si vous n'avez tenu la bride si roide qu'il eust esté à souhaiter. Mais il y a des choses insupportables dont nous sommes contraints vous escrire plus asprement que nous ne voudrions. Nous serions traistres à Dieu et à vous et à toute la chrestienté, en dissimulant ce que vous orrez icy à nostre grand regret. Ce n'est pas un acte decent qu'un ministre se face soudat ou capitaine:[5]) mais c'est beaucoup pis quand on quitte la chaire pour porter les armes. Le comble est de venir à un gouverneur de ville le pistolet en la main, et le menacer en se vantant de force et violence: car voicy les mots qu'on nous a recitez, et que nous avons entendus pas tesmoins dignes de foy: Monsieur, il faut que vous le faciez, car nous avons la force en main. Nous vous disons rondement que ce propos nous a esté en horreur comme un monstre. Nous avons aussy fort detesté la crie qui a esté faite de par le gouverneur et les ministres. Nous mettons en mesme rang les passeports et choses semblables, desquelles l'enormité a desgousté, voire alienė beaucoup de gens de l'Evangile, et a troublé et fasché toutes gens qui ont quelque pieté et modestie. Encores n'estoit pas assez si on n'eust couru les champs pour lever butin et pilliage des vaches et autre bestial, voire depuis que M. le baron *des Adresses*[6]) est là arrivé avec auctorité, lequel n'a point approuvé telles insolences, dont ceux qui se vantent d'estre ministres de la parole de Dieu n'ont point eu honte de se mesler. Maintenant ces vieilles playes nous ont esté rafraischies, quand nous avons oui que les rapines qu'on avoit tirees de l'Eglise de Sainct Jean, ont esté exposees en vante au dernier offrant, et despeschees pour cent douze escus: mesmes qu'on a promis aux soudarts de leur en distribuer à chasquun sa portion. Vray est que monsieur *Rufi* est nommement chargé de toutes ces choses: mais il nous semble que vous estes en partie coulpables de ne l'avoir reprimé, ayant liberté et puissance de le faire, car s'il ne se soumet à vostre correction, qu'il cherche où il bastisse une Eglise à part. Nous ne pouvons pas vous remonstrer doucement ces choses, que nous ne pouvons ouir sans grande honte et amertume de coeur. Or combien qu'il soit tard d'y remedier, si ne pouvons nous pas nous tenir de vous prier au nom de Dieu, et exhorter en tant qu'en nous est, que vous metties peine à recompenser les fautes passees, et surtout despescher toutes ces voleries et pilliages. Car plus tost il faudroit quitter telles gens et s'en separer, que d'exposer l'Evangile en tel opprobre en s'accouplant avec eux. Desia il y a du zele inconsideré à faire les ravages qu'on a fait aux tem-

---

3785. 1) *La prise de la ville par les protestants le* 30. *Avril, et le sac de l'église de S. Jean. Voir de Faye, l'église de Lyon P*. 859. *p*. 120.

2) *probablement un membre du corps des anciens.*

3) *Après Fornelet et le martyr Monier Lyon avait eu pour ministres d'abord La Rochebouiller ensuite Semidde, puis Jaques Ruffi Provençal qui avait été envoyé en Provence en* 1559 *par la Compagnie.* (*H. eccl.* III. 215.) *Il y avait en outre d'Anduze, Langlois, Paiani et Pagesi.*

4) avons *Bt.*

5) *H. eccl.* III. 220*:* Entre tous est deue principalement ceste execution au conseil et à la constance d'un des ministres [*Ruffi*] lequel modera si bien le tout qu'encore que cest exploit eust duré de minuit à huit heures du matin il ne s'y trouva de morts que deux hommes, tous deux de la religion romaine. La ville estant ainsi reduite entre les mains de ceux de la religion la premiere chose qu'ils firent fut d'aller au gouverneur [*Frç. d'Agoult, comte de Sault, protestant dans l'âme mais tranchant du catholique* (de Faye p. 116), *et qui finit par embrasser la réforme*] auquel ils firent leurs excuses par la bouche d'un notable marchand, alleguans que voyans comme ceux de la religion estoient traittés en plusieurs endroits et n'ignorans pas ce que le Sr. de Maugeron et autres leur preparoyent ils avoient esté contraints de prevenir leurs adversaires . . . . . . prians le gouverneur de demeurer en sa charge. Il respondit qu'ils ne se pouvoient excuser de rebellion dont il avertiroit le Roy, et quant à sa charge il la reprendroit s'ils remettoient les armes entre ses mains et dechassoient les soldats estrangers.

6) Depuis le 5. May pour tenir le tout en asseurance et tranquillité est venu à Lyon de la part du prince de Condé M. le baron des Adrets chef de l'infanterie, qui toutesfois n'entreprend rien sans le communiquer à M. de Saulx. (*Mém. de Condé* III. 348.)

ples:[7]) mais de ce qui s'est fait à la chaude et par quelque devotion, les gens craignant Dieu n'en jugeront point à la rigueur. De ces butins que pourra on dire? A quel titre sera il licite de ravir ce qui n'est à aucune personne privee? Si les larcins sont punissables, c'est double crime de derober le bien public. Par quoy si vous ne voulez estre hais et detestez de tous gens de bien, mettez ordre que telles offenses se reparent. Car, si vous tardez plus, nous craignons bien que vous n'y veniez jamais à temps. En quoy nous prierons Dieu qu'il vous guide d'esprit de prudence, vous adresse en toute equité et droiture, vous fortifie de constance et vertu, afin que la peine que vous prenez ne soit pas inutile, mais que vostre doctrine fructifie à ce que son nom en soit glorifié. De Geneve ce 13me de may.

3786.

CALVIN AU BARON DES ADRETS. [1])

Il l'invite à maintenir l'ordre à Lyon, et à punir ceux qui ont commis des vols, s'ils ne rendent à bref terme les objets enlevés.

(Copie. Bibl. imp. Coll. Dupuy, Vol. 102, fol. 13. — et dans tous les recueils cités, à la suite de la précédente.)

Monsieur, nous scavons bien que Dieu pour nous tenir en bride, attrempe tousiours les joyes qu'il nous donne de quelques fascheries qui sont meslees parmi, et pourtant nous n'avons pas esté trop esbahis d'ouïr qu'on eust excedé mesure au changement qui est advenu à Lyon. Et combien qu'il nous ait fait mal qu'on se fust donné trop de licence en quelques endroits, toutteffois nous avons porté cela paisiblement. Mais depuis que vous estes arrivé pour avoir la superintendance des affaires, il est bientemps qu'on se modere, et mesmes que ce qui estoit confus soit remis en bon ordre. En quoy nous ne doutons pas que vous n'ayez travaillé soigneusement tant que vous a esté possible. Mais comme la charge est bien pesante et difficile, nous pensons bien que vous ne pouvez pas remedier à tous les maux qui vous desplaisent, comme il seroit à souhaitter. Si est ce, Monsieur, quil vous y faut esvertuer, et sur tout à corriger un abus qui n'est nullement supportable. C'est que les soudarts pretendent de butiner les calices, reliquaires, et tels instrumens des temples. Qui pis est, on a rapporté que quelqu'un des ministres s'estoit fourré parmi, jusqu'à en exposer en vante quelque quantité. Mais en premier lieu, si cela advenoit, il y aura un horrible scandale pour diffamer l'Evangile. Et quand la bousche ne seroit point ouverte aux meschans pour blasphemer le nom de Dieu, si est ce qu'il n'est pas licite, sans auctorité publique, de toucher à un bien qui n'est a aucune personne privée. Et de faict nous sommes bien certains que Monsieur le Prince *de Condé* et tous les bons seigneurs qui tiennent nostre parti, non seulement desadvoueront tel acte, mais le detestent, d'autant que c'est pour exposer en opprobre la cause qui est si bonne et saincte de soy et la rendre odieuse. Nous sommes bien persuadez que vous ne voudriez point souffrir telles violences et extorsions, et que, sans estre beaucoup sollicité, vous serez prest et enclin à y mettre la main. Mais le seul moyen d'y pourvoir est, ce nous semble, de faire publier par les carrefours que tous ceux qui auront pris de tel butin ou en auront celé et caché, rapportent dedans huict jours ce qu'ils en ont, sur peine d'estre coulpables de larcins, et estre punis comme larrons: et que tous ceux qui scauront ceux qui en detiennent ou occupent, ayent à le declarer dedans le dit terme, sur peine d'estre punis comme receleurs. Si tout le mal ne s'amende par cela, si est ce qu'au moins le remede ne sera point inutile, et cependant vous clorrez la bouche aux medisants entant qu'en vous sera.

Nous n'avons pas fait difficulté, Monsieur, de

---

7) On ne s'est espargné à rompre aucun idole riche qu'il fust ou eust peu couster, sans le crucifix de S. Jean qui est gardé par la garnison des fidelles qui y sont encores (*ibid.* 348). — *De Faye p.* 125: Les réformés laissent les personnes et degradent les édifices, tandis que le gouverneur mande au Roy que les prêtres se sont enfuis, que des marchands suivent en foule leur exemple, que les réformés ont démoli une partie de la clôture de S. Jean et des maisons qu'elle renfermoit, après avoir renversé les autels et images, après avoir prêché selon la nouvelle religion, fait des baptêmes, pris les ornements, reliquaires, calices, ayant toutefois fait l'inventaire de tous ces objets.

3786. 1) François de Beaumont, baron des Adrets, auparavant colonnel des legionnaires de Lyonnais, Dauphiné, Provence et Languedoc homme vigilant au possible, hardi et heureux entrepreneur, et vrayement doué de plusieurs qualités requises en un grand capitaine, mais au reste extrêmement ambitieux et cruel, lesquels deux vices obscurcissaient le lustre de ses autres vertus, et finalement luy firent perdre conscience et réputation . . . . Si tost qu'il eut entendu ce qui estoit advenu à Lyon ne faillit d'y accourir combien que ceux de la ville ne luy eussent baillé aucune charge. (*Hist. eccl.* III. 221.) — Lugdunenses admiserunt eum in urbem ubi statim deiecit imagines in omnibus templis. Occupatio Lugduni est maximi momenti ad totum bellum, tum quod ibi sit instructissimum armamentarium, tum quod ii qui hic sunt sperabant per negotiatores Lugdunenses se pecuniam confecturos, et praeterea retinet ducem Sabaudiae in officio. (*Languet d. d.* 9. *Maii Epp.* II. 204.)

vous en mander privément nostre advis, et vous prier et exhorter au nom de Dieu de vous y employer vertueusement, selon que le cas le merite. Sur quoy, Monsieur, apres nous estre affectueusement recommandé à vostre bonne grace, nous supplierons nostre bon Dieu vous tenir en sa protection, vous munir de sa vertu et accroistre en tout bien. De Geneve, ce 13me may.

3787.

LE SÉNAT DE BERNE AU SÉNAT DE GENÈVE.

Il se voit dans l'impossibilité de fournir à l'avenir des ministres aux églises de France. [1])

(Archives de Genève. Pièces historiques. Liasse N. 1716.)

Aux nobles magniffiques Seigneurs Scindicques et conseil de Geneve noz singulliers amys treschiers et feaulx combourgeois.

Nobles magniffiques Seigneurs singuilliers amys treschiers et feaulx combourgeois. Sestans jusques jcy par vostre moyen et addresse ou de voz ministres (comme avons peu entendre) addresses a noz ministres de nostre pays de Savoye et a nous plusieurs ambassadeurs cy envoyes de la part des Eglises reformees du pays de France pour jmpetrer et obtenir de nous quelques ministres nous avons jusques a present nous accommode a leurs requestes tant quil nous a este possible pour le desir et affection que portons a ladvancement du Royaulme et la gloire de Dieu. Mais voyant la moisson du Seigneur y estre si grande quil nous seroit jmpossible de les fournir dores en avant de ministres sans grande desolation et ruyne de noz Eglises propres et pays jas par trop espuise en gens de scavoir et propres a servir lEglise nous avons estes contrainctz de vous prier quayant esgard a nostre presente necessite et que ne pouvons mieulx faire jl vous plaise de ce advertir tous ceux qui dores enavant sadresseront a vous pour avoir des ministres affin quilz se saichent pourveoir ailleurs comme mieux leur conviendra. Priant sur ce le createur vous tenir en sa saincte garde. De Berne ce xve de May 1562.

Lieutenant et conseil de Berne.

3787. 1) *Dans le courant de l'année* 1561 *un certain nombre de ministres du pays de Vaud et de la Savoie bernoise étaient allés en France avec l'autorisation du gouvernement, lequel par arrêté du* 25. *Juin avait permis l'envoi d'un pasteur de chaque classe. Ainsi Ant. Artaud de St. Livre, Jaques Langlois diacre à Lausanne, Nic. Pinoël de Corcelles, Robert Prévôt de Morges se rendirent dans le Limousin pour quelque temps; Servatis de Thonon, et Matthieu Olivier de Mensongier en Chablais allèrent en Provence* (*Ruchat* VI. 402). *En Novembre Langlois repartit pour Lyon, et Jean de Bosco pasteur à Lausanne alla à Revel en Languedoc* (*id. p.* 436). *A Lausanne même il ne resta qu'un seul ministre qui quitta le* 6. *Janvier pour passer à Moudon* (*p.* 447), *et seulement le* 9 *Mai on y installa trois nouveaux pasteurs, L. Trepperaux, S. Martoret et J. Le Comte* (*p.* 450) *ces faits expliquent la présente lettre.*

3788.

CALVIN AU SÉNAT DE BERNE.

Il introduit un envoyé du Prince de Condé, venu sans lettres de créances.

(Original. Arch. de Berne. Fasc. Genf. II. Au dos on lit: *Calvini attestatio der gesandten vom Princen vonn Conde verhört* 17. *Mai* 1562. — Bonnet II. 471.)

A Magnifiques puissans et Tresredoubtez Seigneurs Messieurs L'advoyer et Conseil de Berne.

Magnificques puissans et tresredoubtez Seigneurs. Apres vous avoir presente mes treshumbles recommandations je vous prie me tenir pour excuse si ie m'ingere a vos escrire de rechef: [1]) dautant que la necessite m'y contrainct laquelle comme on dict na point de Loy. Cest pour vous certiffier combien que ce gentilhomme le Seigneur *de Sainct martin* [2]) nayt point lettre de creance toutefois quil est envoye par Monseigneur le Prince *de Conde*. Car il ma apporte si bonnes enseignes que je ne puis faillir a vous en asseurer sil vous plaist madiouster foy. Et ce que jen fais nest pas sans en avoir charge expresse dudict Seigneur. Parquoy ie vous supplie, Magnificques Seigneurs, faire entendre aux commis des Magnificques Seigneurs de Zuric, Basle et Chafouze, qui seront a ceste iournee de Solleure, [3]) que vous avez este advertiz que ledit Seigneur Prince na peu autrement depecher le porteur quen le maddressant sans lettres afin que

3788. 1) *La première lettre est perdue.*
2) *Plus tard ce seigneur alla à Bâle avec le baron de Dohna pour négocier un emprunt.* (*Dareste, Hotman p.* 37.)
3) *le* 18. *mai* (*N.* 3781).

je luy donasse entree et accez envers vous et par ce moyen quil soit ouy des ambassadeurs des quatre villes.

Outre la commission quil vous exposera jadiousteray ung mot touchant largent des pensions qui a este arreste a Lion, pour ce que ce seroit une chose odieuse, quil y a bon remede et prompt de le faire delivrer. Mais il faudra que vostre affaire se gouverne par vostre bon conseil. Parquoy je vous prie quil vous plaise donner instruction a vos ambassadeurs de ce que vous aurez advise destre expedient mesmes si cela peut appaiser voz alliez pour les faire tenir coyz sans donner secours. Il y aura bonne provision et hastive. Surquoy, Magnificques Puissans et tresredoubtez Seigneurs, je supplieray nostre Seigneur vous tenir en sa saincte garde et vous accroistre en toute prosperite. A Geneve ce seiziesme de May 1562.

Vostre [4]) humble serviteur
Iehan Calvin.

3789.

HOTOMANUS LANDGRAVIO.

Ex castris Aurelianensibus. Auxilium petit instante hoste.

(Ex Tomo Epp. Hotomann. ed. Meel. p. 32.)

Illustrissimo et potentissimo principi ac Domino Domino Philippo Landgravio Hassiae domino Cattorum etc. domino meo clementissimo.

Illustrissime Princeps, Clementissime Domine. Scripsi iam C. V. ternas aut quaternas literas et quum Illustrissimus Princeps noster [1]) hunc Baronem [2]) ad vos mitteret, adolescentem Germanum et valde pium, officio meo deesse nolui. Negotium ei datum est ut vobis omnem rerum nostrarum statum exponeret. Qua de causa narrationem illam omittam, et tantum hoc addam, venisse tempus quo proceres nostri benevolentiam vestram experientur. *Rockendorphius* [3]) dicitur adventare cum equitum duobus millibus et nobis minitari. Dicuntur quaedam de *Riffembergio.* [4]) Nonnulla etiam sparguntur de *Rhingravio,* [5]) quae certe affirmo esse falsissima. Sed tamen coguntur nostri propter illas *Rockendorphii* copias vestram opem implorare. Nam quod ad Gallicas copias attinet longe sumus paratiores. Memini autem quam liberaliter, quam pie, quam amanter C. V. mihi anno superiore subsidii aliquid pro nostris ecclesiis promiserit, et quotidie Principi *Condensi*, *Amirallio* et caeteris confirmo C. V. non deserturam esse hanc causam. Vix dici potest quantam spem ex C. V. conceperint. Itaque simpliciter et quoad possum obnixe a vobis peto quaesoque, Princeps Illustrissime, ut illi spei respondeas, et tantum officium ne a Germanis militibus invadamur. Nam quod ad Gallos attinet, satis superque Dei beneficio parati sumus. Deum Opt. Max. oro ut nostri misereatur et vestras animos ad commiserationem excitet.

Illustrissime Princeps, Clementissime Domine, vale. Aureliis xvij Maii 1562. [6])

3790.

DE LA VIGNE [1]) A CALVIN.

Église de S. Lô. Conversion du Comte de Montgomery. Dissensions à propos de la liturgie anglicane et de l'accession d'étrangers.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 109, fol. 205.)

Monsieur Monsieur d'Espeville.

Grace et paix par Jesus Christ nostre Seigneur.

---

4) Souscription autographe.

3789. 1) *Condaeus.*

2) *Christoph. de Dohna olim Melanchthonis auditorem.* (*Barthold* 387.) *In Mém. de Condé* III. 497 *exstat:* Summarium instructionis Pr. Condensis pro Chr. Burggravio Barone a Dhen (*sic*) eorum quae ap. principes Germanos A. C. tractavit. Aurel. 14. Iun. 1562.

3) *Languet* 29. *Apr.* Miserunt (*triumviri*) in Germaniam Rocandolphum qui militem conscribat. Audio eum esse in finibus Lotharingiae et episcopatus Trevirensis, ipsique summitti militem ab episcopo et a Petro Ernesto Mansfeldensi praefecto ducatus Lutzelburgensis. *Idem* 9. *Mai.* Rocandolphus est in episcopatu Trevirensi. Recensebit, ut audio, suas copias ad 12 diem proximi mensis. — *Mém. de Condé* III. 500: Ban de l'empire contre les Reitres et Lansquenets que le Comte Roquendorff leva en Allemagne pour le Triumvirat.

4) *falsa tamen.* (*Barthold* 389.)

5) *Languet l. l.* II. 225: Rhingravius iam mittitur in Germaniam ad conscribendum 20 cohortes peditum et mille equites (*sub praetextu, se nihil contra religionem moliri. Barthold. l. l.*).

6) *Et non* 1561 *ut habet impressum. Caeterum cf. Dareste in Revue hist.* 1876 II. 36.

3790. 1) *N.* 3380.

Monsieur, nous ne pourrions assez vous remercier, et toute la compagnie, de ce que par vostre moyen les eglises voisines de par deca sont fournies de pasteurs. Cest merveilles de veoir laccroissement du royaume de Christ en ce pais. Tout le peuple sassujetit a sa parolle et se renge en son obeissance. Entre autres triomphes et victoires de Christ qui se font icy, Monseigneur le Comte *de Montgommery*, qui avoit le premier porté les armes contre nostre Eglise (cest celuy qui mist bas le feu roy *Henry*) iceluy dy je est maintenant des nostres et feit derrenierement la Cene en ceste ville en la presence de plus de huit a neuf mille personnes.[2]) Par son moyen et sous son authorite nous avons commencé a Duce, qui est pres d'Avranches, une compagnie qui se multiplie fort, en sorte quils ont tous ensemble envoyé a Paris pour avoir un ouvrier. Nous sommes bien desplaisans, veu le default qui est la, que nous navons prié le gentilhomme quils avoient despesché pour cela d'aller jusques a vous. Si vous scaviez la peine que nous avons de tracasser ca et la vous auriez pitié de nous. D'estudier il nen nest point de nouvelles. Il nous fault tousiours estre a cheval et aucunefois nous sommes contrains de renvoyer hommes et chevaux que on nous avoit amenez de divers endroicts parce que nous ne pouvons survenir a tous. Ainsi si de vostre benigne grace il vous plaisoit nous envoyer encore un homme ce seroit le comble de tant de plaisirs que nous avons receuz de vous. Nous avons entendu que Monsieur *de la Ripandiere* na point de place promise. Sil vous plaisoit nous le retenir nous luy donnerions une tresbonne place. Et afin quil ait plus de courage de venir icy Le peuple est assez docile et maniable, le pape quasi partout y est atterré, voire que en beaucoup de lieux on ne dit plus de messes, les prestres sont en piteux estat, bref il y a une fort grande liberté. La ville de Ducé,[3]) de laquelle jay fait mention, est de grande importance parce quelle fait la borne de ceste province et comme la clef de la Bretagne et du Maine. Ce porteur vous dira la reste de bouche.

Il y a encor une chose a vous escrire, Monsieur, cest que dernierement aucuns Flemens aborderent icy pour communiquer a la Ste Cene, et pource quils estoient en quelque scrupule a cause dun certain bobulaire de prieres qui fut compilé ou broyé du temps du roy *Edouard*, auquel on vouloit quils sadioignissent, nous feusmes dadvis quils ny devoient point communiquer et quil nous sembloit que cestoit une messe desguisee. Nous passames plus outre. Je leur dressé une requeste pour porter a la Royne a ce quil luy pleust leur permettre davoir un ministre et de ne sadioindre au service d'*Edouart* qu'ils appellent. Cependant pource que la chose estoit d'importance nous avions reservé a la mettre sus le bureau au Concile de Poitiers.[4]) La fut remonstré que nous ne pouvions approuver ce livre a cause des impietez qui y estoient, que lescriture y estoit deschiree, que desia cestoit superstition de sadioindre au service d'*Edouard* comme ils lappellent, que le baptesme qui se faisoit par un homme privé nestoit a tolerer, que la Cene qui se portoit aux malades nestoyt pas vrayment une communion, que ce livre avoit esté mis sus par Satan afin dempescher le ministere. Car les prieres qui sont la se disent par les prestres. Il y a la aussi une distinction des jours de festes et en ces jours la on dira une epistre lecon ou evangile comme en la papauté. Monsieur, lautheur du livre sexcuse au commencement et nest pas aussi de merveille si cela est eschappé en la naissance de ceste eglise et au milieu de si espesses tenebres. La chose fut debatue audict concile par aucuns et fut resolu quon sy pouvoit adioindre. Ce ne fut pas par toute la compagnie. Car on sestoit divisé par troupes pour despecher plus tost et selon que les choses ont este la despechees tumultueusement et a la haste nous ne pouvons bien entendre sur quoy les freres se sont fondez. Ainsi, Monsieur, nous ne sommes point encor bien satisfaicts parce que on ne nous a point donné raison, joinct que on nous a fait entendre que le livre avoit este condamné par le consistoire de vostre ville. A ceste cause nous vous supplions tres humblement de nous en mander vostre advis afin que nous ayons de quoy respondre a ceux qui nous ont demande conseil. Nous pouvons bien protester en bonne conscience que ce nest point que nous soyons difficiles a ferer, comme lon dit, et malaisez a contenter. Mais aussi nous ne pouvons nous accorder a quelque chose sil ny a quelque raison.

En cest endroict nous prierons le Seigneur vous augmenter de plus en plus les graces de son S. Esprit pour servir a son Eglise et au restablissement du royaume de son fils. Monsieur, nous recommandans treshumblement a vostre bonne grace

2) *exilé de la cour après la mort de Henry* II., *il se retira en Normandie et de là en Angleterre, où probablement il embrassa la réforme. Revenu en France en* 1562 *il rejoignit le prince de Condé qui le renvoya en Normandie où il devint l'un des chefs du parti protestant. Fait prisonnier à Domfront en* 1574, *il eut la tête tranchée par ordre de la reine Catherine.* (*Hist. eccl.* II. 697. 706. *Le Laboureur, add. aux mém. de Castelnau* I. 769.)

3) *Ducey, avec un château de Montgomery* (*Dépt. de la Manche*). *Le* 31. *Juillet les catholiques y surprirent une assemblée dirigée par le ministre Fugueray.* (*Hist. eccl.* II. 706 *suiv.*)

4) *Synode Provincial. V. N.* 3728.

et priere nous le prions aussi quil vous donne bonne et longue vie. De St. Lo ce xve de may.

Vostre treshumble et tresobeissant serviteur
De la Vigne
au nom de la compagnie.

3791.

BULLINGERUS CALVINO.

Salodurum proficiscuntur legati Turicensium suasuri ut ne miles in Galliam mittatur; vix autem sperandum fore ut hoc consilium sequantur cantones catholici.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 430. — Simler. Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fido pastori domino colendo et fratri carissimi suo.

Genff.

S. D. Simul per postam tuae, vir honorande et frater carissime, redduntur literae 10 huius mensis scriptae. [1]) Pro quibus maximas agimus gratias, orantes absque intermissione Dominum ut nostris benedicat. Et intra horam concionandum est, denique hae scribendae literae. Nam finita concione abibunt legati nostri Salodurum. Nullum ergo mihi relinquitur spatium scribendi. Legati nostri in mandatis habent cum 11 Cantonibus qui sunt in foedere Gallico agendi serio ne militem mittant contra nobilitatem et principes Galliae: sed potius legationem quae pacificationem quaerat. Qui tamen veniunt ex 5 Pagis affirmant milites omnino velle proficisci, et iam apparari omnia et quasi parata esse. [2]) Quid futurum sit pro certo non dixero, vereor tamen nostros non posse amplius furiosos illos cohibere. Et si profecturi sunt, non nisi acerbissimi hostes evangelii ex 5 pagis, ex aliis locis inobedientes profecturi sunt. Utinam, utinam in tempore sibi prospiciat illustrissimus princeps *Condensis*. Metuo Guysianos dedita opera extrahere negotium, donec ipsi parati sint: tunc non parcent ullis. Ita ante 30 annos 5 pagi nobiscum egerunt. Pacem praetexerunt quum parati essemus, dum ipsi quoque vires collegerunt, nostros imparatos viderunt, involarunt in nos. Moneatur princeps in tempore. Legatus *Coignetius* graviter conqueritur de *Froelichio*. Is unice urget hoc negotium. Scriptae sunt in aulam literae Saloduro, quibus accusatur legatus quasi ipse impediverit quominus hactenus miles missus sit. At dicit spe bona ipsum sustentari et exspectare auxiliarem Dei manum. Proderit, si scriptis literis confirmaveris ipsum, quod et ego facio. Nunciat mihi praefectus Frouenfeldae quam foeda de te spargantur mendacia: Galliam sequi tuam doctrinam, te vero impiissimam docere doctrinam unde prodesse putat, si brevem edas confessionem. Nescit nimirum multa edita esse huius generis a te. Sed cogor nunc abrumpere epistolam. Optime vale. Dominus servet te una cum ecclesia et symmystis tuis. 18. Maii 1562. Non relegi. [3])

Tuus Bullingerus.

3792.

ERBIUS MINISTRIS GENEVENSIBUS.

Petit ut ecclesiae in ditione Rapoltsteniensi nascenti missis ministris provideant.

(Ex autographo Bibl. Genev. fascic. documentorum 197^aa. Mira latinitas hominis.)

Gratia et pax a Deo patre per Iesum Christum. Quum omnium rerum sit vicissitudo, et nonnunquam etiam ministrorum ecclesiae fiat et sit necessario mutatio. [1]) Nam praeter id quod alii alio vocantur, intercipit etiam aliquos ipsa mortalitas, quidam etiam a tyrannis proscripti vel more pecudum laniantur vel exsilio damnantur. Requirit ergo ipsa Dei gloria et caritas, quam debemus ecclesiis Christi quae viduae et orbae sunt, ut rursum provideantur aliis sanctis Dei ministris, ne coeptum Christi aedificium sine gubernatore a lupis in avia et arena fundetur. [2]) Quum ergo pius et simul doctissimus et reverendus D. Arnulphus

---

3791. 1) *deperditae.*
2) *Languet Id. Mai p.* 226: Ex Helvetiis mittunt militem soli quinque pagi montani, Lucernates, Tugii, Uranii, Suitenses et Underwaldi. Solodurenses, Friburgenses et Abecellenses, etiamsi pontificii, interdixerunt suis sub poena capitis ne huc venirent militatum.

3) *Sane raptim scripsit quum de morte Socini, pridie Idus Turici defuncti, nihil dicat, quod tamen facit ipsis Idibus ad Fabricium Curiam scribens.* (*Trechsel* II. 199.)
3792. 1) *Tibi haec enucleanda relinquimus.*
2) *sic.*

Bancös [3]) hactenus Christi spartam suam admodum diligenter ornarit, Christo non immodicas lucrifaciens animas, iamiam legitima et iusta vocatione in Galliam sit vocatus, et ecclesia cui hactenus praesedit illum (propter necessarias causas ut maiori ecclesiae Christi subsidio ministret, ipsum Christi fundamentum ponat) rogati, aegre, tamen pacifice, dimiserunt. Proinde orat ecclesia Eckerona [4]) vallis Alberthi caritates vestras ut viduae ecclesiae curam habentes ex vestris eligatis virum exercitatum in Domini vinea, pium et eruditum, qui sufficiatur eius loco qui nunc parat discessum. Idem orat, obsecrat, imo efflagitat eius ditionis pius ac generosus Dominus a *Rapoltstein*. Quam petitionem, quum sit sancta, non facile, ut speramus, abdicabitis, facturi rem adeo gratam quam qui gratissimam. Pollicetur quoque respublica eius ecclesiae, si quem miseritis, obviis manibus excepturum * ceu angelum Dei, atque ea quae decent ecclesiam morigeram perpetuo praestaturos. Postremo oro et ego vehementissime per Dei filium et omnium mortalium salutem ut eae preces haud aliter atque orphanorum apud vos locum habeant. Nam quidquid hic agitur non hominis sed Christi ergo agitur. Dominus servet caritatem vestram cum omnibus qui nomen dederunt Christo, ne a Satana (quod absit) turbemini, imo tota Gallia, quae se Christo subiugat, hostes veritatis Christi praesidio superet. In isto valete, viri clarissimi et ornatissimi, in Dei filio. Orate pro nobis, quod ibidem pro vobis facturi sumus. Datum Rapoltae villae in Alsatia 23. Maii anno 1562.

Vester confrater in Christo
Matthias Erbius.

Salutate vestros omnes symmystas
in Christo Iesu.

---

3) *sic. S. Mariam ad fodinas venerat ex Francofordia* (*N.* 3432). *Nunc ergo in Galliam se contulit, quo vero potissimum vocatus non bene constat. Drion* (*Egl. de S. Marie p.* 19) *Nemausum indicat testem adducens nimis recentem. Ménard* (*hist. de Nimes*) *Bancum non recenset inter ministros illius urbis, nisi dixeris eum sub alio quodam nomine latere.* (IV. 283. 315. 317. 330. 346.)

4) *Echery, Eckkirch, in valle Alberti hodie Mariana s. Leberana. Drion Banci successorem dicit Io. Figon Metensem Oct.* 1561, *et huius Nic. François Iul.* 1562.

3793.

BULLINGERUS CALVINO.

Etiam haec tota est in rebus Gallicis excutiendis et Helvetiorum ad easdem ratione.

(Exstat autographon in eodem Codice ac praecedentes eiusdem fol. 431, item ap. Simlerum.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fideli ministro domino colendissimo et fratri carissimo suo.

Genff.

S. D. Scriberem copiosius de exitu comitiorum Salodurensium, nisi existimarem D. *a Scharteres*, [1]) qui iis interfuit, et tibi et inprimis illustrissimo principi *Condensi* iam ordine omnia exposuisse. Nostri iam agunt de mittenda in Galliam legatione. [2]) Prius tamen visum est in comitiis congregatis mittendum esse ad *Wirtembergensem*, et percontandum qua via principes Germani suos sint legatos missuri, si forte 5 Cantonum legati, nempe Tigurinorum, Bernatum, Claronensium, Basiliensium et Schaffhusianorum illis se coniungerent. Ego hic maxime sollicitus sum, ut qui experientia edoctus recordor quantum in nostro illo infelici bello ante annos 30 gesto nobis et sinceritati religionis compositores legati nocuerint. Quid putas tu, mi domine et frater, Lutheranos legatos in religionis negotio feliciter acturos? Scis quomodo in nostram doctrinam sint affecti. Volent omnino locum esse in Gallia et confessioni Augustanae, ex qua, ceu ex pixide Pandorae, scis quanta sint per Germaniam exorta certamina. Proinde scribo ad D. *Bezam* et moneo illum in tempore. Te oro ut literas eas non tantum cures mature, sed tuum quoque adiungas consilium, tuam admonitionem. De nostrorum pietate nihil dubito. Verum scis quid fiat in tot ingeniorum diversissimorum et astutissimorum comitiis. Foederati nostri 8 Cantones tantum non insaniunt contra evangelium. Erumpent illi suppetias allaturi Guysianis, monachis et pfaffis, neque reti-

---

3793. 1) le Vidame de Chartres (?) *videtur fuisse Condaei legatus. Certe ille in Angliam missus est ad petendum auxilium* (*de Thou* III. 183).

2) *Ruchat* VI. 490: Les cantons réformés envoyèrent leurs députés à la seconde assemblée de Soleure (18. Mai) pour y faire encore une fois les mêmes représentations. Mais leurs soins furent inutiles. Froelich cabala tant parmi les cantons catholiques qu'il en obtint du secours pour le duc de Guise et dès le mois de Juin il y eut 15 enseignes de Suisses qui passèrent en France. Les Bernois voyant cela ne pensèrent plus à l'ambassade proposée, mais défendirent sous peine de mort d'aller à cette guerre. (*Barthold dicit fuisse* 20 *vexilla et in summa quinque millia hominum.*

neri aut coerceri poterunt, si modo pecuniae vel stipendia numerentur. Forte urget ipsos suum illud fatum. Varii sunt apud nos rumores. Proinde liberabis nos sollicitudine anxia si frequenter quid in Gallia fiat scripseris aut per alios scribi curaveris. Nunc audimus Anglos milites festinare in Galliam.[3]) Utinam hoc verum sit ac *Condensis* partes sequantur. Literas tuas mense hoc scriptas accepimus et maximas tibi pro his agimus gratias. Prodest nos non imperitos esse rerum gallicarum, ut eorum possimus confutare mendacia, qui impensius favent rebus pessimis. Salutant te et symmystas *Martyr* et fratres symmystae omnes. Saluta tu fratres quoque et symmystas omnes. Dominus Iesus servet te nobis diu incolumem. Tiguri 27. Maii 1562. Non relegi. Salvus sit *Budaeus* cum *Ionvillaeo*.

Bullingerus tuus.

3794.

ZERKINTES CALVINO.

Helvetiorum partes in rebus gallicis agendas tractat, sed respectu reipublicae suae habito.

(Ex autographo Cod. Paris. Dupuy Vol. 102, fol. 161.)

A mon seigneur et frere en nostre Seigneur Iehan Calvin ministre de l'Esglise de Geneve.

Literas tuas 25. Aprilis [1]) ad me scriptas hodie tandem a mercatore quodam Zurzaco a nundinis redeunte accepi. Eo enim fuere delatae ab illo cui dederas. Respondeo, mihi quoque videri res Galliae incertas esse. Reginae ingenium ferendum puto. Quid enim faceret mulier cum puero regio armis obsessa? Guisianos malim desperare et fugere quam nostris resistere: sic enim parceretur sanguini humano cuius effusum iam nimium est. Sed vereor ne nostri cunctando sua mole ruant. Quid enim obstiterit nondum cognovi, quominus intra proximum mensem a tuis literis suam fortitudinem exseruerint. Hoc non dico exprobrandae socordiae causa, quia forte hucusque peditatu fuere (ut scribis) inferiores: sed miror quid peditatum remoretur quum sciant quam sunt praecipites victoriae occasiones, praesertim cunctantibus Helvetiis. Quos hactenus omni industria qua potuimus distinemus, ne Guisianis accedant. Itaque nisi magna obstent momenta tentandum forte aliquid ante illorum adventum erat. Venturos enim non ambigo, etiam sine stipendio, modo qui se sponsores hic stipendiorum profitentur sententiam non mutent, et sive serio sive fictive polliceantur Divioni esse stipendia eroganda. Transitum arbitror nostros denegaturos: nam eo inclinant omnium paene sententiae. Sed quid tum? Nihilominus aliam viam invenient sine magno circuitu in Galliam perveniendi per agrum episcopi Basiliensis Solodorenses: per Basiliensium caeteri e suis pagis Badenam, inde in agrum Rauracensem et Basiliensem profecti, unde illis iter per Burgundiam in Galliam patet. Id quod nos prohibere nec possumus nec forte volumus. Itaque si timent nostri adventum Helvetiorum (qui tamen nec magno numero nec veterani lecti sunt), pergant dum hi cunctantur. Neque enim intra proximos decem dies, nisi me omnia fallunt, hinc solvent, et pluribus in Galliam non pervenient. Ego suspicor, dedita opera veteranos domi se continere, ut re Guisiana in Gallia forte vel superiore vel inclinante ipsi bellum Claronensium occasione hic redintegrent, novoque impetu Guisianorum casum sustineant, aut victoriam (quod Deus avertat) si possunt cumulent. Quae causa cunctandi nobis sit prioribus literis indicavi. *Palatinus* nos ad legationem mittendam hortatus est, suam et aliorum principum eandem operam pollicitus. Exspectamus certiora ab illo et *Wirtembergense*, sed fiunt omnia tam cunctanter et titubanter ac si ignota sit *Condensis* causa Germanis. *Landtgravius* enim a *Bullingero* doceri voluit iure an iniuria arma sumpserit *Condensis*.[2]) Si principes legationem mittent, nostra quoque adiungetur, puto. Sed, bone Deus, quid in hac re spei est? Legatione nos effecturos quod manu armata non potuimus? Scis istas paciscendi conditiones plerumque esse contortas et tantisper prodesse dum adsunt arbitri: postea rimarum omnia plena, nihil quam ventum et turgida verba sine metu spirare, haerereque in his aranearum telis culices, perrumpere muscas. Si pro edicto Ianuarii tantopere contenditur, victor vix pretium operae assequetur. Itaque quocunque me vertam spem unam habeo: Dominum suo more in rebus desperatis suam exserturum virtutem. Nam humana spectans perinfirma mihi nostra omnia videntur. Veneti, papa, Sabaudus, omnia in nos conspirant: de proximioribus taceo. Nos discordiis laboramus extremis, dissident inter se principes, civi-

3) *Languet* 9. *Mai p.* 204: Praeter legatum quem hic habent perpetuum Angli, nuper venit alius qui regi detulit omnia officia a sua regina et militem ad componendas turbas in Gallia exortas. Ita tamen loquutus est de Condaeo ut non obscure significarit reginam Angliae ipsius partibus esse addictiorem.

3794. 1) *deperditas.*

2) *N.* 3784.

tates gerunt tacitas simultates. Hostes constanter sese mutuo tuentur, ut verear ne fallantur qui multam spem in hominibus collocant. Sed haec iam dudum nosti. Unum hoc adiiciam, difficilem mihi videri quorundam Valesianorum pollicitationem de mittendo peditatu *Condensi*.[3]) E nobis enim militem colligere non licebit. Rhaeti dissiti sunt longius quam ut sine impedimento sub his ducibus in Galliam perveniant. Valesiana plebs pertinax est in papismo. Scis me hoc dicere tibi ne fallantur qui *Condensis* nomine hoc agunt, neve putent in paucorum alioquin bonorum virorum potestate esse quod spe concepta promittunt. Vale, pater ac frater venerande, et utere hac in re mea, si non per omnia respondente tuis votis, certe pia et fida opera. Bernae 29. Maii 1562.

Tuus Nicolaus Zerchintes.

3795.

GRAVELLE [1]) A BÈZE.

L'église de Troyes où il est à présent aurait besoin d'un second pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 196, fol. 58.)

A Monsieur Monsieur de Beze
La part où il sera.

La grace et paix de nostre Seigneur Jesus Christ vous soit multipliee.

Monsieur et pere, j'ay prins la hardiesse de vous rescripre la presente sachant la bonne affection que vous portez a leglise de Dieu et a moy pareillement. Monsieur vous devez entendre que estant arrivé a Paris nous entendismes que leglise d'Anvers estoit pourveue: quoy voyant leglise de Paris menvoya a Troyes ou je suis a present. Le nombre de ceulx qui invoquent le nom du Seigneur est si grand en ycelle que je n'y puis aucunement fournir. Par ainsi je vous prie tres affectueusement que vous soyez moyen que on menvoye ung compagnon pour travailler en l'oeuvre du Seigneur: veu mesmes que je suis maintenant saisy dune fievre tierce laquelle sera tant et si peu longue que plaira a Dieu. Le Royaume de nostre Seigneur florit icy Dieu mercy. Je desire davoir le moyen de prescher publicquement en quelques villages circonvoisins comme j'ay eu iusques icy. Le filz de Dieu veuille garder son eglise contre la rage des meschans. Et aussi la saincte cité en laquelle le Seigneur nous a voullu jnstruire comme en son escholle a la cognoissance de son sainct nom. Je me recommande a vos bonnes prieres desirant que le Seigneur me face la grace de recognoistre en toute humilité les biens qu'il ma faict par vous et par Monsieur de *Spesville* a la bonne grace duquel il vous plaise me recommander.

De Troyes ce xxjx de may.

De par
Vostre treshumble disciple
Jehan Gravelle.

3796.

BULLINGERUS CALVINO.

Ipsa literarum maior frequentia impatientiam autoris protestantium tergiversationes notantis et nova audiendi cupidi prodit.

(Ex autographo quod exstat ubi et praecedentes eiusdem fol. 433, unde etiam descripsit Simlerus l. l.)

Clarissimo D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fideli ministro domino colendo et fratri carissime suo.

Genff.

S. D. Postquam heri ad te dedissem literas per tabellionem qui Bernam festinabat, hodie per *Coignetium* binae tuae [1]) mittuntur. Terruerunt me nonnihil illae, maxime quod recentes essent, priores 19. Maii, posteriores datae 23. Maii. Semper ego timui moram illam pertinacem nostris fore noxiam. Vidi et expertus sum quid nobis ante 30. annos in bello nostro vehementer nocuerit, et quid protestantes in bello germanico perdiderit. Sed oro Dominum

---

3) *Ruchat* VI. 491: Il y eut quelques capitaines du Valais qui avoient de l'emploi à Lyon, où les réformés étoient alors les maîtres, qui furent chargés par les commandants de leur procurer quelques enseignes de Suisses. Ils furent à Berne et prièrent LL. EE. de leur accorder le passage par leurs terres, ce qui leur fut accordé le 3. Juin.

3795. 1) *Cf. N.* 3644. *Gravelle paraît avoir été plus tard à l'église de Dreux où il était né. Après la S. Barthélemy il se réfugia à Londres* (*Bullet.* II. 25). *Recordon, le Prot. en Champagne P.* 1863 *p.* 89 *l'appelle J. Franelle dit Dupin.*

3796. 1) *etiam hae desiderantur.*

assidue ut ecclesiae suae adsit et truculentos et sanguinarios illos latrones evertat. Sane inauspicatum est quod, quum nostri ita sint instructi, sinant sibi in conspectu eripi aut occupari Estampes [2]) et copias progredi Rothomagum versus. Cur nostri, quum hostes exercitum suum dividant, non medios se ingerunt et partem alteram invadunt? Utinam brevi audiamus feliciter pugnasse nostros. Hodie audio *Bollvylerum* copias conscribere Hispani nomine in Germania. Nostri quoque vicini foederati in hoc sunt toti ut excurrant in Galliam. Potuissent nostri prohibuisse illa omnia, si mature progressi fuissent in hostem. Verum sat cito si sat bene. Quod scribis, nos et urbes evangelicas frigere, vere dicis. Et ego hoc anxie queror et insto quantum possum. Sed maiorem opto successum. Fama hodie attulit, quosdam et 5 Pagis cogitare de opprimendis Claronensibus, [3]) quod sibi habeant persuasum, se non posse libere in Galliam proficisci nisi his oppressis et nobis quoque subversis. Missi sunt exploratores qui conatus istorum cognoscant. Certum est istos tantum non insanire. Ac postquam divisi sumus in Helvetia, dubito, si ab aliquibus monerentur Burgundiones, sicuti tu mones, an optemperarent. Plura colloquutus sum cum fratre nostro hoc *Iulio*, qui omnia tibi referet. Oremus Dominum, in quo uno fixa est spes nostra, ne nos deserat atque hostibus ora aperiat gloriandi fidem nostram esse vanam. Nescio an ultimis literis significarim a quibusdam Basiliensibus usurariis peti pecuniam quae militibus erogari possit, saltem ut ex Helvetia educantur. Et quod Mosci irruperunt in Russiam atque supra 200 combusserunt pagos. Vale, vir honorande et frater carissime, et quam primum fieri potest scribe de rebus nostrorum in Gallia. Vehementer enim anxii sumus et in moerore gravi. Tiguri 30 Maii 1562. Saluta *Budaeum, Ionvillaeum* et alios. Salutant te nostri omnes, inprimis *Martyr* etc.

Tuus ex animo Bullingerus.

2) *Languet* 3. *Mai p.* 222: Die Martis, quae erit 5 h. m. Connestabilis et Aumalius educent hinc (*Lutetia*) copias et petent oppidum Estampes quod est in via Aurelianensi, nisi forte eos praeveniant Aurelianenses qui iam vagantur cum equitatu et videntur moturi castra. Rotomagenses egressi urbe nuper dissiparunt aliquot cohortes militum quae huc tendebant. *Rotomago protestantes potiti erant d.* 15. *Apr.* (*de Thou* III. 144. *Hist. eccl.* II. 612).

3) *N.* 3767 *not.* 8 *et N.* 3781 *not.* 3. *Ruchat* VI. 444 *qui etiam narrat mulierem quandam ex gente Nic. v. d. Flue in Unterwaldia visionem habuisse per quam Deus iusserit Claronenses puniri.*

3797.

BULLINGERUS CALVINO.

Usque agit de Helvetiis, maxime Rhaetis in Galliam evocandis ut Condensi auxilium ferant.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30. fol. 434. — Simler Vol. 104.)

Clarissimo D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori et eo absente D. Ioanni Budaeo vel Ionvillaeo dominis honorandis et fratribus carissimis meis.

Genff.

S. D. Cogor has scribere quam celerrime, proinde condonabis mihi, honorande domine et frater longe carissime. Missi sunt a nostris exploratores ad 5. Pagos. Redeunt, referunt illos erupturos etiam sine pecunia. Aiunt illos octavo huius profecturos. Ardent mirifico contra haereticos studio, imo odio. Omnes conficient, si Dominus permiserit. Spero tamen inventuros illos divina dispensatione et iudicio iustissimo quod non quaerunt. Fama est illos ituros per Burgundiam Divionem. Iactant se habituros Germanos et Hispanos socios belli. Obstitere hactenus nostri quantum potuerunt, sed *Froelichius* ille impiger est. Ita vero gratitudinem suam declarat in Galliam quae ex mendico dominum fecit. Oro Dominum et sedulo dico: Dissipa Domine gentem quae bella vult. Deinde videtur mature admonendus Ill. *Condensis* ne negligat Rhaetos. Natio haec fortissima est et aliquando regi *Francisco* 2000 dedit militum fortissimorum. Scio *Guysium* serio instare ut militem det Rhaetia. Ego quaecunque habere potui scriptorum *Condensis* per Ioannem *Fabritium* pastorem Curiensem vigilantissimum communicavi potentioribus, et per gratiam Dei effeci ut palam in comitiis Curiensibus nunc negarint militem *Guysio*. Quod certissimum est. Hac hora accipio literas Curia significantes profuturum plurimum si scribat ill. princeps amicas ad ipsos literas. Ita retinebuntur in officio. Sunt alioqui multi qui clamant se praeteriri contemnique. Age, mi domine et frater, effice ut scribatur ad eos. Si non per principem curari possent melius, ego optime potero literas curare, et cito et tuto, si vel ad me mittantur. Et libenter faciam. Non desino alias illos hortari et retinere etc. Scribat autem amplissimis Coss. Curiensibus et Communitatibus trium foederum Rhaetiae etc. Vale et curato haec pro tua fide et diligentia cito. D. *Martyr* et symmystae honorifice te tuosque salutant. Dominus benedicat tibi. 4. Iunii 1562.

Heinrychus Bullingerus tuus.

Est singularis fortitudinis vir, Hercules *a Salice* [1]) et alius capitaneus Georgius *Karlin* qui Condensem causam fortiter tuentur.

3799.

BULLINGERUS CALVINO.

Idem argumentum pressius persequitur.

(Sequitur praecedentem in utroque codice.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo domino colendo et fratri meo carissimo.

Genff.

S. D. Heri scripsi tibi festinantissime de Rhaetis non praetereundis et salutandis per illustr. principem *Condensem*, item de 5 Pagorum profectione in Galliam versus Divionem. Hodie venit ad me vir multarum rerum peritus, et inter alia brevibus, Cuperem, inquit, fideles in Gallia vigilantes esse et non ad credendum faciles. Hoc scio, Guysianos duntaxat extrahere tempus ut instructiores interea facti et vi et dolis derepente opprimant omnes fideles: cuperem, inquam, illos esse vigilantes: certum est enim illis impendere malum ingens ex Marsilia: caveant ut Lugdunum fiat Caletum: *Guysianus* Caletum ex improviso oppressit: quid si signa Helvetiorum simularent se abitura Divionem, et derepente invaderent Lugdunum? vigilent, vigilent, ne Lugdunum derepente amittant.

Haec ille eiusmodi ad me verbis serio protulit et abiit, adiectis his etiam inter abeundum verbis: Non credis, Bullingere, quam admirabiles proditiones, doli et artes concinnatae sint. Proinde repeto: vigilent boni et orent sedulo ut liberentur a malo. Cunctatio incrementa dat malis artibus. Haec ille. Non potui autem quiescere animoque tranquillo esse, nisi mature haec ad te scriberem, ut tu mature nostros, si nondum admoniti sunt, moneres et urgeres. Certum est *Froelichium* [1]) capitaneum mirifice urgeri a *Guysio*, ita ut ipsemet his diebus Lucernam abierit, hic (Lucernae inquam) et alibi urgeat, agi de salute antiquae religionis et de pensionibus ipsorum: nisi mature se expediant et auxilium ferant, actum esse de his omnibus. Festinant ergo. Interim aliae et aliae remorae se obiiciunt. Abbatiscella, quod hodie audio, dicitur (licet Saloduri consenserit cum 5 Pagis) graviter prohibuisse ne quis militatum in Galliam abeat. An vero perditi homines mandatum hoc recepturi sint dubito. Adhuc constans fama est, 8. Iunii profecturos 5 Pagos. Utinam adimpleta sit tandem Amorrheorum iniquitas. Graviores et truculentiores hostes non habet hodie causa nostra bona quae Christi est. Christum ergo oro dominum et regem nostrum ut invocantes se audiat et ab his pravis et sanguinariis hominibus nos liberet. Amen Amen. D. *Coignetius* plane contemnitur a Pagis et audio ipsi malum strui ingens. Si vicerit *Guysius* (quod avertat potens Dei nostri manus) actum erit cum *Coignetio*. Quaeso te, mi frater, significa per primum nuncium an hae meae ad te sint allatae. Scribo has 5. Iunii sub vesperam. Heri dedi ad te alias de Rhaetis non negligendis, quas hodie demum audio asportatas sub matutinam horam. Vale cum omnibus fratribus. Nostri omnes te salutant 5. Iunii 1562.

Tuus ex animo totus.

3800.

LARCHER [1]) A CHASTELLION.

La guerre civile en France.

(Autographe de la Bibliothèque de Bâle.)

A mon trescher frere Sebastian Chateillon professeur grec de l'université de Basle.

S. Trescher frere, je vous prie me mander comment se portent les enfans de *Tristan* et ceux de Iverdun que je vous recommanday laultre jour. [2]) Car leurs parens desirent fort en scavoir des nouvelles. Dites leur aussy quilz escrivent par le present a leurs dits parents.

Nos gens ont donne conge aux prebstres et moynes de Lyon Vienne Valence Romans Coste S. André Grenoble Tours Bordeaux Rouen et en

---

3797. 1) *a Salis. Firmiter quidem reformationi se addixit, nihilominus sub regibus Galliae stipendia merebat, adeo ut a.* 1567 *ap. S. Dionysium contra protestantes pugnarit. Postea rude donatus i. e. cum pensione regia dimissus Soglii vixit, sed accepto nuncio de caede Bartolomaica pensionem amplius accipere recusavit.*

3799. 1) Froelichius unus iam est qui hoc negotium summa urget diligentia. Nisi hic esset, dubito an milites educendi essent (*Bull. in margine*).

3800. 1) *N.* 3408.
2) *probablement des pensionnaires de Chastellion.*

plusieurs aultres lieux.[3]) Ils ont tué dedans Villefranche du Lyonnois environ deux mille hommes a cause de quelques fascheries quilz avoyent faictes a ceux de Lyon, ils en ont autant tué a Challon sur Sone,[4]) mais ilz y sont demeurez environ deux cents. Le prince de *Condé* a une fort puissante armee pour combattre contre leurs adversaires. Cest une chose horrible de considerer lestat auquel est a present le royaulme de France. Tout est en armes et sang. Voila comment il est conduit. Dieu y veuille pourvoir par sa grace. Amen.

Si vous scavez quelquechose de nouveau faites men participant. Saluez en mon nom M. le medecin et toute vostre famille. Ma femme se recommande a vous et a vostre famille. Dieu soit tousiours avec vous et les vostres. Ce 5. de Iuin 1562 [5]).

Il ne ma este possible de vous envoyer des oignons de saffran.[6])

Le tout vostre
I. Arguerius.

3801.

DE LA PLACE [1]) AUX MINISTRES DE GENÈVE.

Demande de pasteur.

(Bibliothèque de Genève. Portefeuille 197aa, N. 1. Bulletin XIV. 367.)

Salut par Iesus Christ.

Messieurs et freres, comme le zele a servir Dieu que nous apercevons au peuple de ce pays nous resiouit merveilleusement, aussy nous ne pouvons penser a la faulte que nous avons de pasteurs et ouyr les gemissemens du povre peuple sans grande tristesse. Car en ceste province ou mille ministres ne suffiroient point, a peine y en a il quarante. Qui plus est cest quon trouve moyen de pourvoyr quelques petits lieux. La difficulte est aux grandes villes ou il est besoing de plus grande suffisance aux pasteurs: qui est la cause que nous ne pouvons pourvoyr la ville de Gap,[2]) ville certes de regard tant pource quelle est grande que pour ce quelle est environnee de beaucoup de villages. Il ne nous reste aultre moyen sinon de vous supplier treshumblement, et Messieurs du conseil, quil vous plese au nom de Dieu d'avoir pitie de ceste povre ville tout desolee, leur laissant M. *Blanchard* pour pasteur qui deca a faict ia grand fruict. Et ne regardez tant a la faulte quil vous fera comme au bien et profict que toute ceste ville et toute la province en recepvra: de quoy tout le synode vous en supplie treshumblement. Pourquoy, Messieurs, nous prions nostre bon Dieu vous accroistre de iours a aultres ses sainctes graces, affin que puissiez heureusement travailler au bastiment des ruines de son Eglise, nous recommandant treshumblement a voz prieres et bonnes graces. De Valence ce 8 de juing 1562.

Voz humbles serviteurs et amys
estant assembles en synode
et pour eux
Io. Plateanus.

3802.

CALVINUS BULLINGERO.

Statum rerum in Gallia perlustrat, suam opinionem de consiliis capiendis exponit, quid ipse iam egerit paucis refert, quid sperandum auguratur.

---

3) *Lyon fut au pouvoir des réformés le 30. Avril, Valence le 27, pris par Des Adrets après les excès de La Motte-Gondrin, Romans, à la suite de la mort de celui-ci* (*Arnaud.* I. 115); *Le 2. Mai Des Adrets entra à Vienne* (*ib.* 117); *le 11 il fut à Grenoble* (*ib.* 125); *à Rouen le triomphe des protestants se fit le 3. A Pâques les protestants s'emparèrent paisiblement de Tours.* (*Hist. eccl.* II. 582.)

4) *N.* 3802.

5) *Si Larcher n'a été pasteur à Héricourt qu'en* 1563, *la présente lettre a dû être écrite ailleurs, et comme il paraît avoir passé directement de Bâle à Héricourt, il aura encore été à Berne.* (*Voyez aussi la lettre du* 5. *Oct.*) *En tout cas il était encore au même endroit que lorsqu'il écrivit la lettre du* 1. *Juin* 1561, *comme il est probable d'après le postscriptum.*

6) *N.* 3408.

3801. 1) *Jean de la Place.* — Valence, privé de pasteur, en demande un au synode du Dauphiné et du Lyonnais tenu à Lyon le 25. Nov. 1561 et reçoit de La Place. Crussol lui permit de tenir des assemblees hors les murs de la ville. Il fut secondé pendant quelques mois par le ministre l'Aiguille. (*Arnaud, Prot. du Dauphiné* I. 76.) Les réformés profitèrent de ce qu'ils étaient les maîtres de presque toutes les villes et places du Dauphiné (Embrun et Briançon seuls exceptés) pour tenir à Valence le 8. juin 1562 un synode provincial. Tout ce qui reste des actes de cette assemblée est une lettre que de La Place, ministre de Valence, écrivit en son nom aux pasteurs de Genève (*ibid.* 136).

2) *Farel paraît y être resté jusqu'à la fin de Février et c'est vraisemblablement à cette époque que, pour le remplacer, le pasteur J. Blanchard fut envoyé de Genève* (*Arnaud l. c. p.*9 3. *Bulletin* VIII. 75).

(Textum describimus ex schediasmate lectu difficillimo Cod. Genev. 109, fol. 110 in cuius margine legitur: *Il y a de ceci copie mise au net par Mr. de Ionvillier.* Quod tamen apographon frustra quaesivimus. Nam multo recentius est quod exstat in Cod. 107b, fol 89. Reperies quoque in Tomo VI. Epp. Bernens. p. 1017 et ap. Simlerum Vol. 104.)

S. His diebus, quum nihil ex Gallia nisi confusum et turbulentum afferebatur, a scribendo abstinui. Impediebat enim tristitia et pudor. Nunc necessitas postulat ut tibi scribam. Antequam ad praecipuum caput venio, breviter tibi indicabo praesentem rerum statum. Certo creditur nostros castramentatos esse non procul ab hostibus, qua in re summa victoriae posita est. Utinam magis perseverassent. Sed praeteritum tempus omittamus, modo valeat proverbium: sat cito si sat bene. Picardiam tenent adversarii. In Campania Dux *Nivernensis* [1]) paratas adhuc tenet....... [2]). Normandia prorsus nostra est [3]) et inde repulsus fuit *Ommalius*, frater *Guysiani*, non sine suo dedecore. Tractum Ligeris tenemus usque ad Andegavos, [4]) qui etiam nostri erant, sed deditio turpiter ab illis facta est, [5]) quum non longe abesset subsidium. Strategema tamen ab illis editum fuit laude dignum, quod relicta urbe arcem hostis sui *Monpenserii*, qui nepos *Borbonii* est, occuparunt. Ita factum est ut urbi pepercerit. Apud Bituriges reperta est satis bona summa pecuniae, quae nostrum exercitum sustineat sine ulla iactura privatorum hominum. Ducissa *Ferrariae* Lutetiam venit, ut ostenderet quam aliena sit a suo genero. In Aquitania bellum fervet, ubi tamen nostri longe sunt superiores. Burdegalam putamus hodie sub nostra potestate esse. [6]) Quum urbem dico intelligo duas arces quae urbi imminent a lateribus. Tholoza [7]) unius hominis perfidia nobis erepta fuit. Digressi sunt ex nostris armati ad duo millia. Hostes qui furtim ingressi erant nullum omiserunt saevitiae genus. Capite truncati sunt iudex urbis et aliquot decuriones, plures suspensi ex civibus primariis. Quum incendere vellent aedes publicas, ventus repente exortus ignem alio vertit. Ita quadringentae domus consumptae. Domus omnium piorum direptae sunt. Horribilis erat ista vastatio. Calliacum [8]) urbem vicinam profecti pios omnes iugularunt. Haec trucidatio alias omnes superat. Verum forte iam dederunt poenas suae crudelitatis. [9]) Copiae enim undique adventabant ad ferendas nostris suppetias. Quidquid acciderit, ex cruenta victoria, qualem animo concipio, non multum gaudii proveniet. Hi sunt cunctationis nostrae fructus. In Provincia sumus adhuc inferiores [10]) sed absque incommodo. Speratur tamen intra paucos dies mutatio in melius, et iam laeta quaedam nunciantur. Nuper in Cabiluno grave damnum accepimus. [11]) Qui illuc missus fuerat spirabat summam fortitudinem, mox sine causa stationem deseruit. Urbs vero illa ad ripam fluminis sita est, unde maior pars annonae Lugdunum advehitur.

Hactenus dubitatum est an accersenda essent externa auxilia. Ego semper autor fui ne a nobis initium fieret quia imitari nolo adversae partis impudentiam, quae nullam invidiam refugit. Nunc quia conducti sunt ab illis equites sclopetarii ex Germania, [12]) iusta erit nobis excusatio. Nondum tamen res matura videtur, nisi illi copias

3802. 1) Comte d'Eu, lieutenant-général. *Languet Id. Mai p.* 226: Equitatus Nivernensis interfecit 60 aut 70 ex iis militibus qui ex Metensi et Trecassium urbe ibant Aureliam. Hoc accidit in agro Altissiodorensi non procul a Joigni.

2) Nomen inextricabile Apographa omittunt.

3) *Languet, Cal. Iun. p.* 228: Audio revocari in castra Aumalium qui missus erat adv. Rotomagenses c. 600 equitibus et aliquot cohortibus peditum. *Qui tamen in Normandia c. suis copiis mansit, ubi a parte Condaei imperium habebat D. de Morvillier.* (*Hist. eccl.* II. 610. 620.)

4) *Ap. Andegavos iam Maio ineunte Car. d'Albiac (du Plessis) v. d. m. trucidatus fuerat; d.* 13 *mensis advenit dux Montpensier et crudeliter saeviit.* (*Hist. eccl.* II. 550. 554. *Languet* 15. *Mai p.* 226.)

5) *Hic subsistunt apographa. Scilicet qui primus authenticum ante oculos habebat de legendo desperavit.*

6) *Hic fallitur. Die* 25. *Iunii demum castello Trompette dicto potiri voluerunt, sed consilio proditione irrito facto Protestantes plerique urbem reliquerunt.* (*Hist. eccl.* II. 765.)

7) *Languet l. l.* In Tholosa sunt maximi tumultus. Nostri occuparunt curiam et eam muniverunt bombardis commeatu et milite. — *Iam ineunte Aprili tumultus exorti, postea per octo dies dimicatum armis: tandem protestantes ad deditionem coacti, coena sumta* 17. *Maii solum verterunt et in urbes vicinas se receperunt. Quadringenti inermes a colonis trucidati. Postridie Montluc urbem intravit, templa incendio delevit et omnimodam saevitiam exercuit.* (*Hist. eccl.* III. 3 *seqq. de Thou l.* 32. III. 289. *Comment de Messire Blaise de Montluc P.* 1626. II. 51 *ss.*)

8) *Gaillac sur le Tarn. Eodem die* 17. *Maii (Pentecostae) protestantium congregationem subito plebs duce Card. Strozzio Albigensium episcopo adorta c.* 150 *trucidavit, inter quos Petr. du Perier v. d. m.* (*Hist. eccl.* III. 68 *de Thou l. c.* 297.)

9) *Montalbanenses postridie Pentecostes Tolosanis auxilium laturi prodierunt, sed in via de rebus gestis certiores facti in vico Rabastein plures istorum carnificum deprehensos interfecerunt.* (*Hist. eccl.* III. 70.)

10) *Lambert, hist. d. guerres de rel. en Provence. Toul.* 1870 I. *p.* 140 *ss. Hist. eccl.* III. 317 *ss.*

11) *Hist. eccl.* III. 407: Ceux de Lyon prierent le Sr. de Monbrun nagueres venu du Dauphiné avec 500 arquebousiers de se rendre à Chalon pour le garder. Ce quil fit. Mais investi par Tavannes, Monbrun (*après une sortie manquée*) abandonna la ville le 31. mai.

12) *a Roggendorfio, Rhingravio et Froelichio (ex Helvetia). Condaeus m. Aprili ad Imperatorem et principes legatos misit, petituros ut conscriptio vetaretur.* (*Mém. de Condé.* III. 305. 309. *Barthold* 372.) *Postea* 16. *Iunii Chr. a Dohna burgravius eiusdem literas ad principes attulit sibi ipsi eadem concedenda rogantis.* (*Mém.* III. 501. 498.)

suas eduxerint. Interea necesse est ita nos esse paratos ut singulis momentis auxilia nostra subsequantur, quorum duplex erit usus. Prior,[13]) ut sola fama adversariis terrorem incutiat. Oportet ut Lugduni et in vicinia sese opponant hostibus, si forte nostri viribus pares non essent. Tentabit vero Bernatum animos nuncius, ut militum transitum impetret per conniventiam. Ut enim palam scribi permittat senatus vix sperandum est. A vobis non aliud cupimus nisi ut voluntarii ex agro vestro sese aliis in turba admisceant: Ager Neocomensis facile conferet quingentos. Nobis sufficient tria millia et aliqui e Valesianis.[14]) Polliciti quidem sunt ante sesquimensem duo capitanei se completuros quinque aut sex vexilla. Consilium tamen mihi non placuit, quia et res erat difficilis et nolebam barbaram gentem invitari. Ut vestra ditio nobis suppeditet aliquantulum auxilii velis et remis te contendere cupio. Satis erit si praesto fuerint. Viaticum paratum erit quo usque Lugdunum perveniant, et iusto stipendio non fraudabuntur. Verum si nunc generosus D. *ab Artewil*[15]) nobis centum vel ducentos equites suppeditat, nihil opportunius, et erit facinus plane ipso dignum. Itaque obnixe te rogo et obtestor ut serio ad virum hortandum animum adiicias. Conditiones ferre non est nostrum, sed ubi eius postulata intellexero, fidem tibi dabo quam experietur minime vanam esse. Vale, clarissime vir et mihi observande frater, una cum D. *Martyre*, *Gualthero* et caeteris amicis. Dominus vos incolumes servet, sustentet, sua gratia te et bonis omnibus locuplet. Genevae 9. Iunii 1562.

I. Calvinus tuus.

De exitu legationis non est quod sis ullo modo sollicitus. Hac in re usus sum nonnulla astutia. Sciebam ab initio nullam fore rationem transigendi. Neque enim vel principi liberum esset. Satagant ut volent Luterani, semper repudiabitur Augustana confessio. Ego autem aliud speravi in quo me profecisse arbitror, ut, si a vobis et a Germanis mitterentur legati ad pacificandam ecclesiam, manerent domi milites: quia efficere non poteram ut maturius nostri pergerent, has inducias saltem interposui. Quidquid . . . ., omni cura te libero quoad Augustanam confessionem. Et quod *Beza* in suis literis recipit, nisi animum nostri . . . . . mutarint, doctrinam minime attingit, quam adversarii in suis pactionibus integram nobis relinquunt. Aliud periculum timendum erat ne rursus nos inermes adorirentur. Verum huic quoque malo occursum est.

13) *De hac voce dubitamus, quum* posterior *non sequatur. Aliud vero ex pessima literatura elicere non potuimus.*
14) *N.* 3794.
15) *Lege:* Hallwyl *quod probatur ex ep. Bullingeri d. d.* 19. *Iun.*

3803.

CALVINUS COLONIO.

Pertinet ad res ecclesiae Metensis.

Exstat in unica editione Epp. Amstelod. p. 170 quae unde sumpserit nescimus.)

Fidelissimo Christi Domini nostri ministro, D. Petro Colonio, fratri et symmystae carissimo, S.

Paulo antequam veniret *Arnoldus*[1]) noster receperamus *Taffini*[2]) collegae tui literas, quibus significabat non posse diutius te abesse[3]) absque magna ecclesiae iactura: ac proinde rogabat, ut Marianae ecclesiae prospiceretur. Respondi quod res erat, nos homine idoneo destitui qui provinciam illam obiret, neque tamen aequum esse Metensem ecclesiam spoliari iure suo. Nunc eadem apud te repetere cogor. Neque enim credas in quam penuriam simus redacti ex quo coepit latius in Gallia propagari Christi regnum. Certe multi a nobis extorquentur quorum me valde pudet: adeo non schola tantum nostra exhausta est sed ex officinis quoque abrepti opifices. Multi adolescentes bonae spei formantur; sed nemo adhuc maturus. Viri aliquot se comparant; sed non admodum eruditi et minime exercitati. Sibi tamen persuadeant Mariani, simul ac oblata fuerit facultas singularem nobis fore sui curam.

De rebus Gallicis intelliges ex nuncio. Exercitus noster non procul abest ab hostium castris. Ergo precibus assidue et sedulo incumbendum, ut sine magna strage capita Deus profliget. Iam enim plus satis sanguinis fusum est. Vale, integerrime frater et mihi carissime. Collegae mei te plurimum

3803. 1) *Bancus N.* 3792.
2) *N.* 3588. *Pendant la guerre de* 1562 *les protest. de Metz restèrent tranquilles* (de peur d'irriter les Alemans). *Outre Cologne et Taffin, ils avaient pour ministres* Garnier iadis m. de l'Eglise françoise de Strsbg. et L. des Masures autrefois secretaire du Cardinal de Lorraine, mais homme de bien et de bon savoir (*H. Eccl.* III. 454).
3) *Videtur fuisse pro tempore S. Mariae in Alsatia, et successorem habuisse Figonium quem Drion dicit in locum Banci suffectum.*

salutant. Dominus tibi semper adsit, virtute et constantia sustineat et labores tuos benedicat. Symmystae quoque tuo multam salutem precor. Genevae, 10. Iunii 1562.

Ioannes Calvinus tuus.

3804.

CALVIN A M. DE DIESBACH. [1]

Secours militaires à envoyer à Lyon.

(Original. Signature autographe. Arch. de Berne. Bonnet II. 472. Trad. angl. IV. 274.)

Treshonoré seigneur, pour ce qu'au jourdhuy j'ay eu une rescharge du costé de Lion pour solliciter que le secours se haste, j'ay prié le gentilhomme present porteur de monter incontinent en poste, afin que s'il est possible les gens marchent incontinent, car d'aultant que la ville de Lion est despourveue de force les ennemys s'enhardiront à s'y jecter. Ainsy il fault prevenir de bonne heure, joinct aussy qu'il y auroit danger que les passages de Savoie ne fussent fermez, car lon a descouvert, quelques belles protestations que face l'Altesse, [2] qu'il pretend de se joindre avec nos ennemys. Parquoy je vous prie, selon la bonne affection que vous aviez, d'adresser le dict porteur et luy donner conseil de ce qu'il aura affaire.

Sur quoy, treshonoré seigneur, apres m'estre humblement recommandé à vostre bonne grace, je supplieray nostre bon Dieu vous avoir en sa garde, et vous accroistre en tout bien et prosperité. De Genefve, ce 13. de juing 1562.

Vostre serviteur et humble frere,
Jehan Calvin.

3805.

RELIGIONIS ET REGIS ADVERsus exitiosas Caluini, Bezae, et Ottomani coniuratorum factiones defensio prima,

Ad Senatum populumque Parisiensem.

PARISIIS
Apud Vincentium Sertenas
Cum priuilegio Regis
1562.

(Describimus hunc rarissimum libellum ex bibliotheca collegae nostri doctissimi Caroli Schmidtii. Folio tituli verso inscriptum est Theologorum censura cum privilegio dat. Lutetiae xiii. Iunii M. D. LXII. Sunt plagulae sex A-F., unaquaeque quatuor foliorum.)

Senatui populoque Parisiensi, Christianae pietatis et Regiae maiestatis acerrimo fidelissimoque propugnatori Author S.

Cum permulta vestrae civitatis in Reges suos Christianissimos omni tempore officia extiterunt, tum hoc unum vel maximum erit, omniumque gentium literis atque linguis celebrabitur, quod pestiferis nonnullorum Catilinariorum factionibus, in huiusce regni florentissimi, Regisque augustissimi exitium et pestem comparatis, summa diligentia, opibus, viribusque fortiter obstitistis. Quod cum nostri principes optimi, cunctaeque nationes huic regno sociae, et inviolabili aeternoque pacis foedere coniunctae iam inde intelligant, tum vero rex Christianissimus, ubi ad robur aetatis iudiciique pervenerit, suam dignitatem suae Lutetiae beneficiis et studiis sibi conservatam ac restitutam agnoscet, in eaque sibi, et Reginae matri, Regique Navarrae, ac caeteris proceribus unicum perfugium firmissimum-

3804. 1) *Au dos du MS. Diesbach est nommé bailli de Lausanne, ce qui ne s'accorde pas avec la notice de Ruchat* VI. 450 *qui pour cette époque indique Petermann d'Erlach comme bailli. Le même auteur* VI. 491 *dit:* Quelques capitaines du Valais qui avoient de l'emploi à Lyon furent chargés de leur procurer quelques enseignes de Suisses. Ils furent à Berne et prièrent LL. EE. de leur accorder le passage par leurs terres ce qui leur fut accordé. En même temps ceux de Lyon envoyèrent un député à Berne pour prier LL. EE. de leur accorder quelques troupes. LL. EE. y envoyèrent le 16. juin Chistophe de Diesbach avec ordre d'aller trouver le prince de Condé et de lui faire leurs excuses en lui représentant les raisons qu'on avoit eues de lui refuser des secours. Diesbach à Lyon fit un traité avec les commandants pour lever quelques enseignes au cas que LL. EE. le permissent. Le 25. juin LL. EE. consentirent à ce qu'on prît de leurs sujets, mais seulement ceux qu'on pouvoit trouver hors de leurs terres. Christophe de D. procura des brevets de capitaine à ses parents Jost, Benedict et Gabriel de D. et Jean Nicolas de D. consentit à être leur colonel. — *Hist. eccl.* III. 225: Ceux de Lyon firent tant qu'il leur fut accordé huit enseignes de la ville de Berne, trois de Neufchastel et quatre des Valesans, faisans 5 à 6000 homms.

2) le duc de Savoie.

que praesidium ad declinandas inimicorum petitiones fuisse recordabitur. Ego itaque qui Regis et religionis semper observantissimus fui, et ab ista, quam nescio qui meditantur introducere, rerum hominumque confusione propemodum alienus, cum aliquam adversus illos contentionem mihi ex officio suscipiendam putavissem, et historiam nefandissimae post orbem conditum conspirationis, cunctaque impie et crudeliter passim toto imperio Gallico perpetrata sigillatim describere aliquot orationibus statuissem, hanc prolusionem et veluti iustae dimicationis prooemium existimavi praecipue iis civibus esse debitum, qui, sicut iam dixi, in Regis perpetua observantia, et Religionis veteri disciplina fidelissime permansissent.

[*fol.* 3] Religionis et Regis adversus exitiosas Calvini, Bezae, et Ottomani coniuratorum factiones defensio prima, Ad Senatum populumque Parisiensem.

Rempublicam Gallicam, quae bellis diuturnis defuncta in summa pacis atque otii tranquillitate iam totos tres annos[1]) conquieverat, hodie domesticis seditionibus intestinoque periculo laborantem plerique intuemur: sed tamen nisi altius res ipsas, et scelera consiliorum cogitatione revocamus, tantae perturbationis causam pauci omnino animadvertimus. Ita fit ut, si quis aut propter iudicii imbecillitatem, aut literarum atque antiquitatis imperitiam, de temporum ac rerum statu, ex eventis, non ex veritate, velit aestimare, is fortasse coniuratos, quibus omnia satis foeliciter hactenus processerunt, multum providisse, bonos, quorum conatus frangi ac debilitari videantur, nihil sensisse, aut si quid bene senserint, non effecisse, interdum cogatur suspicari. Ego certe ut illos fatear studio assequendi ac obtinendi quod moliebantur, vigilantes, ardentes, praeparatosque fuisse, nobis autem saepe concordiam, nonnunquam animum, semper audaciam defuisse: tamen non propterea ullis rationibus adduci potero, ut Regiam causam coniuratorum factionibus aut imbecilliorem adhuc fuisse, aut in posterum cessuram esse, aut aliquando vinci posse concedam. Vidimus enim et ipsi alias petulantiam cum pudore, turpitudinem cum honestate, fraudationem cum fide, iniquitatem cum iustitia, desperationem cum bona spe, amentiam cum sapientia certare, improbos cum bonis, egentes cum locupletioribus confligere, denique magistratus a concitata plebeiorum manu, Reges a transfugis et proditoribus frequenter oppugnari: nusquam tamen expugnari vidimus, legimus, audivimus. Ex quo maxima spes iampridem mihi affulsit, istam coniuratorum sentinam, tametsi alte fundamentum et radices egerit, dei Opt. Max. nutu, et firmissimo regis Christianissimi, Reginae matris, et regis Navarrae praesidio vel penitus oppressam ac protratam iri, vel certe in suum asylum,[2]) ex quo tanquam ex teterrimo specu prodiit, propediem sua sponte redituram. Iam enim sua patere consilia sentiunt, iam nefarios suos conatus illustrari, iam deprehendi coniurationem intelligunt: et quod [*fol.* 4] homines impios magis terret, summam Regis et principum ac civium optimorum concordiam quotidie magis ac magis exardescentem, et cupiditate tanti furoris coercendi inflammatam vident. Fuit tempus, cum specie nescio qua religionis, et simplicitatis simulatione, sese in hominum animos ac benevolentiam ita callide insinuarent, ut errore eos teneri, non furore agitari putaremus: ut eorum vicem potius dolere, quam factiones ulcisci cuperemus: ut denique non modo eos vivere, sed nobiscum versari, sed nostros corrumpere pateremur. Quod cum nostra ignavia ac imprudentia, tum istorum technis et mirabili artificio, quod sibi ad vulgus decipiendum apposite confixerunt, accidisse debemus ominari. Nam ubi primum Calvinus suam illam impudentiae ac impietatis scholam operuisset, et ad eiusdem sceleris societatem nonnullos, quos fore utiles sibi ac idoneos arbitrabatur, verborum blanditiis, magnificisque pollicitationibus pellexisset, tunc homo vafer et astutus, qui nobilitandi sui nominis et propagandae factionis ardore incendebatur, laqueos complures struxit, quibus incauti, semidocti, et sibi minus caventes facile irretiti caperentur. Audiverat Lutherum superioribus annis in Germania contra Pontificis et Episcoporum depravatos mores acerbius debacchatum, idque non modo impune, sed etiam cum quadam gloria, et eorum approbatione, qui fastidio veteris disciplinae, ac novae studio tenebantur. Videbat etiam tunc eam esse plebis magna ex parte propter sacerdotum vitia offensionem, eam multorum in veritate oppugnanda, et Reipub. statu pervertendo fore contentionem, eam denique rerum esse solere vicissitudinem ac commutationem, ut non difficile futurum cogitaret tandem assequi quod instituebat, aut saltem obsistere ne Resp. Christiana tam libera ac quieta pace frueretur. Itaque urbe Geneva occupata, summaque sacerdotii potestate a suis impetrata, memor consiliorum quibus seditiosi in Atheniensium et Romanorum imperiis cives viguerant, continuo exclamare, profiteri, denunciare coepit, veram pietatem hactenus ignoratam, sibi patefactam, nostros homines caeco errore tenebrisque involvi, se hanc caliginem velle ab illorum oculis discutere, se unum esse qui

3505. 1) *inde a pace m. Febr.* 1559 *in Câteau-Cambresis sancita.* (*de Thou* II. 660.)

2) *Genevam.*

plus quam maiores, et quotquot mille et quingentis antea annis vixerint, sciat, videat, intelligat: denique patres nostros idolorum cultores, [*fol.* 5) delusos occaecatosque fuisse, se verum Christi cultum quodam divino spiritu cognovisse: nostros Episcopos, impostores, cacodaemonas, antichristos et sceleratorum duces fuisse: suos, Christi nuncios, apostolos, doctores fore. Haec praefatus significat etiam sese asylum in proximis Galliae finibus constituisse ac munivisse, ad quod exules, damnati, aborigenes, et omnium ordinum gentiumque perditi ac deplorati greges suis finibus ablegati confugiant, et in quo tanquam in tutissimo portu placide conquiescant. Deinde ut latius iacta factionis suae fundamenta promoveat, verborum illecebris, quibus est insigniter instructus ad persuadendum, sese ad impugnandam veterem pietatis regulam comparat: ab ea populum modis omnibus alienare, et ab ecclesiae gremio avellere: contra suam sanctimoniam et integritatem ostentare, doctrinam praedicare, sua postremo somnia introducere, sua commenta probabili et plausibili fuco exornare, et quam longissime in omnes Christiani orbis regiones disseminare conatur. Quid postea? dicam breviter quid astuti et calvi impostoris scripta effecerint, vel potius quam multos veneno infecerint. Vereor enim ne si permulta de hisce rebus dicam, pudeat me de levitate nostrae gentis confiteri, apud quam plus interdum unius Calvini opinio, quam maiorum probitas, quam omnium doctorum consensus, quam Ecclesiae authoritas, quam Christi mandata, quam tot seculis totque populis probata vivendi recta consuetudo valuisse videatur. Ergo prodigiosis omnino opinionibus imperitos primum adolescentes in publicis Iurisprudentiae scholis vagantes, et civilium disciplinarum difficultate retardatos imbuit, ad contemptionem sacerdotum dira obtrectatione impellit, et adversus omnem rationem veritatemque una impudentia armat: quidvis dicendi et scribendi libertatem licentiamque concedit: maiorum leges ipse labefactat, et ad errorem suum corroborandum prolatis citatisque sed detorte et depravate sacris literis abutitur. Enim vero cum multi a more quem acceperant, et ab institutis maiorum in quae iuraverant, recedere nec sine perfidia posse, nec sine impietate se velle debere existimarent, contra id non modo integrum esse scribit, sed honestum, sed pium, sed salutare confirmat. Ex quo accidit, ut si qua pecus scabiosa et in coenobiis, et in iudiciis, et in urbibus secerni a grege, nec sanari, sed in sua lue sordescere, cunctisque observantiae [*fol.* 6] ac honestatis legibus solvi vellet continuo in Calvini Academiam, vel potius in Epicuri hortos, ubi turpiter volutaretur, et intemperanter voluptuaretur, lubentissime deficeret. Eam rationem magister Theodorus Beza inivit, ut quoniam Lutetiae, ubi lippis et tonsoribus, et lanistis et ganeonibus erat inprimis cognitus, summeque egregiis scortationum et ludorum palmis nobilitatus, Candidam, [3]) quam perdite deperibat, sine probro periculoque abducere, et creditorum, quibus aere obstrictus tenebatur, fidem diutius fallere non poterat, exilio et fuga sese omni vinculo nexuque exolveret, ac in perfugium libidinis atque petulantiae vindicaret. Ecce Calvinus advenae istius praesentia recreatus, magis ac magis falsa scientiae opinione intumescit, doctissimos quosque suarum esse partium asseverat. Cur tandem? Nempe ut facilius hominum simplicitati illudat, et virorum magnorum fulgore vulgi aciem perstringat, et impudentiam suam adulteratis hisce figmentis quasi pigmentis fucatam illustriorem reddat. Ergo isti duo susceptae coniurationis principes arctissima scelerum societate inter se coniuncti, maiores animos colligunt, plura moliri, sperare ampliora, et iam sibi honores, dominatumque polliceri audent. Qui cum ex antiquis Romanorum et Atheniensium historiis didicissent, qui novis rebus studerent, eos in multitudinis sensum atque amicitiam ea maxime ratione posse irrepere, si magnas spes, magnas utilitates ostentarent iis quorum opera ac gratia florere cuperent: protinus nefas sibi videri aiunt, quod nostri Episcopi tot annuos proventus ex ecclesiasticis praediis capiant, quod ad turpissimos usus illis abutantur. Porro queruntur nullum esse locum charitati aut pietati, exteros hospitio carere, inopes alimentis egere, afflictos destitui. Aliam apostolorum conditionem fuisse clamitant, qui quidem tenuiter et parce viverent, et opes si quas haberent, pauperibus liberaliter erogarent, aegros viserent, supplicibus auxilium consiliumque non denegarent. Quorsum vero haec duorum concionatorum tam pia, tamque charitatis ac propensi amoris plena oratio? Beza Episcopos sacerdotiis locupletari reprehendit, qui ex iisdem longe uberrimum quaestum fecerit? qui pauperum pecuniam in epulis, ludo, iocis, scortationibus tam multas prodegerit? qui sacerdotia, quae satis ampla et opima habebat, pluribus emptoribus eadem certo pretio addixerit? quae [*fol.* 7] si, non dicam novus Christianus, sed antiquis [4]) iurisconsultus esse voluisset, extra commercium et licitationem esse cognovisset. Quorsum igitur tanta commutatio? Ut quoniam Beza plerosque sacerdotiorum censibus adipiscendis inhiaturos confideret, hac illos spe ad veteres colonos de sua sede ac possessione deturbandos accenderet: ut qui forte Calvinicam sectam per se non amplecterentur, spe, quam

3) *Quod nomen Beza in suis Iuvenilibus puellae suae dedit, Claudiae Desnoz, quam legitime duxit quum Gallia excederet et cum qua quadraginta annos feliciter vixit sine liberis.* (*Baum* I. 64.)
4) *lege:* antiquus.

illa ostenderet, nihilo minus capti, ab antiqua religionis et regis observatione avocarentur. Astutum profecto et ingeniosum inventum, pro quo videlicet quamplurimos acriter, tanquam pro lege agraria, videmus hoc tempore decertantes. Quam enim vellent tenues ac libidinosi nebulones, qui partim inertia, partim male gerendo negotio in vetere aere alieno vacillant, qui iampridem premuntur, qui nunquam emergent, quam, inquam, vellent specioso aliquo nomine ad spem praedae et rapinarum invitari, quam aliorum fortunis ditescere, quas conscelerata ac nefaria mente tandiu concupierunt? Tantum valuit haec opinio, ut etiam in mentes nostrorum hominum penetrarit, ut multitudo in eam spem praedae etiamnum adducatur, ut potentiores eandem aucupentur: quin etiam de ordine sacerdotum nonnulli reperiantur, qui cum ecclesiastica praedia obtineri aliquando vice haereditariorum, et cum uxore simul haberi, ac liberis relinqui posse opinentur, coniuratorum factiones etiam propagari non moleste ferant. His principiis serpsit paulatim hoc in rep. malum, quod in dies querimur vehementius ingravescere: et ita in omnes reip. partes quadam veluti contagione dimanavit, ut iam nullo remedio corpus sanari queat, nisi ab eo membra gravius affecta divellantur. Hinc illa coniuratorum iactatio, hinc minae, hinc arrogantia, hinc insidiae, quae optimi cuiusque civis vitae struuntur: hinc species armorum causaeque, ut ipsi aiunt, suscipiendorum honestissimae prodierunt. Hinc illa argumenta laudandae suae doctrinae, et pietatis, pro qua contendimus, elevandae promunt, quod tam brevi tempore tam multos sectatores, et opinionum suarum vindices pertraxerint, qui semel persuasi nullis postea rationibus de sententia deiici ac dimoveri potuerunt.

Putasne, Beza, eo coniuratorum manum ac potentiam prorupisse, ut paria facere nobiscum, ut regiis copiis collectos ganeonum greges iusto marte queat opponere? Tuos deduci de pertinacia non posse, sed in haeresi [*fol.* 8] quam te authore susceperint, animo obstinato permanere gloriaris. Nimirum, Beza, quod Ulyssis sociis usu venisse in fabulis legimus, ut gustata Loto patriae immemores apud Lotophagos optarent desidere, et Circeis veneficiis in sues conversi et dementati, humani oris ac vultus non amplius meminissent, idem forsitan tuis fatebor contingere, ut huius licentiae quam vestra schola ostentat laqueis irretiti, et ad hos libidinum et corruptelae scopulos adhaerescentes, religionis salutare pharmacum tanquam absinthium primo gustu insuave aspernentur. Venit mihi in mentem argutum illud Agesilai philosophi dictum, ex quo cum quaereretur cur quamplurimi ab Academia ad Epicurum desciscerent, valde pauci resilirent, peracute respondit, ex viris eunuchos gigni posse, ex eunuchis autem viros nequaquam solere. Sic a sapientia in erroris puteum leves homines facile praecipites feruntur, sed ab errore in viam redire, et gradum pedemque revocare iis duntaxat concessum est,

quos aequus amavit
Iupiter, aut ardens evexit ad aethera virtus.[5])

Quanquam et ipse non paucos possim nominare exquisito iudicio et doctrina praestantes viros, quibus id divina demum benignitate contigit, sed incertum est utrum nominari velint. Quid vero vobis videtur de Duareno nostrae aetatis Papiniano? qui cum morbo praepeditus, de morte solicitus, de sua salute anxius cogitaret, sententiam suam revocavit: et convocatis omnibus quos eiusdem erroris conscios habuerat, palam testificatus est pro sacrosancta Ecclesiae dignitate ac veritate contra confictam et excogitatam ab istis impietatem.[6]) Quod autem se toties a nobis verberatos, necatos, caesos, et omni genere tormentorum et cruciatuum vexatos conqueruntur, ac nihilo minus se vivos cremari, et crudelissime mori, quam turpiter nobiscum vivere atque sentire maluisse tam saepe obiectant, habeo quod illis breviter respondeam. Ego quidem certe sic statuo, ut in extremis corporum morbis, ita in Reip. vulneribus nulla remedia tam facere dolorem, quam quae ad salutem adhibentur. Id Caesares christianos sensisse iurisperitorum libri testantur: id Reges nostros censuisse, annales et monumenta aperte loquuntur: id postremo ita esse faciendum Calvinus in Serveti supplicio, id Beza suis scriptis,[7]) quorum me maxime authoritas in hac parte movet, indubitanter confirmavit. Ergo coniuratos, [*fol.* 9] qui iam dudum in pravitate obduruerunt (mihi enim certamen duntaxat committitur cum pestiferis tumultuum machinatoribus: caeteris, qui sola sentiendi mobilitate ac errore ducuntur, non modo ignosco, sed mentem meliorem ac sanitatem opto) coniuratos inquam, qui publicam bonorum civium tranquillitatem, qui concordiam, qui pacem perturbarunt, qui iura communis societatis violarunt, quoniam resipiscere nunquam meditabuntur, ferro ac caede iudicas esse vindicandos? Cur ego non iudicarem, quod leges, quod Reges, quod Imperatores, quod istos videlicet integerrimos censores sensisse audio? Imo si Catilinae, si Saturnini, si Graccho-

5) *Virg. Aen.* VI. 129.

6) *Obiit cel. ille Biturigensium ICtus a.* 1559. *De eius palinodia tali alibi nihil. Reformationi quidem adstipulabatur verum non palam, quapropter Balduinus eum Nicodemitam appellavit. Vide ej.* Resp. Christianorum iurisconsultorum ad Duareni comm. de ministeriis eccl. Arg. 1556. *Cf. etiam Bezae Resp. ad Bald. in Tract. ed.* 1582. II. 199, *Bayle, Haag* IV. 318.

7) De haereticis a civili magistratu puniendis 1554. (*Tract.* I. 84.)

rum turbulentas seditiones nunquam aliter quam gladio coerceri, si Albios et Tolosates, qui per speciem religionis a Philippo Augusto defecerant, non secus quam bello oppressos revocari potuisse legimus, si severitate iudiciorum finitimos principes ac populos integram suam authoritatem huc usque retinuisse, si paucorum morte reliquis suis civibus consuluisse intelligimus, quid est, obsecro, quod de factiosorum poena dubitare debeamus? Verum tamen sic se leges iudiciaque in hoc regno hactenus habuerunt, ut quemadmodum videmus muscas infirmiores aranearum telis implicari, quas deinde valentiora animalia perfringunt: sic in vulgus delinquentium nonnihil interdum iura valuerunt: potentioribus, in quos maxime districtum gladium esse oportuit, non modo peccati veniam, sed etiam peccandi licentiam potestatemque indulserunt. Itaque ignavia, occultatione, impunitate effrenatum furorem, qui nunc se proripit et proiicit, fovimus, aluimus, promovimus, nimis molliter, minus fortiter, omnino inconstanter velificatione mutata tempestatibus ac procellis cessimus. Nunc si salvam navem esse volumus, virilius obsistendum, firmius obnitendum, velis remisque ad placidissima litora contendendum. Errant enim, et vehementer quidem errant, si qui existimant ut in ista fluctuum iactatione, dum in diversas partes modo huc agimur, modo illuc distrahimur, rectum navigationis cursum tenere valeamus, ac non potius periculosissimas Syrtes et horribilis naufragii luctuosum exitum pertimescere debeamus. Quare illud iam constituendum ac definiendum est, utrum veterem tutari constantiam, et inviolatam religionis integritatem conservare, an prodigiosis coniuratorum factionibus [*fol.* 10] vitam ac salutem nostram dedere utilius decentiusve iudicemus. Qua de re non difficile vobis erit iudicium explicare, si causas quae inter se confligunt exactius comparetis, rerumque ipsarum eventus atque incommoda iam inde provideatis. Itaque velim vos illud animo reputare, quod maiores nostri sapientissimi Rerump. gubernatores in primis cavendum admonuerunt, ne ullius aut edicti aut legis aut disciplinae imperiique mutatio temere tentaretur. Sic enim se rem habere prudenter prospexerunt, ut sicut corpora, cum e consueto et familiari victu ad novum et insolentem traducerentur, conturbata in morbos graves inciderent, ita non longe aliter Respub. perniciosissimis seditionum factiosarumque cupiditatum motibus laboratura esset, si vetusto eius statu convulso, repudiatis maiorum institutis, abrogata diuturni temporis vivendi consuetudine, sursum deorsum omnia permiscerentur. Hinc illa Graecorum instituta, quae postea Romani suam in civitatem transtulerunt, quibus patria sacra coli, ritus patrum, quoniam proxime antiquitas ad deum accederet, servari voluere. Hinc illa apud Dionem Mecoenatis ad Augustum sapiens et elegans oratio, qua imperatorem monet nullam fore in Rep. pestem capitaliorem, magisque avertendam, quam ut veterem formam perverti, novam introduci ac firmari patiatur. Hinc illa Persarum, Locrensium, omnium denique gentium, imo Iurisconsultorum prudentissimorum sententia, in novis rebus constituendis evidentem perspectamque utilitatem esse oportere, antequam ab eo iure quod diu receptum sit, recedendi deliberatio instituatur. Hinc denique illud quod vulgo, sed tamen verissime iactari solet, ex Religionis commutatione perpetuo consequi Reipub. conversionem. Quid igitur hoc loco Beza respondeat, qui huius florentissimi Regni bene compositam disciplinam, qui tot seculorum decursu ab omnibus probatam pietatis rationem ad suam vecordem vesanamque libidinem, velut ad plumbeam Lesbiae aedificationis regulam transmovere et subvertere, leges maiorum apertas et perspicuas nescio quibus insomniis depravare ac corrumpere machinatur? Sint sane quaedam in nostrorum hominum disciplina emendatione et animadversione digna, cuiusmodi esse aliqua non inficiamur, quod partim nostra socordia, partim temporum atque bellorum calamitate, peccandique [*fol.* 11] licentia paululum a perfecta optimorum patrum virtute sanctimoniaque deflexímus, an continuo rerum ordines, propter abusus tollendos, et quemadmodum Lycurgum propter temulentos vino male utentes, stirpitus vites ferunt excidisse, ita propter nonnullorum hominum deformatos mores non reformandam vivendi regulam, sed propemodum abrogandam existimabunt? An propterea nobis iura nova legislatores eximii describent, prisca et usitata, et iam inde ab heroicis temporibus repetita damnabunt? Homines nostros nihil sapere, et quod passim usurpare solent, literas sacras ignorasse, sese solos earum sensum scivisse, mysteria detexisse, plus suum asylum, quam universi orbis terrarum consilium vidisse clamitabunt? Quis vero tales nobis Charondas, Solones, Lycurgos, Zaleucos legibus corrigendis et ferendis adhibuit? Quis tales nobis tribunos plebis, aut censores creavit? Quo iure, quo more homines privati, nullum in hoc Regno magistratum gerentes, novi Arcesilae istud suscipere et polliceri audent? Sed iam cum illis agam quiete et familiariter, quoniam eos sanare potius Reip. quam perditos esse cupio. Ais, Beza, nos a vera Christi ecclesia tantum abesse, quantum ad eius familiaritatem gremiumque accessisti. Quid si probavero Francos, eam Christi fidem quam etiamnum tenemus, abhinc mille et ducentis annis sanctissime fuisse professos? si eandem nullo tempore intermissam, nulla opinionum varietate aut contentione interruptam ostendero? tu interim Reges Christianissimos, Principes optimos, cives integerrimos, et quotquot his seculis innocen-

tissime vixerunt, aut impietatis, et ut tuis verbis loquar, idololatriae insimules oportet, aut de tuo errore ac impudentia, ne dicam malitia, ingenue confiteare. Negas? Profero annales nostros, temporum antiqua monumenta, locupletissimas rerum Gallicarum tabulas, et prisci temporis memoriam omnium doctorum literis ac scriptis consignatam. Ubi interea aut gentium aut locorum tua ecclesia latebat, quam viginti demum abhinc annis ex Inferis, et ex silentio, in terras et in lucem conaris una cum Calvino reliquisque tui similibus suscitare? Pergo longius: nam ad causae nostrae probationem plurimum et illud habet adiumenti, quod quandiu integra religio valuit, iura et iudicia vigere, Regum maiestatem, principum dominatus, magistratuum authoritatem, civium libertatem, [*fol.* 12] omnia denique florere vidimus: quae nunc tuo in Galliam reditu,[8]) ac ipsa doctrinae ostentatione, in dies ruere et labefactari magno Regis incommodo, acerbissimoque populi moerore sentimus. Hoc enim praeclarum tuum evangelium, sicuti mox indicabo, et alias plenius enunciabo, incommodi attulit, quod gens Gallica, quae Regem suum post supremum numen venerari ac amare, quae Principes colere ac revereri, quae magistratibus parere obsequiose solebat, nunc eo impudentiae ut plurimum progressa sit, ut conviciis Principes, maledictis Regem, telis magistratus petere non dubitarit. Quod autem in nostrorum hominum vitia tam severe inquiris, vide ne si vicissim tua et tuorum maleficia notavero, merito illud in Iudaeos Christi dictum tibi obiiciatur, quod perbelle Lyricus vates his versibus expressit:

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?[9])

Sacerdotes nostros reprehendis, quod in obscura literarum ignoratione versentur, quod libidinose vivant, quod officio suo minus officiose defungantur. Hoc ut tibi de nonnullis concedam, tamen et ipse idem multo iustius in tuos, quos ministros vocas, id est tuarum factionum et partium administros atque satellites, referam: qui superioribus annis vitandi iudicii ac supplicii, quod suis nefandissimis facinoribus erant promeriti, gratia, hinc ad vos, veluti ad aram confugerunt; deinde in vestra procacitatis schola tres aut quatuor menses maledicendo et debacchando (quae una est illorum industria) gnaviter exercitati, quasi in bicipiti Parnasso somniarint, repente doctores brevi momento effecti, nunc ex sutrina aut tonstrina ad suggestum et concionem dimittuntur.

8) *ad colloquium Possiacense.*
9) *Horat. Sat. l.* I. 3, 25.

Pontificis potentiam et authoritatem in vulgi odium vocas, qui maius imperium iam diu affectes: qui te unum eruditionis principem videri, vitae magistrum nominari, caeteros ex te pendere, nihil sine te moliri, nihil nisi tecum agere velis? Episcoporum sodalitium insectaris, qui nunquam in publicum nisi inter armatos satellites prodeas, tanquam alter Catilina inter falcarios? Tu nostros homines sese conferre in solitudinem, et sese religioni vovere totos ac consecrare, non ferendum putas, qui tuos socios foedere ac consortio tibi in perpetuum obstrinxisti? qui coniurationem tuam inviolabili iureiurando sanxisti? Quid praeterea? Ceremonias et ritus, sine quibus religio administrari, aut ulla vivendi [*fol.* 13] forma praescribi non potest, omnino reiicis, quod tibi humani potius inventi, quum divini instituti esse videantur. Tuas vero naenias, et tuo artificio excogitatas, non mortales sed divinas, non ab homine sed a deo authore traditas esse persuadebis? Nihil sacrosanctae paginae addendum aut detrahendum vociferaris, ac nihilominus infinitis commentariorum plaustris omnes bibliopolarum et pharmacopolarum officinas onerabis? Nimis urgeo: commoveri videtur homo impudens: ad me revertor. Verumtamen neque de Calvini aut Bezae commentis, quae nemo non nova et ante paucos annos inaudita esse dubitat, nec de religionis nostrae, quam non a mortali aliquo didicimus, accepimus, sed ab ipso Christo immortali arripuimus, hausimus, veritate, plura disputare mei est instituti, aut huius temporis. Audio enim hactenus in eo quod Poyssiaci initum est colloquio,[10]) et sanctissimis Theologorum nostrorum libris et doctissimis Germanorum scriptorum commentariis abunde istorum exagitatam et explosam fuisse impietatem. Ad haec, quod tandiu Deum Opt. max. precati sumus, quod votis omnibus optavimus, ut aliquando universi orbis concilium certum in locum coiret, ubi de corrupta vel collapsa vivendi disciplina ad integerrimum veteris sanctitatis specimen, pristinumque splendorem revocanda non modo ageretur, sed etiam unicuique libera fieret potestas sentiendi, disserendi, percontandi quae vellet, id divina demum clementia et Pontificis ac principum Christianorum admirabili consensione feliciter nobis contigit.[11]) Quare spero istos in posterum non vi, non armis, non insidiis nobiscum dimicaturos, sed in apertum disputationis campum, in aciem veritatis, remissis istis spiritibus, qui eos transversum agunt, sedate ac benevole nobiscum venturos, prae-

10) *Ex h. l. forte collegeris libellum hunc ante finem colloquii conscriptum fuisse. Verum infra res m. Maio* 1562 *gestae attinguntur.*
11) *Concilium bulla Pii IV. d. d.* 25. *Nov.* 1560 *Tridentum convocatum, sed demum* 18. *Ian.* 1562 *congregatum.*

sertim cum annis superioribus, quibus Reges potentissimi bellicis curis distinebantur, Concilii nomen semper in ore versarent, testarentur, appellarent, et illud se cupere, illius censuram velle se subire simularent. Ergo iam omissa sententiarum ac iudiciorum contentione, de Regis causa, quae cum ubique, tum hic maxime cum Religionis periculo coniuncta est, breviter nonnihil moneamus. Non dicam, quod omnes fateri arbitror, Religionis authoritatem cum Regia maiestate ita esse communi quodam vinculo, et quasi cognatione quadam colligatam, ut neutra consistere absque alterius praesidio, neutra suam dignitatem [*fol.* 14] absque alterius salute tueri, neutra denique perire absque alterius exitio possit. Non dicam, olim apud Iudaeos Remp. sacerdotio et regno, ut duabus summis partibus, fuisse conflatam: et apud gentes tam doctas quam barbaras sicuti corporum, sic animorum quosdam perpetuo principes et moderatores extitisse. Non dicam (quod tamen quorsum pertineat, diligenter esse animadvertendum censeo) non minori apud populum Christianum pretio Pontifices, quam Imperatores fuisse: nec illorum contemptum induci posse, quin similiter horum contemptus despectusque consequatur. Haec igitur non dicam, quae satius esse puto in cogitatione uniuscuiusque relinquere quam in oratione mea ponere. Nunc vero dicam, quod ipsi coniicere olim solebamus, iam iam manifestis indiciis deprehendimus, nec tantum dicam, sed ab istis factam esse coniurationem, nec modo Ecclesiae statum, sed Regiam maiestatem attentari, sed omnium rerum confusionem induci, sed cunctorum ordinum subversionem cogitari, demonstrabo. Appellent quantum velint Evangelia, et doctrinae novae speciem nefandissimis suis coeptis obtendant. Nihil me movent speciosa nomina, nihil affectati elegantesque tituli rerum veritatem mutant. Non est inusitatum aut insolens, quod tegendae turpitudini honestiora involucra, quod velandae cupiditati splendor aliquis eximius, et popularis causa conquiratur. Fecit illud Saturninus, fecere Gracchi, qui quod moliebantur, se populi gratia suscipere, se leges agrarias non ad evertendam, sed ad constituendam Remp. perferre denunciabant. Fecit illud paulo post Catilina: ut cum urbis, atque adeo orbis Romani vastitatem animo concepisset, civem se nihilominus Reip. amantem, officiosum, libertatisque assertorem haberi postularet. Fecere denique et illud in Gallia patrum nostrorum memoria nobiles aliquot et proceres, ut in flagitiosissima a Rege Ludovico undecimo [12]) defectione, et Regni diripiendi ac occupandi sceleratissima voluntate, boni nescio cuius publici nomen praetexerent. Quamobrem desinant coniurati diutius nobis per speciem simulatae pietatis illudere: agnoscant tandem, quod nequaquam inficiari possunt se aperte Galliam, Regem, Regnum, Proceres, Senatum, templa Christi, tecta populi petere, dominationem ambire, rerum potiri velle: denique honores quos quieta Rep. desperant, perturbata consequi se posse arbitrari. Quod si falsa obiicio, velim [*fol.* 15] reddant rationem, cur Geneva urbe occupata, Ducem sua sede, Episcopum suo solio deturbarunt? [13]) Veteres quidem Iurisconsulti, res quae in nullius bonis et patrimonio essent, ei qui primus cepisset, cedere voluerunt: domino possessiones eripi, nefarium, indignum, immane, violentum iudicarunt. Vos quod iura gentium, quod leges, quod omnis barbarorum consuetudo vetat, vobis licere, iustum, ac Christianae professioni consentaneum esse defendetis? Christus cum in terris figura mortali ageret, tributum Caesari pependit: eius imagine numum signatum agnovit: Caesari, quae Caesaris essent, praestanda esse mandavit. Vos Genevensi principi obsequium, stipendia, observantiam non modo denegetis, sed eius summam authoritatem in praecipiendo, edicendo, pecunia cudenda, urbis administratione gerenda vindicetis? Quid principes caeteri, quid Reges, quid Imperatores de vobis iudicabunt, cum audient vos initium vestrae factionis a tam iniqua urbis alienae occupatione fuisse auspicatos? An non ex hoc uno rudimento de reliquis vestris studiis, de voluntate, de consilio existimabunt, praesertim cum ad unius Genevae exemplum et regulam cuncta orbis regna et imperia formare atque componere statuatis. Quod si ego idem vos in Gallia tentasse docuero, an non effecero, (quod mecum in hac oratione, tum duabus aliis quas de conspiratione vestra contexo, facturum confido) ut vestra in patriam odia, nefaria in bonos studia, illustrata patefacta palam oculis videamus? Redeo igitur ad te, Beza, quoniam post Calvinum coniurationis architectum te secundas partes tenere accipio. Meministi cum in vico Iacobaeo Lutetiae [14]) promiscuus virorum et foeminarum numerus certas ad aedes, tanquam ad Cereris mysteria coivisset, Regique Henrico nocturna illa sacra valde displicuissent, te statim concitato cursu in Germaniam festinasse, cuius Principes atque optimates a Regis amicitia temporibus maxime necessariis abduceres, et eorundem literas minaces, quae Regem permoverent, impetrares?

---

12) *La ligue du bien public.* 1465.

13) *Verum Geneva erat urbs libera quam duces Sabaudiae et episcopi sibi subiicere conabantur. Genevenses a.* 1526 *duce Besançon Hugues, a Bernensibus et Friburgensibus adiuti libertatem suam vindicarunt a duce Carolo III. Postea sane, reformatione facta* (1528—34) *ministrantibus Fromento, Farello et Vireto, episcopus Petr. de la Baume loco cedere coactus est.* (*Galiffe, B. Hugues* 1859. *Roget, les Suisses et Genève au 16e siècle.* 2 *t.* 1864.

14) *Affaire de la rue S. Jaques* 1557.

Appellarem hoc loco bonum illum Philippum Melancthonem, si superstes in terris adhuc esset, cum quo de tua in Regem offensione multa contulisti.[15]) At ille tam Regi amicus, quam tu infestus eras. Quid, inquit, Beza, aut quorsum tui tam importuno tamque periculoso tempore Regi solicito, curisque gravioribus suspenso facessunt negotium? Cum nihil in Germania promovisses, tamen ne impune [*fol.* 16] tuorum scelera Regis authoritas ulcisceretur, ab armis ad insidias, a minis ad convicia confugisti: ut quem telo adoriri non poteras, voce linguaque vulnerares. Testantur hoc venenata illa carmina de iuvene presbytero, molli foemina, de Anna, de Diana[16]) (utor enim tuis verbis, ne quid me putes comminisci) quae quidem tuis satellitibus spargenda, quasi hamata tela vibranda suggerebas. Quod quam non modo a Christiano doctore, sed ab homine barbaro sit alienum, haud dubie cognovisses, si quid modestia imperet, quid iura iubeant, quid Christus mandet, quid civilis hominum societas requirat, cognoscere unquam voluisses. Nescis, Beza, nescis non levius esse flagitium, famam hominum, nedum Regum et optimatum, maledicendo et calumniando depeculari, quam manus violentas illorum saluti afferre? quam pectus telo confodere? Lege Iurisconsultorum responsa de famosis libellis: lege in eam rem commentarios, quos nuper in Calvinum doctissime Balduinus scripsit:[17]) et si vis, quid Christiani deinde Caesares, quid Christus, quid apostoli censuerint, animo sedato considera: disces, ut opinor, non Christianum, sed Epicureum esse, ita security ferociter, ita aspere optimos quosque maledictis figere, praesertim cum de bona fama non minor quam de capite contentio suscipiatur. Postea Rex ille,[18]) cuius adversis successibus impie gestiebas, prosperis invidiose angebaris, ex hac vita in beatorum regionem migravit: cuius mors tam luctuosa huic populo, tam acerba sociis, tam barbaris etiam gravis exstitit, ut idem tumulus, qui corpus eius contexit, omnium gentium laetitiam, otium, concordiam simul obruisse videatur. At in luctu publico tui tamen intemperantius insolescunt, exultant: Regem dictitant iusto dei odio caesum, quod, ut hostes, Calvini discipulos persequeretur: imo parricidam,[19]) posteaquam sese vobis adiunxit, alterum huius seculi Paulum, et evangelii vindicem fuisse praedicatis. Iam habeo multa vestrae conspirationis argumenta: sed alia longe plura et firmiora occurrunt.

Quid enim commemorem nefandissimum quod Genevae iniistis consilium de Rege Francisco, qui paulo ante patri successerat, Regina uxore, Regina matre, et eius liberis, proceribus, bonis magistratibus, ad certum diem commodo loco per insidias trucidandis?[20]) Cuius crudelissimae, et post homines natos atrocissimae conspirationis te, Beza, ne quid mentiar, principem, Calvinum authorem, [*fol.* 17] Ottomanum[21]) subsignatorem, Spifamium[22]) suasorem, omnes Galliae praedones et lanistas conscios fuisse profiteor, praeterea (audi quemadmodum loquor) praeterea neminem insimulo. At Regi parcebamus: Regis consiliarios et gratiosos Principes tantummodo appetebamus. Credo, cum in Regis oculis et pedibus sicarii benevolos eius et fidos Proceres mactarent, iidem a Regis corpore manus sanguinolentas abstinuissent. Ad haec qui vobis potius Principes caedere liceat, quos Arcadius et Honorius Imperatorii Regiique corporis membra nuncupari et esse sanxerunt? Aut cur omnino Principes liceat, et eos potissimum Principes, quibus nemo unquam hostis fuit, quin idem Regi et Regno exitiosum bellum indixerit? Dico amplius vos non minus his, quam illis, quam Reginae, quam Regiis liberis, quam serenissimo Regi Navarrae, quam eius illustrissimis fratribus fuisse infensos. Testes sunt rumores, qui a vestris ubique contra eorum omnium, quos nominavi, existimationem et dignitatem serebantur, tanta verborum et conviciorum impuritate, ut de Peste, Furiis, Orco, Centauris, Chimaera, Cacodaemonibus, de totis denique Inferis turpiora fingi nequeant, quam quae in praestantissimos et sanctissimos huiusce Imperii heroas gutture patenti evomuistis. Sed illa praetereo ne vel castas aures offendere, vel minus temperanter ac verecunde vestram calumniam refellere, vel vestro more cogar loqui de Regibus et Optimatibus impudenter. Testes praeterea mendacii inexpiabilis sunt infiniti summa fide et constantia viri Germani, qui coram, quae indico, se non ab aliis audivisse, sed a vobis didicisse, cum necesse erit, verissime confirmabunt. Testes denique Sturmii hominis doctissimi, et in Germania celebratissimi lite-

15) *Contulit m. October* 1557 *Wormatiae et Heidelbergae* (*N.* 2762).

16) *Non occurrunt in Besae Poematibus variis Gen.* 1597. 4. *Dianam putamus famosam illam duorum regum Aspasiam innui.*

17) Ad leges de famosis libellis et de calumniatoribus commentarius Par. 1562. 4. — *Calvini Responsionem tibi exhibuimus Opp. T. IX. Sequuta est Balduini* Responsio altera ad I. C. Id. Iul. 1562.

18) *Henricus II.*

19) *Innuit Gabr. de Montgomery a quo rex vulneratus fuerat. Is postea relinquere aulam coactus Italiam et Angliam invisit, et ad sacra reformata transiit. A.* 1562 *in bello civili a parte protestantium pugnavit. Genevae eum fuisse aliunde non constat.*

20) *Coniuratio Ambosiana. Calvinum et suos ab hoc crimine se purgasse suo loco legisti.*

21) *de hoc adeas maxime Sturmii Philippicam N.* 3406.

22) *Hunc conscium fuisse merito addubitaveris. Vide de eo Le Laboureur ad Mém. de Castelnau* II. 49. *Popelinière f.* 138. 333.

rae,[23]) quae in nonnullorum nostrorum Procerum manus authoris signo approbatae pervenerunt, quae fortasse aliquando in lucem vestro capitis periculo et nominis probro emanabunt.

Hic te, Ottomane, excutere incipio. Scis enim ex cuius officina Tigris prodiit, liber certe Tigride parente, id est homine barbaro, impuro, impio, ingrato, malevolo, maledico dignissimus. Tu te istius libelli authorem, generis Francici propugnatorem, caedis bonorum machinatorem audes venditare? Tu longe adhuc atrociora quae brevi patere senties, in patriam moliri? Tu ex iis gloriam apud exteros aucupari? Tu fratribus, propinquis, omnibus denique tuis periculum [*fol.* 18] capitis arcessere? Non insto acrius, ne in te totam conspirationis culpam conferre videar, quem scio Genevensium concionatorum aculeis ad furorem fuisse stimulatum. Sequuta est deinde inopina Francisci Christianissimi mors,[24]) quae tantum coniuratis gaudii, quantum et bonis civibus moeroris attulit: tantum porro studii animique, quantum vita paulo ante facultatis viriumque detraxerat. Et sane vix sextus aut septimus mensis ab optimi Regis morte intercesserat, cum Beza gloriosum ab exilio in Galliam reditum meditatur,[25]) et infinitam factiosorum manum comparat, cuius adminiculo ad quietas huius Regni sedes vexandas connitatur. Itaque cum primum tu sedandae discordiae, et ut pollicebaris, Ecclesiae conciliandae arbiter adscitus Poyssiacum appulisti, simultatum scintillae, quae antea levius fovebantur, tuo spiritu excitatae, ad funestissimum incendium exarserunt. Cumque nostrorum Theologorum et Episcoporum rationibus obniti nequaquam valeres, tamen pertinaciter, ut tuae farinae hominum natura pervicax esse consuevit, in opinionum inveterata pravitate perstitisti: aequissimas pacis conditiones repudiasti: quin etiam quod in ornatissimo Reginae matris, Regis Navarrae clarissimorumque Procerum coetu, machinis argumentorum, quae illustrissimus idemque intelligentissimus Princeps et Cardinalis Lotaringus in te contorserat, deiectus concessisti, postero die inconstanter et malitiose revocasti: ex quo coetus ille frequentissimus re infecta dimissus est, ex cuius consensione perpetuam in Ecclesia concordiam, et Regno tranquillitatem deinceps fore sperabamus. Tu vero, qui publicam veniendi, at non remanendi gratia, fidem a Rege acceperas, nihilominus dulcedine soli Gallici illectus, vel etiam ambitionis impotentia totus aestuans, tete ostentare. Tu, cum amplissimi Episcopi singuli ad suas dioeceses rediissent, solus aulam occupare, in ea dominari, virusque, quod iam diu pectore continebas, ore furioso evomere perrexisti. Quid deinde egeris, aut quid consilii ceperis, aut quam insolenter et iracunde te gesseris, sigillatim exponerem, nisi memoriam istorum facinorum recentem adhuc Parisiensis populus teneret: quem si hoc loco testem appellavero (ut de caeteris huiusce Regni civibus, quos idem prae se ferre non est dubium, taceam) se graviora decem mensibus authore Beza pertulisse conquerentur: quam totis decem annis, quibus assiduis bellorum ignibus universus [*fol.* 19] orbis conflagravit. Nec tantum de privatis incommodis conqueretur, sed Regis sui maiestatem fuisse violatam, Senatum circumscriptum, leges contemptas eodem duce ac hortatore demonstrabit. Francicae Reip. perpetua consuetudo, et civium consensus Reginam matrem cum Rege Navarrae ad Regni procurationem, et quasi ad Regis ipsius, donec adolevisset, legitimam tutelam admittebant: Beza per suos procuratores postremis conventibus qui Lutetiae habiti sunt, Reginam penitus eiiciebat:[26]) Regi Navarrae comites consiliariosque[27]) adiungebat: quasi Rex sapientissimus sine illis gerere procurationem minus consulto posse videretur. Senatus consulto, quod erat mense Iulio incredibili Procerum et Senatus consensu conflatum,[28]) Beza ludum in Gallia aperire prohibetur. Ipse non ita multo post in aula, tum statim in civitate Bacchanal licentiae, fastidii, despicientiae instituit. Regio edicto, usus armorum omnibus interdicitur: Beza se et suos edicto solutos arbitratur, praetoriam sibi cohortem arcessit, cuius praesidio suorum audaciam muniat, urbem terreat, et se adversus legum et Senatus authoritatem vi armisque tueatur. Alterum Regis edictum[29]) ad intercludendas seditionum vias promulgatur: Ne quis alium vel verbo lacessat, ne imaginibus, ne templis manus sacrilegas inferat: Beza continuo divi Medardi templum praedatur,[30]) imagines deiicit, et quod meminisse horret, pretiosissimum Christi corpus impurissimis pedibus conterit: plebem, quae hoc impie factum luget, crudelissime a suis lanistis sauciari, sauciatam in vincula et carcerem rapi iubet.

Quae cum ita sint, audet nihilo minus se Regi obsequentem praedicare, qui Regia mandata pro

23) *Ergo tunc iam sparsae. Ex iis autorem sequentia sumpsisse patet.*

24) *Nonis Dec.* 1560.

25) *Bezam non sponte sed adscitum in Galliam rediisse ipse dicit. Condaeus, Admiralius et Parisiensis ecclesia eum m. Iulio advocarunt.*

26) *Absurdissima accusatio. Sane Reginae autoritas eo tempore Navarreni potentiae aliquatenus cedere videbatur. Sed hoc non Besae debebatur.* (*Rem ipsam etiam Languetus tradit Epp.* II. 111. 120.)

27) *Admiralium?*

28) *Edit de Juillet, Mém. de Condé* I. 42. II. 396 *ss. Haag, Pièces N.* 16. *p.* 47. *Soldan* I. 429.

29) 18. *Oct.* 1561. *Mém. de Condé* II. 520.

30) *N.* 3677.

nihilo semper duxerit: qui Regis clientes, Regiam urbem iniuriis omnibus incommodisque affixerit. Quid si alia eiusdem generis maleficia multa cumulavero, quorum nullum est, quod te coniurationis reum non arctissime constringat? Nescis lege Iulia maiestatis (cuius hodie usum multo etiam severius retinemus) capitale fuisse, ut quis leges ferret, disciplinam componeret, arcam (ut loquuntur Iurisconsulti) communem institueret, milites conscriberet? Quid si praeterea turbam factiosorum copias aeterno foedere tibi obstrinxisti? Quid si militiae sacramento pro tuis partibus contra Regias tuendis adegisti? Quid si huius urbis [*fol.* 20] Optimates, lectissimosque Magistratus ad caedem oculis designasti? Quid si percussoribus diem, quo caedes fieri deberet, constituisti? Quid si postremo nobiles aliquot ab observantia Regis abduxisti? Quid si Regis propinquum integerrimum Principem militibus et custodiis septum tenuisti? ut potius tecum, quam cum suis esset, compulisti? Quid si urbes invasisti? coenobia diripuisti? templa vastasti? templorum custodes ad aras mactasti? aliquot urbibus sacerdotes indigne multatos eiecisti? Quid si adhuc his atrociora in dies comminaris, agitas, machinaris? Adeone nos hebetes, aut omni iudicio sensuque captos putabis, ut de tuis perditissimis conatibus nihil aut suspicari, aut cernere valeamus? Longe vero tua opinione falleris, Beza, si ita de nobis iudicas, et te acrius ad perniciem Regni, quam nos ad salutem, vigilaturum confidis. Sileo quod permulti queruntur, obedientiam per te solutam, disciplinam perturbatam, vulgus ad pileum vocatum, iam in plerosque nobiles concitatum, homines nostros ad seditionem, confoederatos ad bellum solicitatos, caeteraque quam plurima hostiliter perpetrata, quae tute aliquando in iudicium pertractus audies. Non est quod diutius mentem tuam dissimules, quae iam pridem se prodidit: Galliam, quae mille et ducentis annis sub Regum imperio floruit, ad Genevae regulam et exemplum requiris, Reipub. novam formam animo concipis, in qua summum aliquem aut Tribunatum aut Dictaturam, assequare: in qua praeter te et aliquot tui similes, caeteri pari lege ac conditione, aequali etiam possessionum distributione, qualem inter fratres Christianos ais esse necessariam, teneantur. Itaque ut Ecclesiae sic et Regis authoritatem sensim convellere comparas. Is si quid tibi aut tuis mandat, iam non absolute parendum censes, conditiones obsequendi praescribis, imperandi leges dictas: si te oppugnat, habes semper in promptu quod excipias: aut nondum puberem, aut custodia conclusum, aut ab hostibus suis circumseptum, aut non recta neque sacris literis congruentia imperantem criminaris. Haec dum gnaviter et audacter, sed tamen scelerate geris, Calvinus e suo tripode reddit oracula, quibus te in horas quid agendum, quid metuendum sit, quibus rebus occurrendum, monet. Vestros exercitus[31]) literis consolatur, et ut forti animo esse iubeat, praedam instare pollicetur [*fol.* 21]. Ergo recte quidem officiorum partes ita inter vos distribuistis, ut quoniam ille senio morboque impeditur, consilia domi administret: tu, qui paulo es robustior, et in ludo gladiatorio iandudum exercitatus, classicum foris canas, et primos ordines aciemque ducas. Quid vero Ottomanus? Neque enim credibile est, eum qui inter principes conspirationis Ambosianae numerabatur, in extremo fabulae actu nullam personam sustinuisse. Imo nunc Aureliae reddit rationem,[32]) quam omni studio et ope contenderit, ut Germanos a Regis partibus, quas fidelissime fovent, ad vestras abduceret.[33]) Refert se primum eius rei gratia ad Electorem Palatinum divertisse, cum illo de Guisianis Principibus egisse, multa in illos artificiose confinxisse: hinc ad Landgravium, deinde ad Saxoniae ducem, tum ad Grombachium, Petrum Clarum,[34]) et singulos Regis stipendiarios, et Germanicarum suppetiarum praefectos, postremo ad duces Pontium et Wirtembergicum venisse, singulos separatim convenisse, prout dignitas personarum, locus et ratio postularent. Commemorat deinde, ut opinor, quemadmodum se magistrum libellorum supplicum,[35]) et in Germania Regis legatum falso[36]) esse venditaret, ut aureos stipendiariis montes pollicens, ut Principum animos assentatiunculis, confictisque rumusculis pelliceus et deliniens, si non quod intendebat, saltem quod e re conspirationis futurum sit, se sua industria et criminatione perfecisse, ut stabilitas amicitiae, quam inter Francos et Germanos utriusque gentis cognatio, perpetuum foedus, eademque humanitatis et morum similitudo contraxit, deinceps vacillet. Quod quamquam non est nobis metuendum, ab ea videlicet gente, quae constantiae ac fidei praecipuam laudem semper quaesivit, semperque adepta est: tamen velim vos (id quod leviter non sine causa praetereo) diu multumque reputare, quo tandem animo, vel quam potius gravi intestinoque odio in Regem et patriam raperetur, qui sociorum arma in Galliam commovere, et ad id, quod coniurati aperte indixerunt, teterrimum bellum impellere connixus fuisse, cum Germanorum optimatum literis, quas de toto negotio ad Principes nostros miserunt, tum

31) *ecclesias crudeliter vexatas, non copias armatas.*

32) *M. Maio Aureliae erat apud Condaeum. Mox in Germaniam profectus est protestantes ob arma sumpta excusatum* (*Dareste p.* 8).

33) *cf. N.* 3789.

34) *Grumbachianum capitaneum.*

35) *Maître des requêtes.* (*Dareste p.* 7. *Barthold* 337.)

36) *Imo falsum est quod iste dicit, nam revera missus fuerat* (*Rommel, Phil. d. Gr.* II. 587).

clarissimorum virorum testimoniis convincatur? Superest nunc ut, quoniam quae sunt a vobis per hosce annos ubique praeparata, in hoc tempus omnia eruperunt, ut amplius de consiliis, quorum exitum furoremque pertimescimus, dubitari [*fol.* 22] non possit, postremo de causa, quam defectioni turpissimae, tanquam fucum praetexitis, pauca respondeamus. Quanquam quae ratio subesse queat, ut vos in certamen cum Rege descendatis? ut in eius urbes arcesque hostilem in modum irruatis? ut admotis machinis eiusdem praefectos ad deditionem compellatis? ut denique hostium numero eos omnes habeatis, qui sartam tectam Regii diadematis maiestatem tueantur? Quamobrem nulla offensionis causa confingi potuit: ac ut aliquam potuisse putaretis, tamen iure disceptare, non armis vindicare deberetis. Quid enim tam alienum ab omni non modo religione, sed etiam simulatione religionis, quam vis? quam bellum? Quod porro tam iniustum bellum, quam quod a servis in dominum, a clientibus in Regem, nulla praesertim iniuria lacessitis, indignissime suscipiatur? Sed audio quid Beza causetur: Non in Regis caput, sed tantummodo in Principis Guisiani et Connestabilis, quos cane et angue peius oderit, perniciem, furorum tela intentari. Cur autem illos tantopere suspectos atque invisos sibi existimet, si Bezam rogetis, idem nimirum quod olim Fimbria homo furiosissimus, respondebit, qui Scaevolae ornatissimo civi, quem in Marii funere vulnerari curaverat, posteaquam comperit eum posse vivere, idcirco actionem dicitur intendisse, quod non totum telum corpore recepisset. An non est illi dicto atque facto Fimbriae tuum simillimum? Accusas clarissimos huius Regni Proceres; quid ita? quia de manibus tuis effugerunt: quia Regem opprimi, Regnum vastari passi non sunt: quia de utriusque salute ac dignitate contra importunos factiosorum conatus omni tempore non minus, quam de vita dimicarunt. Attendite obsecro (hic ego bonos omnes appello) quo tandem progressa sit, aut ad quos et quales viros effrenata istius audacia permearit. Principis Guisiani facta, hoc est Achillis Francici, cuius trophaeis hodie salvi stamus, florentesque vivimus, homo transfuga, et huic Regno Regique inimicus criminatur. Conestabilis, id est Francici Nestoris prudentiam insectatur, quae se toties in quatuor Regum difficillimis temporibus gravissimisque negociis ostentavit. O miseram conditionem non solum administrandae, verum etiam conservandae Reip. si quidem illud impune conceditur, ut heroum nostrorum praeclara facinora, cuiuslibet fugitivi maledicentissimo gutturi pateant: ut quorum victorias ac triumphos [*fol.* 23] nostri admirantur, socii obstupescunt, hostes pertimescunt, ab iis anteactae vitae rationem nescio quis quaesitor, veluti Virgilianus Minos aut Rhadamanthus, severissime exigat. Omitto illud quod, quasi Reginae consiliorum et arcanorum conscius particepsque fuerit, et intimos animi sensus perspexerit, de eius in Principem Guisianum et Conestabilem voluntate, de mutuis eorundem colloquiis, de simultatibus, quae nunquam fuerunt, quae nunquam esse potuerunt, nonnihil suo more ariolatur. Caeterum Beza bellum nefarium Galliae, quae quondam eius fuit patria, inferre meditatur: honestas pacis conditiones repudiat: placari non vult: ea tantum ratione flecti se posse profitetur, qua oves Aesopus in gratiam cum lupo rediisse festive fabulatur, si Principes Regiae salutis sceptrique custodes, procul ablegentur, si deinceps ipse Regi Regnoque universo vivendi regulam praescribat, si Regi pro suo arbitratu imperet quid illum consilii in posterum capere, quid cogitare, quid suscipere, quos Proceres et clientes secum habere, quos eiicere, quos complecti, quos odisse velit, denique si ex unius Bezae nutu omnium spes cogitationesque pendeant: quod cum impetrarit, et sensim suam authoritatem viresque confirmarit, tum demum, quod tandiu exspectat, se brevi consecuturum arbitratur, ut de medio sublatis omnibus quos Regii nominis fidelissimos et acerrimos vindices antea fuisse semperque futuros intelligit, ipse Galliam tanquam in dotali matrimonio sibi testamento legatam obtineat. Tu vero ut id aliquando efficias, ut suavissimum libertatis fructum Francico populo unquam eripias? ut ad servitutem adducas transfuga, proditor sperabis? ac non potius Christi iustissimum numen, Regis sanctissimum nomen, Reginae matris divinum iudicium, Regis Navarrae admirabilem providentiam, Optimatum vigilias, Galliae florem roburque perhorresces? Sic enim habeto, Deum immortalem, praecipua quadam benevolentia erga Francicorum Regum pietatem extitisse, indicia suae benignitatis perspicua et multa in his sedibus ab extremo impetu vindicandis edidisse, maiora etiam et illustriora in flagitiosissima coniuratorum manu procul ab aris sanctissimisque templis, et a finibus Imperii florentissimi, fortunisque civium innocentissimorum arcenda, brevi tempore editurum. Huc accedit Reginae matris et Regis Navarrae concordissima in Regni administratione voluntas, [*fol.* 24] singularis sapientia, incredibilis vigilantia, caeterorumque Principum et Optimatum (a quorum existimatione tam vehementer abhorres) studium et consensus, quorum omnium praesidiis circunclusus, et custodiis constrictus, aeternas tui furoris amentiaeque poenas, Dei hominumque iudicio, vivus mortuusque sustinebis.

3806.

ZERKINTES CALVINO.

Bernensium partes in praesenti discrimine declarat.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 112.)

A mon honnore pere et frere en nostre Seigneur Iehan Calvin ministre de l'eglise de Geneve.

Quoties ego ad te literas do de *Condensi* et nostra communi causa, non scribo ex animi mei sententia. Mallem enim meliora et faustiora. Res est prorsus ardua et anceps, quo fit ut magna contentione obtineri vix quidquam possit quod magnopere conducat. Non damno nostrorum conatum, sed belli gerendi tarditatem (ut tu quoque) accuso. Princeps *Condensis* sic temperat clementia iram et severitatem ut illa hanc paene absorbeat. Ab alieno abstinet rasorumque opibus parcit: suos exhaurit, qui quantumcunque conferant inter se numorum, nunquam Guisianorum rapacitatem aequabunt. Qui interea nostris nec parcunt, sed immaniter in eos saeviunt et opes publicas invadunt, ut sint numeris omnibus nostris superiores. Aut bellum capessendum omnino non erat, et de tyrannicidio tantum cogitandum, aut fortiter, et sine tanta anxietate gerendum. Videor plane mihi (nisi Dominus det meliora) in Germanicum *Caroli* V. bellum et nostrum Helveticum intueri.

Quid nostrorum promptitudinem remoretur non pigebit tibi declarare. Causam probant omnes cupiuntque ut melior pars vincat. Quod manum ipsi non admovere possint haec causantur: res in vicinia undique suspectas, plebis inopiam, stipendiorum incertam solutionem, principum et Germaniae civitatum altum silentium, Tigurinorum Basiliensium Schafhusanorum dissimulationem, itinerum difficultatem, in Condensia castra si proficiscatur exigua manus, pericula desertae patriae, si magna. Illa quoque ipsa legatorum et procuratorum nostrae patris [1]) expositio et ratio ad respublicas hoc negotium referendi multum offendit. Dum nunc ad arbitros confugiunt, mox militem in suppetias flagitant: quod nostri inclinantis iam belli argumentum esse interpretantur. Versant etiam hoc secum, privatas principum iniurias calcar fuisse belli: reginam et regem, quibuscum nobis pax et amicitia perpetua contracta, nullam hactenus significationem suae sententiae de hoc motu dedisse. Itaque suscipi bellum hoc a nobis sine perfidiae periculo non posse, quam minimo reginae nutu possemus evitare. Dices mihi: qui omnem pluviam timent nunquam etiam paenulati progredientur. Fateor, sed quis hos scrupos tam penitus insidentes oratione eximat? Ut aliquid facerent nostri haec erant necessaria, ut haberent vel hic vel e Germania socios belli, ne solis hoc onus incumberet, ut pacta et conventa esset stipendiorum ratio, metuque perfidiae qualicunque sed certa tamen reginae significatione, liberarentur. Haec quia difficilia obtentu, et quia sine his tamen confici nihil potest, iacet causa hic deserta. Itaque valde miror nostros tam segniter se in tentanda Germanorum voluntate gessisse, et tam religiose a sacrificorum iniquae partis opibus abstinere, ut iam nec belli socios nec stipendium habeant. Deinde, utcunque conclusa regina sit, per aliquam rimulam indicium voluntatis elabi potuit. Vereor ne initio hoc eis imposuerit quod numero imparem hostem maiores copias collecturum non putarent. Si res tam praecipiti consilio et subsidio non egeret per moram aliquid tentaremus. Spes enim esset non vana quosdam nos in belli consortium pertracturos, affulsuramque interea pecuniam belli nervum et animam. Sunt enim hae nostrorum voces, malle se domi quam foris gratis vitam profundere. Nosti vulgi ingenium. Si Lugdunum se tueri aliquamdiu posset, [2]) non despero de suppetiis Novocomensibus et aliquot nostrorum hominum qui se adiungerent. Fama pacis paene confectae, dum haec scribo, perstrepit, videnturque dubitare adversae partis suppetiarum duces, iter ingrediantur nec ne. Sed nunquam debet esse sollicitudo maior. Nobilis hic [3]) ad principem *Condensem* missus a nobis tecum de his rebus conferet. Fidus est, prudens, tritus in re bellica. Vale, et meam operam tibi semper esse in hac causa paratam tibi persuade. Bernae 16. Iunii 1562.

Tuus Zerchintes.

Postquam iacta est alea velim nostros innocentis sanguinis habere rationem, tyrannorum, et sacrificorum opum nullam. Nam sine stipendio friget bellum.

3806. 1) *Omnino legendum:* partis, *non vero:* patriae.

2) *cf. N.* 3804.
3) *Diesbachius.*

3807.

CALVIN A L'ÉGLISE FLAMANDE DE FRANCFORT.

Il est d'avis qu'il faut plutôt quitter la ville que de céder aux Luthériens. [1])

(Bibliothèque de la Ville de Francfort. MSS. Uffenbach. Vol. 5, p. 362 avec cette inscription: *Epistre de M. Jean Calvin au Ministre de L'eglise flamende à Francfort.* En effet la traduction latine que Bèze en a publiée Gen. 332, Laus. 636, Hanau 716, Chouet 457, Amst. 208, sans adresse, fait voir que la lettre est destinée à un individu, et la copie insérée au MS. 404 de Gotha, fol. 26, nomme explicitement Dathenus, avec cette adresse: *Francofurdi vel Heidelbergae* qui s'explique par ce que D. pouvait déjà avoir quitté Francfort, dans la pensée de Calvin, voir aussi la lettre du 18. Sept. Comme il y a des variantes telles que des deux côtés on puisse croire avoir l'original, nous pensons qu'il doit y avoir deux textes authentiques, le latin écrit pour Dathénus, et le français pour la communauté. Nous ne croyons pas que la traduction française ait été faite par Dathénus ou par quelqu'un d'autre qui se serait permis de faire des additions. Nous devons la copie du texte français à l'obligeance de M. le Dr. Steitz, premier pasteur de Francfort.)

Freres, Si j'eusse eu à la main quelque messager fidele lorsque je receu vostre premiere je vous eusse respondu tout sur le champ. Mais toute occasion m'estant eschappée j'en suis devenu plus tardif, ce que m'adviendroit derechef n'estoit que la vergoigne me pioquat. Toutefois vous excuserez la briefvete de mon epistre a la quelle me pousse la briefvete du temps. Les nouvelles de la triste dissipation de vostre Eglise sont venus jusques a nous, et de ma part j'ay de long temps bien preveu que les contentions de l'eglise Francoise ne prendroyent autre issue. Maintenant puis qu'il vous faut porter la paine des fautes d'autrui, je ne voi rien plus expedient sinon que les gens de bien et craignantz Dieu se disposent a chercher un autre lieu de retraicte. Je n'ignore pas combien ce changement sera faschieux et de grands despends et de combien des incommodites il est accompagne. Mais quand je considere pour moy la cruaute des adversaires, il n'y a difficulte sy grande que je n'aymasse mieux endurer. A mon advis j'estime que c'est le plus court et expedient. Que si la necessite en contrainct aucuns de demeurer ce sera une dissimulation par trop serville de presenter ses enfans au baptesme a ceux qui font profession d'estre ennemis de nostre Religion vrayement chrestienne et de taire ce que l'on croit de contraire. L'on voit asses clairement ce qu'ils cherchent de faire. A scavoir de triompher de la pure verité de la quelle par la grace de Dieu nous faisons profession. Et seroit ce chose equitable que nous leur tendions la main a leurs sermons a fin d'ayder fouler au piedt la verite de Dieu. Vous me repliqueres qu'entre eux ils ont le ministere ordinaire. Or que je ne dis rien de ce que la celebration de la St. Cene doit estre inseparablement conjoincte avec la celebration du St. Baptesme ce que quelque autre jugeroit a bon droit. Je vous diray que je ne scaurois faire si grande estime de ce dont ils se vantent tant qu'il ne faille bien faire plus de cas d'une sincere et entierre confession de nostre foy au renoncement de laquelle ils s'estudient d'attirer les vrais fidelles.

Chassons bien loins de nous tout respect des personnes, car je scay tres bien (Dieu merci) que la verite du sacrament ne despend pas de la dignite de celui qui l'administre: c'est bien une autre question que nous debattons, assavoir s'il est loisible à un fidele de recebvoir pour pasteur celui, qui ouvertement assaut et tache de renverser toute la verite de la St. cene, avec son droit usage et institution. Et qui volontairement se departe des vrayes Esglises de Christ. Et combien que je ne veuille pas si precisement et par le menu esplucher le tout, seulement je maintien que quiconque qui presente son enfant au baptesme des Lutheriens, doibt ouvertement et rondement faire Profession de ce qu'il sent de la St. Cene et tesmoigne qu'il est conjoinct de coeur et d'affection fraternelle avec toutes les eglises qui ont un mesme sentiment avec luy. Or [2]) je pense estre asseuré qu'ils ne vouldroient baptiser les enfans qui leur sont presentes a ceste condition que de sceler en eux par le baptesme ceste nostre foy et confession. Ne doibt on pas donc tenir pour traistre a la verite, celui qui par son silence ratifie et confirme cest orgeuil plain d'impiete Et ce divorce sacrilege d'avec les vrayes Eglises.

Je vous prie pardonnes à mes maladies et continuelles occupations que je n'espluche pas tout ce qui ce pourroit ici dire par le menu, joinct que je me contente de toucher sommairement la substance du faict. Je n'applique pas volontiers mon estude a desnouer toutes les scrupules qui se pouroient presenter.

Bien vous soit tres chers et tres honores freres. [3]) Le Seigneur vous regisse par son sainct Esprit, et vous soutienne par sa force invincible vous maintiennant sous sa saincte protection. Tous mes

---

3807. 1) *Réponse à N.* 3777.

2) *Au lieu de cette phrase le latin dit simplement:* Atqui hanc conditionem non admittent.

3) *Pro his latinum exemplar haec habet:* De miseris Galliae perturbationibus malo ut te alii doceant. Vale, eximie vir et integerrime frater. Dominus te *etc.*

compagnons vous saluent affectueusement, par l'advis desquelz je vous fay ceste reponse. De Geneve ce 18. Iuin. 1562.

Jean Calvin.

3808.

BULLINGERUS CALVINO.

Literis scriptis, novarum rerum rumoribus collatis et transmissis, maxime vero piis votis et orationibus, quum aliter non possit, rem publicam promovere studet.

(Autographon habetur in Codice eodem ac superiores Bullingeri fol. 436. — Simler Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo domino meo colendo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Desideratissimas tuas,[1]) domine honorande, domine colendissime et frater carissime, accepi per clarissimum virum D. Ioannem *Budaeum*, fratrem carissimum. Doleo vehementer innoxium cruorem sanctorum in Gallia tanta effundi copia, et oro Dominum ut ecclesiae suae misereatur, effundatque iram suam super eos qui nomen eius non invocant. Gaudeo rursus nostros alicubi iuvari a Domino, quem indesinenter rogo ut iusto auxilio liberet nos a malo, hostiumque copias fundat et atterat, si eorum misereri et eos convertere non vult.

De iis quae in mandatis das copiose de singulis colloquutus sum cum D. *Budaeo* qui referet. Breviter faciam summa fide et diligentia quod possum. Literas Herculi *a Salice*[2]) inscriptas hodie curavi diligenter misique Curiam Rhaetorum. Non negligetis Rhaetos. Si necesse sit, militem peritum et benevolum dare poterunt: sed in tempore, et priusquam desperatae et dissipatae sint nostrorum res, agendum cum illis. Postquam fortuna inclinare coeperit languescunt animi eorum quoque qui antea rebus nondum infortunatis alacres erant.

Ad *Hallvylerum*[3]) scripsi item hodie diligenter. Sed et ad D. Nicolaum *a Diesbach*[4]) eadem de re scripsi Bernam per *Budaeum*, hortans ut *Hallvylerum* urgeat. Est illi iunctus affinitate. Peto a *Hallvylero* ut, si quid possit, totum ad te negotium perscribat. Literas vero *Condensis* et *Amirallii* hodie curavi deferri Badam ad comitia Helvetiorum. Legatos nostros adhortatus sum ut impediant quantum possunt profectionem. Impediverunt hucusque. Iam vero dicuntur passim expandisse vexilla et cras profecturos: quod eis pessime cedat, Dominum oro. Vigilate, vigilate de Lugduno, prima cura est. Lugdunum cupiunt recuperare. Sunt ea de re multa et varia consilia. Ideo non libenter legi *Baronem*[5]) praefectum Lugduni profectum esse Valentiam. Ea de re nuper etiam ad te scripsi. Vigilate: Lugdunum iam spe devorarunt. Dominus protegat et servet Lugdunum. Oremus absque intermissione Dominum ut nos servet. Multa enim et magna instant pericula. Simus tamen fortes in Domino. In hoc vale, una cum fratribus et symmystis omnibus. Nostri omnes vos, te inprimis, salutant. Si quando ad *Bezam* scripturus es, saluta illum omnium nostrum nomine. Dominus ei benedicat et liberet ipsum a malo. Iterum iterumque vale. 19. Iunii 1562. Caetera *Budaeus*.

Tuus ex animo Bullingerus.

Dicet de literis *Ioan. Frider.* Saxonis ad senatum huius urbis missis.[6])

3809.

VIRETUS CALVINO.

Tradit ei quae de victoria quadam magna protestantium nuper accepit, pro tempore tamen non omnino certa.

(Ex autographo Cod. Genev. 111a, fol. 124. Exstat praeterea in Cod. 116, fol. 132, Bernae in Arch. Epp. VI. p. 1019, et ap. Simler Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino, et fratri et symmystae plurimum colendo.

Genevae.

3808. 1) *N.* 3802.

2) *N.* 3797. *Negotium hoc effectum non habuisse videtur.*

3) *cf. N.* 3802 *not.* 15.

4) *N.* 3804. *Factus est dux Helvetiorum.*

5) *des Adrets.* (*Hist. eccl.* III. 222.) *Arnaud, Prot. du Dauphiné* I. 127: Il quitta précipitamment Lyon pour revenir à Grenoble (2. Juin) sur la nouvelle que les catholiques s'efforçaient de reprendre le château de Miribel.

6) *Sine dubio de milite ab utraque parte per Germaniam conscripto.*

S. Arbitror meas literas,[1]) quas ad te misi proxima hebdomade, redditas fuisse. Etsi animus sit vos brevi revisendi, non constitui tamen ante hinc discedere, quam a vobis literas acceperim. Literae huc allatae sunt ex aula, quibus nunciatus est congressus nostrarum copiarum cum Guisianis, in quo Guisiani fusi et fugati narrantur, et *Sanctandreas* accepto lethali vulnere paulo post mortuus et *Damuilius* graviter vulneratus et captus, Guisius vero itidem vulneratus, non autem captus et rapta a nostris omnia tormenta bellica hostilis exercitus.[2]) Sed quia haec vera esse opto potius quam credo, nihil audeo asserere, donec certioribus nunciis haec nobis testata fiant. Audimus Matisconenses[3]) viriliter hosti restitisse et urbem obsidione liberatam. Hoc posterius quam certum sit, non sat scio. Nostri etsi tardius opem tulerunt Auricanis, hostem tamen suo adventu procul abegerunt et profligarunt. Missi sunt alii ad *Maugeronem*,[4]) qui dicitur Gratianopolim occupasse. Dominus brevi his turbis et tempestalitus finem imponat et suae ecclesiae misereatur. Hunc tabellarium medicum et mei hospitis consanguineum tibi commendo. Multam salutem dico collegis et amicis omnibus. Vale. Lugduni[5]) 20. Iunii 1562.

Tuus Petrus Viretus.

3809, 1) *De his Reg. du Conseil* 18. *Jun.*

2) *Haec omnia falsa. Cal. Iun. exercitus catholicorum ducibus Navarreno, Connestabili, Guisio et Santandreano Lutetia ad Montlhéry processit. Accurrit Regina et ducum utriusque partis conventum procurat discrimen in armis positum timens. Coeunt in Château-Gaillard media via inter Montlhéry et Aureliam. Frustra fundit lacrymas, nihil efficit. Catholici progrediuntur, novae fiunt induciae, iterum colloquuntur in Beaugency sine effectu, d. 27. Iunii.* (*Mém. de Condé* III. 481. 490. 512. *Hist. eccl.* II. 76. 92. *de Thou* III. 161 *ss.*

3) Ceux de Mascon en firent autant que ceux de Lyon, le 3 may et ceux de Châlon consecutivement. Ceux de M. abattirent aussi les images . . . . Tavannes (N. 3802 not. 11) se presenta devant Mascon le 3 juin. Mais ceux de Lyon y envoyerent le capitaine Entragues avec 100 arguebouziers et quelques pièces de campagne qui le repousserent (*Hist. eccl.* III. 223. 407).

4) Maugiron entra à Grenoble le 14. juin, des Adrets le reprit le 26. (*Hist. eccl.* III. 267. *Arnaud* I. 131.)

5) *Ménard, Nîmes* IV. 322: Viret arriva à Nîmes le jeudi 21. mai y prêcha les trois jours suivants et le 24 il y fit la cène. Il venait de Montpellier où il avoit exercé le ministère bien que la principale fin de son séjour eût été d'y rétablir sa santé. Voyant que sa présence n'étoit plus nécessaire il partit le 25 pour Lyon, dont il fut ministre quelques années (*Schmidtius, Viret p.* 50, *minus recte cum iam vergente Aprili Lugdunum abiisse dicit*).

3810.

PANCUS CALVINO.

Negotio sororis feliciter ad finem perducto exponit ecclesiae suae statum.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 155.)

D. Ioh. Carolo Passelio.

Franciscus Pancus D. Ioanni Carolo Passelio fideli Christi servo gratiam et pacem.

Quod soror nostra criminis suspicione liberata sit[1]) gratiam habeo primum Deo optimo maximo, qui salutem nusquam denegat iis qui sperant in eum quique fide sincera et toto pectore illum invocant. Deinde tibi tuisque symmystis quas valeo gratias ago, qui favorem, consilium et auxilium illi non denegaveritis, sed afflictam et tempestate prope demersam vestra consolatione recreaveritis ad salutis portum eandem reducentes. Pro hoc beneficio ego me multum vobis debere profiteor, qui me ea qua premebar anxietate vestra ope liberatum sentiam. Quod attinet ad ministerii mihi a vobis delegati functionem, integra sunt, Christi favore, omnia. Ab initio mensis Aprilis cum nobili probo et doctissimo viro D. *Gaucheriano* vitam ago, qui, ut est humanissimus, nostri misertus me in aedibus amplis quas conduxit recepit et secum esse voluit, et multis persuasit me suum esse adiutorem in instituendis adolescentibus, quos ille ingenuis disciplinis, pietate et optimis vitae moribus educat. Vixi igitur velut carcere liberatus et vinculis solutus toto hoc trimestri, liberius quam antea atque alacrius, et maiore cum fiducia delegatam mihi provinciam administravi. Qui commode nocturnis conventibus adesse non poterant non dubitant aperta luce nos adire, fingentes se aegrotam nostri hospitis,[2]) quae iam sesquiannum et amplius misera lecto decumbit, visere, aut aliquid negotii cum eo, aut nobilibus adolescentioribus[3]) eius discipulis habere: neque hinc absque spirituali pabulo fusisque ad Deum piis precibus abierunt. Hac occasione impii sinistre de nobis suspicari et loqui coeperunt, sed eorum sermones velut sagittas parvulorum contempsimus, et quidquid in nos moliebantur ludibrio habuimus, donec nobis relatum est Andium vineam ab apris sylvestribus et avibus agrestibus depastam, praeterea malevolos quosdam machinas struere nostro tam pio D. *Gaucheriano*, qui ad eius opes adspirant,

---

3810. 1) *Cf. N.* 3763.

2) *deest vocabulum* (uxorem? matrem? sororem?).

3) *sic.*

accepimus. Quam sint illi perditissimi fidei nostrae salutis hostes, truces, inhumani et crudelitate insignes, nihil necesse est ut multis verbis exprimam, quando ab harum nuncio, fratre nostro et fideli Christi ministro, D. *d'espoer*, commodius omnia accipies quam ego ullis literis assequi possim. Is gregem nostrum visit illique aeternae salutis alimenta ministravit, nosque in his temporum calamitatibus per mutuam fidem consolationem simul accepimus. Adfuit huic nostrae consolationi Burdigalencis* ecclesiae minister *Maserius*, qui matura fuga saluti suae consulere omnium suorum precibus excitatus cogitur. Ab utroque intelliges, ornatissime vir, quo in statu sint res omnium nostrum constitutae. Periculosa sunt omnia: placida quiete diutius hic frui posse diffidimus. Parari nobis insidias et armatos hostes in nos irruere certum est. Si igitur nos certaminis difficultas et imminentis tempestatis periculum hinc migrare compellat, in privata aliqua amicorum domo ruri nos latitare oportebit, donec per Dei clementiam pax ecclesiis restituta fuerit, aut alio me miserit princeps pastorum, ut gregi suo operam nostram collocem. Id quod vestro omnium concensu* et autoritate fieri cupio in gloriam Iesu Christi. In quo vale felix cum ecclesia tua pro qua assidue oramus, potissimum pro prudentibus ministris quos constituit Dominus, ut eam sacro pabulo reficiant. Dominus pro sua in omnes bonitate vos omnes diu nobis servet incolumes suoque spiritu et omni benedictionis genere locupletet. 20. Iunii.

3811.

HALLERUS BULLINGERO.

Novae disceptationis a Genevensibus moventur de ecclesiis ad utramque rempublicam in rebus ecclesiasticis pertinentibus.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 154. olim Scrin. B. Epp. Tom. 32. fol. 301. — Simler. Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Heinrycho Bullingero Tigurinae ecclesiae pastori fidelissimo domino suo honorando et compatri carissimo.

Zürich.

S. Sero tandem ex Badena accepi quas 9. Iunii ad me dedisti. Quae ego nunc habui ad fratrem scripsi. Is illa tibi communicabit. Unum his addere cogor quod me in primis angit. Genevenses enim in mediis hisce periculis his diebus ad nostros scribunt satis contemptim de privatis illis controversiis quas cum ipsis habent. Inter alia vero denunciant ipsis ut suis ecclesiis prospiciant, se quoque suas curaturos. Factum enim est hactenus ex quo Sabaudia a nostris occupata fuit ut propter commoditatem locorum aliqui Genevensium ministri in locis ad nostros pertinentibus concionati sint et vicissim nostri in locis ipsorum. Hanc communionem nunc ipsi tollere volunt et quod unum me et nostros omnes maxime torquet, inter alia hoc scommate utuntur, nostros ministros praedicare secundum reformationem nostram, ipsorum vero secundum verbum Dei. *Das bisst vnd vexirt die vnsern so übel*, ut nihil supra. *Also hat man gengs* [1]) *zschaffen und lat der kyb vnd nyd nit nach. Gott erbarm sich vnser, und bessere alles.* — — — — — — — — — — — Bernae 21. Iunii 1562.

Ioannes Hallerus
perpetuo tuus.

3812.

FARELLUS CALVINO.

Hic quoque quae ex rumore publico accepit in communem usum confert.

(Ex Cod. Goth. 405, fol. 111. Edidit Bretschneider p. 194. Post-scriptum solum Farelli manu exaratum est.)

Praestantissimo Christi servo Ioanni Calvino pastori ecclesiae Genevensis fratri et symmystae valde observando.

Genevae.

S. Pontificii milites hodie hac transierunt, quamvis ante dies aliquot omnia quae potui adduxerim ne id liceret, [1]) quum hi iugulum impetant principis valde infensi, quod tantum Bernates inviserit aliis praeteritis, et matrem etiam oderint, et quum summe adversentur evangelio, non tantum iis qui sunt in Gallia, verum etiam nobis extrema minantur: tamen nihil potui obtinere. Tantum urbem hanc pauci intrarunt. Quid nostri sint acturi non satis video. Verba multa audio, sed vereor

---

3811. 1) *i. e.* allzyt (*Simler*).

3812. 1) *m. Iunio Froelichius quindecim sua vexilla in Galliam deduxit; cives Bernenses enixe flagitarunt ut transitus iis negaretur. Sed Quinquepagici minabantur se aperta vi usuros.* (*Ruchat* VI. 490.)

ne tardius omnia fiant. Optabam et admonebam ut quam citissime, si quid agendum esset, id fieret. Video enim moram admodum perniciosam.

Ex hoc nepote *Triboleti*, [2]) qui istuc nuper venerat, omnia intelliges quae hic acta sunt. Utinam philotimia et philargyria non sint magno impedimento rebus bene gerendis. Optandum esset nos omnes magis pendere a Deo quam ab hominibus. Vale. Christus te et omnes pios servet. Neocomi 23. Iunii 1562.

Tuus Farellus.

Is qui has redditurus erat alio abiit. Verum hic omnia novit, et quae hodie audivimus de duce militum, qui hac transierunt tam libere quam si amici fuissent et pro evangelio militarent. Pergit is ad *Tavanum*, [3]) vicarium Ducis *Domalae* divioni. [4]) Rogavit in via, essetne soluta obsidio Matisconensis, et audiens solutam exsecrande deieravit: unde putant [5]) in animo habere expugnata ea urbe Lugdunum petere, ut eam praedant [6]) et pecuniam interceptam cum foenore accipiant, ut nonnulli milites, dum transirent, se facturos minati sunt. Verentur aliqui ne Tigurinum auxilium sit quod paratur, quod serius illis contigit. Christus omnia bene vertat. Iterum vale. 4. Iulii.

3813.

VIRETUS CALINO.

Bellici rumores iam minus gloriosi quam nuper, quanquam non omnino falsi. Ipse de sua valetudine queritur.

(Ex Cod. Goth. 405, fol 108. Edidit Bretschneider p. 192 qui exemplar illud autographon dicit, de quo nos dubitamus.)

2) *olim vexilliferi Bernensis.*
3) Tananam *Br. — Gasp. de Saulx Sr. de Tavannes (Dachsfelden) ad latus Aumalii gubernatioris Burgundiae. Postea Mareschallus creatus protestantium victor ad Moncontour fuit et caedis Bartholomaicae promotor. (Mém. de Tavannes ap. Petitot* 1re *Série T.* 23. *Barthold* p. 9. *Cf. N.* 3802 *not.* 11 *et* 3809 *not.* 3.
4) dicioni *Br. (Dijon).*
5) putes *Br.*
6) *sic et Br. Videtur autor in compendio scripturae errasse (quum* perdant *scribere vellet), nisi forte in animo fuerit scribere:* praedentur.

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino fratri et symmystae plurimum colendo.

Genevae.

S. Literae fere omnes ita ab hostibus intercipiuntur, ut vix ullae ab amicis scriptae ad nos pervenire possint, sed solae quae ab hostibus ad hostes mittuntur, quibus tamen confirmantur illa fere omnia quae nuper ad te scripsi, nisi quod hostium testimonio Guisanus exercitus fusus et fugatus non dicitur, sed tantum octo millibus gallicis retrogressus. *Tavanum* [1]) certum est a Matisconensi [2]) obsidione Cabilonem rediisse. Etsi raro [3]) ad nos amicorum literae perferuntur, coniicimus tamen ex hostium silentio, nihil ipsis feliciter successisse. Non enim tam diuturnum esset silentium si quas possent efflare glorias. Faxit Deus ut felicia omnia de nostris audiamus et nobis novi cantici materiam in ecclesia praebeant ad gratiarum actiones et divinas laudes decantandas. Lugdunenses nostri consistorii consilio et decreto hos nuncios et legatos ad vos miserunt de quibus causam legationis audies. [4]) Contendunt multae ecclesiae ut apud se maneam, quia non satis exploratum habent quam brevi omnibus futurus sim inutilis, nisi me Dominus clementer admodum respiciat. Falluntur plurimi, quibus videor corpore, praesertim vultu, paulo habiliore et vegetiore, sed interea velut atrophia quadam extremae corporis partes paulatim contabescere incipiunt et stupores magis asque magis augentur. Quo fit ut valde metuam ne ad prima frigora praesertim manuum officio destituar et totus lecto affixus manere cogar. Sed de his latius coram, si dederit Dominus ut ad vos brevi, ut spero et cupio, me conferam saltem ad dies aliquot, si alio remigrandum censueritis. Causas intellexisti quae me hic adhuc detinent. De multis valde sum sollicitus. Precor Dominum ut me huiusmodi sollicitudinibus liberet.

Quum has literas obsignare pararem, certioribus adhuc nunciis nobis confirmata sunt quae iam scripsi. Dux *Guisius* manuario tormento in femore vulnus accepisse fertur. [5]) Speramus brevi certiorem. Salutem multam dico collegis et amicis omnibus. Vale optime ac diutissime. Lugduni 24. Iun. 1562.

Tuus Petrus Viretus.

3813. 1) Tananum *Br.*
2) Mocticensi *id. (Vide praeced.)*
3) vero *Br.*
4) *Reg. du Conseil 27. Iun. suiv.* Lyon demande Viret *etc.*
5) *falsus rumor, cf. infra ad 17. Iul.*

3814.

BULLINGERUS CALVINO.

Quam olim unus cunctando restituit rem hanc nunc multi eodem pacto perdere videntur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 446. — Simler. Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo domino honorando et fratri meo longe carissimo.

Genff.

S. D. Maximo cum dolore audio et lego urbes praesidio nudatas subinde occupari et tot trucidari passim sanctos. Misere metuo Lugduno, propter quod semel et iterum ad te serio scripsi, compertum me habere, omnia hostium consilia eo dirigi ut occupetur et omnibus nostris terror incutiatur. Dixi item profecturos Quinquepagicos cum suis.[1]) Et quidem profecti sunt. Utinam vel non redeant vel per septem vias redeant. *Guysius* interim de concordia ineunda tractat,[2]) dum ipse sibi exercitum comparet validum. Ubi vero satis instructum se putabit, tum nostri demum experientur ad quid remorae illae fuerint institutae.

Scribit D. Augustinus *Maynardus*[3]) ex Italia, pontificem parasse 8000, quos mittat in Galliam contra principem ad exscindendos haereticos. Addunt alii *Ferrariensem* quoque parare copias quas coniungat *Guysio* et *Connestablio* Achitopheli scelestissimo. Literas inscriptas D. Herculi *a Salice* mature curavi, ac describam modo D. *Fabritii*,[4]) responsionem. Ita rescribit: „Valde mihi displicet nostrorum ita bene instructorum cunctatio, sed et omnibus quos ego quidem audivi viros fortes et rei militaris peritos. Cupis tu ut Rhaeti suum faciant officium. Urges fervide. Sed quid faciant ad quos nemo hactenus quidquam scripsit? Et quidem indignissime ferunt ita se praeteriri. Qui fit ut Ill. princeps *Condensis* nostros ita neglexit? Quum nostri vident ita se contemni indignantur. Saltem scriberet ad ipsos princeps: si nihil aliud, animos nostrorum sibi devinciret. Priusquam nostri Genevam eant et redeant, mensis erit. Interimne pii praeda erunt impiorum? Si quid potes apud D. *Calvinum* et *Bezam*, effice ut *Condensis*, siquidem opera indigeat Rhaetorum, mature scribat. Literas mihi creditas D. *Herculi* submittam. Cuperem illum ipsum progredi Genevam usque."

Haec verbotim *Fabritius*, quae te nescire nolui. Nondum respondit *Hallvylerus*.[5]) Vix dixero quam sim sollicitus ne diversum exeat institutum nostrorum quam velimus. Oremus Dominum ut ipse res moderetur.

Est non longe a nobis Baro D. Ulrychus Philippus *ab alto Saxo*,[6]) militiae peritissimus, qui nihil aliud vellet quam se vocari a *Condensi* principe. Posset illi signa aliquot adducere ex Helvetia. Caeterum metuo ne nimis sero haec tractentur. Dominus misereatur nostri et servet suos. Vale aeternum cum omnibus bonis. Salutant te fratres. Saluta D. *Budaeum*, *Ionvillaeum*, omnes denique fratres. Datae ipsa die Ioannis Baptistae, sero sub vesperam 1562.

Tuus ex animo Bullingerus.

3814. 1) *cf. N.* 3812.
2) *N.* 3809.
3) *v. d. m. Clavennae, Bullingero ab epistolis diligentissime familiaris, Hercule a Salis patrono usus, m. Iulio* 1563 *defunctus successorem habuit Zanchum.*
4) *v. d. m. Curiae Rhaetorum quam ecclesiam reformaverat.*
5) *N.* 3808.
6) *Stipendia meruerat sub rege Francisco I., verum nunc denuo in Galliam profectum fuisse memoriae traditum non est.*

3815.

SENATUS GENEVENSIS LUCCENSI.

Iterum instant ut decretum contra eos factum qui religionis causa patriam reliquerunt aboleatur.

(Ex Archivis Genevensibus. Lettres de la Seigneurie 1562 et 1563. Inscriptio est: *A Lucques.* Manus scribae, passim a Calvino emendata. Quae huius sunt tibi cursivis impressa exhibemus. Charta in margine lacera.)

Magnifici atque ornatissimi viri.

Redditum nobis est a *nuncio* nostro, quem ad vos cum literis miseramus, responsum, partim quidem gratum, eo quod vestram erga nos benevolentiam conservare videamini, de qua etsi non haesitabamus, iucundum tamen fuit eam literis vestris nobis confirmari: partim vero minus acceptum fuit quum praeter spem ac opinionem nostram viderimus vos quamvis iustis ac aequis postulatis nostris, quibus abrogari a vobis decretum illud, *cuius aequitas nondum ullo colore probata est,* Ianuario mense editum in quosdam bonos ac religiosos viros, in ius tutelamque nostram ideo quoque susceptos quod ex vestro essent genere, a nobis optari significabamus,

tamen satisfacere noluisse. Atque eo etiam aegre tulimus, quod tales nobis rationes afferri, quales literis vestris continentur, animadverterimus. Neque enim aliam quam verae atque sanctae religionis (quam isti ut conscientiae suae consulerent [*non*] ut quidquam detrimenti reipublicae vestrae libertati affer[*rent*] amplexi sunt) causam vestrae in ipsos indignationis ex p[*ublicis?*] decretis vestris satis liquido apparet exstitisse. Iam *satis nobis compertum est, nusquam criminis cuiuslibet*, nedum verae religionis causa, vel a iure ge[*ntium*] atque communi, vel a pontificio, vel etiam a singulorum principum [*atque*] civitatum statutis ac consuetudine talem poenam irrogari, nempe ut sica[*rii*] ad effundendum in alterius ditione sanguinem praemio provo[*centur*]. Vos quippe ipsi iudicate an alio[*rum*] principum ius ea ratione violetur vel secus. Certe id om[*nino*] a natura datum est, posse tuto in aliqua mundi parte de[*gere*]. Quod si qui sese mali in alicuius principis ditionem recipiant, eius est in ipsos animadvertere qui ibi a Deo in supremo gradu constitutus est: aliorum vero principum partes sunt eum admonere, ut tales pestes vel a suo coelo coerceat, vel uti decet eas puniat. Quae sane non ideo a nobis dicuntur ut vos alioqui sapientes officii vestri admoneamus, sed ut quid a vobis desideraverimus, quamque iusta postulaverimus, expendatis. *Oneratis quidem criminibus incertis, vel potius obscuris suspicionibus*, bonos viros, sed rationes non affertis nisi tales de quibus nobis aliter constet. Interim iura nostrorum civium sunt *oppressa*. Itaque pro vestra integritate ac mutua inter nos benevolentia vos iterum his literis rogare voluimus, ne diutius decretum illud nobis infestum permanere patiamini. Rebus namque vestris ac famae optime ea ratione consuletis, ansamque de vobis detrectandi ac in vestros homines resque ipsorum quidquam moliendi abstuleritis. Praeterea et nostram amicitiam magis confirmatam* iri existimetis, quae si aliter contigerit (quod non credimus), a vobis labefactata, *accidet forte*, etsi nobis dolentibus, *quod vobis utile non esset*. Atque de hac re postremo a nobis dictum sit. Nos certe meliora a vobis exspectamus, Deumque opt. max. oramus per Iesum Christum ut vestram incolumitatem atque amplitudinem indies magis ac magis conservet et augeat. Datum Genevae 25ª Iunii 1562. [1]

3815. 1) *Vide supra N.* 3725. 3765.

3816.

VIRETUS CALVINO.

Rogat ut opinionem suam de quibusdam ministris nunc Lugduni agentibus et variis suspicionibus obnoxiis edat et consilium quomodo erga eos procedendum sit.

(Ex Cod. Genev. 111ª, fol. 196. Sola subscriptio propriam Vireti manum prodit.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino fratri et symmystae plurimum colendo.

Genevae.

S. Ex quo postremas meas literas [1]) ad te dedi, nullus advenit certior nuncius. Haeremus adhuc dubii ut prius. Nunciantur quaedam de *Maugeroni* discessu a Gratianopolitanis, et de eius militibus caesis apud Sanctum Marsellinum. [2]) Sed an haec certa sint non satis compertum habeo. Nihil audimus paene nisi de reciprocis cladibus. Dominus propitius et clemens hoc regnum respiciat et ecclesiae suae de coelo opem afferat.

Habemus [3]) hic Antonium *Pinetum*, G. *Guerolдum*, et *Franciscum* qui uxorem duxerat matrem *Pomeraci*. [4]) Quales sint priores duo, tu satis nosti. Sed quia versipelles sunt et impudentes, antequam illos ad rationes advocemus, cupio tuum audire consilium et de iis doceri, quae illis iure obiici et de quibus facile convinci possunt. De tertio audivi aliquid de raptu mulieris quam pro uxore circumducit. Sed quia haec mihi non satis comperta sunt nullum adhuc feci verbum. Puto te audivisse qualem se Niduni gesserit in vestra vicinia, et qualis inde eius fuerit discessus. Horum te volui admonitum ut, si videbitur, tuo nos consilio et auxilio adiuves in repurganda hac ecclesia a pestiferis hominibus.

An adhuc apud nos alicubi lateat *Postellus* dubitamus. [5]) Si deprehendi poterit, non deerimus

---

3816. 1) *N.* 3809.

2) *Maugiron capta postridie Id. Iun. Gratianopoli etiam oppido S. Marcellin potitus est, quod tamen Des Adrets iam a. d. VII. Cal. Iul. vi recepit ibique trecentos supplicio affecit* (*Hist. eccl.* III. 269, *Arnaud* I. 134).

3) *Totum hoc comma in Codice cancellatum scil. ne prelo subiiceretur.*

4) *Ministros Lugdunenses eo tempore recenset Hist. eccl.* III. 216 *plures, etiam in Bullet.* XII. 482 *similis exstat catalogus, verum in neutro loco occurrunt haec tria nomina. An inter ministros omnino non veniebant?*

5) *Chaufepié nouv. dict:* Il envoya les livres qu'il avoit en France de Paris à Lyon, où ils furent pillés lorsque cette ville fut surprise par les réformés le 30. Avril 1562. Je ne décide rien sur le tems précis de son retour à Paris. Ce

nostro muneri. Cuperem multas ob causas vos primo quoque tempore revisere, si bona cum huius ecclesiae venia et satis tuto liceret. Nam multa habeo tecum communicanda quae malo coram quam literis. Interea me ad quemvis eventum paro divina nixus providentia. Scis quibus in periculis quotidie versemur. Sed beati erimus si causam tam piam ad extremum usque spiritum sustinuerimus, et nostro exemplo alios ad constantiam excitaverimus et confirmaverimus. Vale, vir clarissime ac mihi plurimum observande, cum collegis et symmystis omnibus fratribus carissimis. Lugduni 27. Iunii 1562.

Tuus Petrus Viretus.

3817.

LE SÉNAT DE GENÈVE AUX CONSEILLERS [1]) DE LYON.

Prolongation de congé accordé à Viret. [2])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie. Bulletin XXI. p. 73.)

Nobles et treshonorez seigneurs, Nous remercions nostre bon Dieu de ce quil faict profiter le labeur de nostre fidelle ministre et pasteur, Maistre Pierre *Viret*, en sorte que les povres brebis esgarees soient reduictes au troupeau: ce qui nous faict aussi acquiescer a vostre demande. Car combien quil seroit a desirer quil fust icy pour exercer sa charge, toutesfois voyant la necessite de vostre ville nous luy permectons si sa commodite le porte de sarrester la encores pour deux mois et semployer selon la grace que Dieu luy a donnee tant a instruire les povres ignorans qua confermer ceulx qui sont desia en bon chemin. Quant nous pourrions en plus grant chose vous ayder a ce que le service de Dieu soit deuement estably entre vous nous le ferions de bon cueur, comme aussy cest une des plus grandes ioyes que nous puissions avoir en ce monde quavec la voisinance nous soions conioinctz en saincte fraternite soubz lobeyssance de Dieu lequel nous supplions vous avoir en sa saincte protection, vous faire prosperer en tout bien, apres nous estre de bon cueur recommandez a vous. Donne ce 29e de juin 1562.

---

qu'il y a de certain c'est qu'il y était en 1563 et qu'il y donna de nouveau des leçons.

3817. 1) *de l'église.*

2) *Reg. du Conseil* 27. 29. *Juin.*

3818.

LE SÉNAT DE GENÈVE AU SIEUR DE BLACON. [1])

Même sujet.

(Archives de Genève l. c. Bulletin XXI. 74.)

Noble et honore seigneur, combien que la longue absence de nostre fidelle ministre et pasteur, maistre Pierre *Viret*, porte dommage a nostre Eglise, en sorte que nous aurions besoing quil fust bientost de retour, toutesfois voyant le fruict quil faict a Lion et la necessite qui est en une Eglise de telle importance et laquelle ne faict que naistre, nous avons bien voulu acquiescer a vostre requeste, cest quil puisse la demourer pour deux mois, remectant toutesfois le tout en sa liberte selon quil verra estre bon et utile pour le bien commun et que sa disposition le portera. Nous desirons en cest endroit et en tous aultres de vous tenir la main tant quil nous sera possible a ce que la vraye religion soit establie par dela et quant Dieu nous donneroit le moien de nous y emploier davantage il ny auroit point faulte de bon desir. Sur quoy, noble et honore Seigneur, apres nous estre de bon cueur recommande a vous nous prierons le Pere celeste vous avoir en sa garde et vous fortifier en sa vertu invincible. Donne le 29e de juin 1562.

3819.

BULLINGERUS CALVINO.

Tradit ei Hallwyleri opinionem de statu rerum et denuo instat ut Rhaeti adeantur, parati et non negligendi.

3818. 1) *Les renseignements sur ce personnage ne sont pas très précis. Arnaud* (I. 489) *nomme parmi les capitaines de Des Adrets un Mathieu de Forest Sgr. de Blacons, et un Hector de F. Sgr. de Mirabel; Haag* V. 134 *nomme un Jaques de F. Sgr. de Blacons et son fils Hector de F. Sgr. de Mirabel plus tard de Blacons. Le père doit avoir servi contre les protestants sous La Motte-Gondrin et ne s'être joint qu'après la prise de Valence* 17. *Avril* 1562, *à Des Adrets qui l'envoya à Lyon. Selon de Thou* (III. 222) *c'est Hector qui reçut cette Mission. D'après l'Hist. eccl.* III. 221, *le* 5 *mai, quelques heures avant Des Adrets arrivèrent à Lyon les capitaines Blacons et Condourcet avec leurs compagnies: Blacons fut fait lieutenant résidant à Lyon sous le gouvernement de Des Adrets. Mais cette source ne donne pas son prénom.*

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 437. — Simler. Vol. 105.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fideli domino suo colendo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Significavi per *Budaeum* nostrum, negotium mihi creditum agendi cum D. *a Hallvyl* me bona fide et mature expedivisse. Nunc quid responderit suis ipsius verbis recitabo:

„Cuperem quidem detrimento facultatum mearum, inquit, denique vitae periculo iuvare communem religionis causam et fratres per Galliam laborantes: verum non ignoras quam turpiter mihi nuper illusum sit a quibus nunc iubeor equites petere. Unde cum talibus de novo nova instituere consilia de re eadem grave mihi est. Malo alii quoque experiantur quam tutum sit huiusmodi credere hominibus. Si spes magnatum et piorum virorum non falleretur, quum isti vanis me pollicitationibus lactant et inconstanter mecum agunt, hanc aequiore animo ferrem iniuriam. Sed quid pluribus ago? Uno verbo quid in hac causa sentiam aut sperem significabo. Video Guysianorum versutiam unius aut alterius principis animum occupasse, per quos deinde alii dementantur, et impediuntur consiliis variis, ut nihil ab omnibus auxilii exspectem. Ac volo hoc mature illis significes quorum haec scire interest, ut in tempore ipsi prospiciant aliunde et ne inde sperent auxilia unde nulla consequentur."

Haec ille. Ac experior ipse etiam idolum Augustanae confessionis tam alte quorundam animis insedisse (quemadmodum nuper et *Blaurerus* noster scribebat) ut nisi ecclesiae gallicanae hanc adorent, nihil auxilii sint habiturae. Et si adorent, nihilominus non nisi maximis suis impensis parum sint iuvandae. Dominum unicum ecclesiae suae auxiliatorem oro ut ipse suorum suscipiat defensionem, quod illum omnino facturum scio.

Iam quantum attinet ad literas quas iubebas mittere in Rhaetiam ad D. Herculem *a Salice*, curavi per proprium nuncium illas perferri Curiam. Ac ita celeriter fideliterque expedita sunt omnia, ut ipse *Hercules* venerit huc sub vesperam 28. Iunii. Exspectavit hic biduum, sperans aliquem se inventurum Condensem nobilem. Vocavit ad se et Baronem *ab alto Saxo.* [1]) Quid cum eo contulerit nescio. Me tibi scribere iubet, se omnino paratum esse et exspectare nobilem aliquem a principe Illustrissimo *Condensi*, quocum agat de iis de quibus ad ipsum literas dedisti. Ac hodie rursus domum redit. Video multorum animos esse promptissimos, si modo Princeps mittat instructos pecuniis, qui serio agant eius negotium. Haec confestim significare volui ne quid ego negligam aut impediam. Interim fama fert nescio quid de victoria *Condensis.* [2]) Utinam vera sint. Tuas tamen exspectamus, per quas certo et clare intelligamus omnia. Famae tuto non credimus. Fac, mi frater, ut diligenter de omnibus scribas quae fiunt in Gallia, quo nos gaudii participes reddas, qui cum tristibus etiam communicamus, aut si quid adversum evenerit, ut ardentius precemur Dominum. Scimus et quanta sint tua negotia. Scribere poterit *Budaeus* vel *Ionvillaeus*, quos omnium nostrum nomine, ut et fratres alios, salutabis. Optime vale. Tiguri prima Iulii 1562. Salutant te fratres *etc.*

Tuus ex animo.

3819. 1) *N.* 3814.

2) *nulla fuit.*

3820.

BULLINGERUS CALVINO.

Vigilate: undique conscribitur miles. Ipse pontifex classicum canit.

(Autographon in Codice sequitur praecedentem, item apud Simlerum.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino domino et fratri suo colendo et dilecto.

Genff.

S. D. Certissimum est papam missurum grandem pecuniam, [1]) et petiturum 4000 Helvetiorum. Praetexit defensionem sui corporis et sellae, sed compertum est, usurum illo milite pro *Guysio.* Certissimum est aliquot centurias equitum Brunsvigicorum conscriptas esse, et a Comite Rheni, *Rhyngraff*, conscribi duas legiones Lanzknechtorum pro *Guysio.* [2]) Haec si nostri ignorant, moneantur in tempore omnino. Rursus inculco: Vigilate ne Lugdunum veniat in manus hostium. Vale. Festinantissime. Tiguri 3. Iulii 1562.

Tuus quem nosti.

3820. 1) *Cf. ep. Friderici Electoris ad Ducem Io. Fridericum d. d. a. d. III. Id. Iun. ap. Kluckhohn* I. 313.

2) *Legatus Sabaudi Lutetia scribit, prid. Cal. Aug.* (*Mém. de Condé* III. 575): Avant hier passerent par ceste ville 6000 Allemans que le conte Rhingrave conduict au camp, belles gens et bien armés. *De comite ipso v. Barthold p.* 398.

3821.

FABRITIUS BULLINGERO.

Rhaetos suos commendat quos non nisi serio et totis viribus in arenam descensuros affirmat si quidem requirantur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 109, olim Epp. Tom. IV. P. II. fol. 767. — Simler. Vol. 105.)

Amplissimo viro, eruditione pietate et humanitate singulari D. Heinrycho Bullingero ecclesiae Tigurinae antistiti vigilantissimo domino et patri suo in Christo colendo.

— — — — — — — — — — — — — — — —

Hercules *a Salicibus* nostris nescio quam spem fecerat adventus nobilis cuiusdam Condensis. Ita ad se a *Calvino* perscriptum affirmabat. Nunc videtur res in fumum abire. Si res nostrorum in Gallia salva est, gaudeo et laetor eos externo milite non opus habere. Si versatur in aliquo discrimine, lente nimis eam administrare videntur. Nostri essent promptissimi et paratissimi, ita ut optimus quisque et potentissimus sibi locum in hac militia exoptet: quod valde miror. Possum etiam hoc pro certo affirmare, Rhaetos in causa Glaronensi quinque Pagicis maiori terrori fuisse quam quisquam credat. Nunc videtur multum ad rem facere, et ad animos nostrorum plane a quinque pagis abalienandos, si nostri haberent aliquam partem in hac militia, *wäre darumb zuthund das die 5 ort sächind das nit alle wält sy fürchte.* Et quod magis est, *wen ein gewaltiger zug angienge wöltind wir dan die pfaffen in vnseren Landen sampt dem bischoff bald passiren heissen* etc. *Ich han aber den vnseren wol angehört das wo man nit ein gantz regiment begären oder doch zum minsten 1 fändli 9 so werdend sy nit willig syn, dan so sy züchend wöllend sy züchen das sy mit Gotts hilff ettwas stattlichs mögind vszrichten.* Quidest tu me edoce. *Ich schäme mich schier das ich anfangs ettwas davon geseyt.* Vellem denuo D. *Calvinum* de nostrorum voluntate edoceri, et ab illo rem ad *Herculem* et *Carlinum* perscribi. Tu scis *das die unseren sich hand wöllen waagen, ee man vtzid gewüsst was die Bärner zethun willens.* Timeo ne si nostri se negligi videant, hic ardor in indignationem convertatur. Mitto literas *Herculis.* Tu fac pro tua prudentia quod tibi videbitur. Si quid ad me rerum novarum, *Herculem* indies edocere possum. Cupimus scire quo loco res nostrorum in Gallia sint, ubi exercitus *Frölichii,* an pars caesa, an vere constet de clade Guysiaca. Nam video Genevenses non multos habere propitios apud Basilienses. Ab iis accusantur quod vana scripserint de hac clade. Id ex literis Basileae ad amicum scriptis intelligere potui. Si ergo res vera est, temerarii ii mihi videntur qui fratribus Genevensibus haec impingunt. Sed semper memini eos Lutheranos esse. *Kein böser Vogel singt ein gůtt Gesang.* — — — — — — — — — Curiae 3. Iulii anno 1562.

Tuus observantissimus
Io. F.

3822.

HOLBRACUS CALVINO.

Lutherani iam in eo sunt ut ipsum eiiciant et Zanchum eo adducant ut sponte abeat.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 124.)

Clarissimo viro et eximio Christi servo D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori.
Genevae.

S. De rebus gallicis ad te scribere non attinet, praesertim quum omnia quae ad nos perferuntur sint admodum incerta. De nostris igitur te admonere sat esto. Caeterum ad hunc modum se habent. Sperabamus posthac doctorem nostrum [1]) nobis aequiorem fore. Nam per menses aliquot visus est paulo mansuetior. Verum quasi post longam fatigationem resumptis viribus die 25. Iunii, quum pro more essemus in consessu ecclesiastico, coepit vehementius quam unquam turgidos illos episcopales spiritus efflare in me et Conradum *Hubertum.* Nam postquam iussisset nos ad tempus secedere et reliquis dare locum communicandi de quodam negotio nobis absentibus, et nos aliquantisper cunctaremur donec respondisset *Huberto,* petenti an suo ipsius solius nomine an vero conventus hoc iuberet, e suo loco surgens indignabundus, ut videbatur ex vultus pallore et labiis tremulis: Si, inquit, locum dare nolint, abeamus omnes. Itaque iam ad passus aliquot progressum interpellavi rogans, ut omnia inter nos fierent ordine et nihil praepropere. Abivimus ergo reliquis in conventu manentibus: qui post longam deliberationem id tandem constituerunt quod postridie illius diei per duos a conventu delectos nobis significari curarunt, nempe: Quum dissentiamus a reliquis in duobus praecipuis fidei articulis

3822. 1) *Marbachium. Cf. Schmidt, Zanchi, in Studien* 1859. *p.* 672.

de coena nimirum et de praedestinatione, ne posthac inter nos hac de causa exsisterent graviores contentiones, constitutum esse a conventu ut abstineremus ab illo consessu, donec controversia quae inter *Marbachium* et *Zanchum* pendet,[2]) coram senatu definita esset, ut tunc sciret utraque pars quid sibi agendum et quid consilii capiendum esset. Vides, observande pater, ut ἀποσυναγώγους nos facere conentur. Ante peractas nundinas propter iustitium remedium malo adhiberi non potest. Interea temporis ineundum est consilium. Non video quo spectet postremus hic tragoediae actus, nisi ad mei exauctorationem et totius huius ecclesiae dissipationem, nisi hunc barbarum furorem compescat Dominus. Putat enim noster excommunicator, subversa ecclesia *Zanchum* sua sponte hinc abiturum, quem non potest facile ea stante expellere. Nos quoque hic nostros patimur manes. Roga Dominum pro nobis et pro hac ecclesia. Vale, vir optime et pater in Domino observande. Argentorati. 6. Iulii 1562.

Gulielmus Holbracus tuus.

3823.

BULLINGERUS CALVINO.

Usque exspectatur ut Condensis tandem aliquando Helvetios requirat. Landgravius de concilii Tridentini recusatione scribit. Bremae duplex rerum conversio.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117b, olim Scrin. C. Epp. Tom. II. fol. 475. — Simler. Vol. 105.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo domino colendo et fratri carissimo suo.

S. D. Puto te accepisse meas literas quas ante aliquot dies scripsi [1]) ac Bernam misi, inde ad te per *Hallerum* mittendas. Significavi in illis quid responsi acceperim a nobili viro *ab Hallwyl*, et monui quae tunc mihi videbantur monenda. Interea indicatur pro comperto, papam petiturum 4000 Helvetiorum, quasi illis uti velit pro custodia sui corporis et sellae romanae. Caeterum ducentur et illi, sicuti prudentiores ominantur, in Galliam contra nostros. Si Galli pecunia missa duces sibi deligerent, et mature, dubium non est quin multo plures quam isti sint habituri milites. Proxima expeditione quinque Pagicorum pauci ex Durgavia et nulli ex nostris profecti sunt cum illis. Omnes enim *Condensi* et suis favent. Mirantur plurimi cur non petat et *Condensis* milites.[2]) Sed destituuntur nostri forte pecunia. Forte malunt militare suo quam peregrino milite. Quod et consultissimum esse videtur. Dominus adsit nostris et confirmet eos. Audimus vicisse nostros et fusos esse Guysianos. Varie id narratur necdum aliquid certi accepimus. In horas tuas exspectamus literas quibus plene explicentur omnia. De Helvetiis profectis sub *Frölichio* nihil auditur omnino.

Lantgravius hisce diebus misit ad me tabellionem cum literis: significat brevi coitura principum comitia, in quibus agatur de recusatione concilii Tridentini.[3]) Petit ergo a me audire quid urbes Helveticae evangelium profitentes ea in re constituerint et responderint. Existimat item necessarium esse, ut Helvetii evangelium profitentes suppetias mittant *Condensi*, siquidem papistici copias mittant *Guysio*. Inde occasionem accipio hortandi illum ut et ipse una cum principibus evangelicis suppetias ferant * *Condensi*, quum videant equites et pedites ex vicinia proficisci ad *Guysium*.

Scis Bremenses in summo versari discrimine. Eiectus est *Albertus* noster.[4]) Mox orta est seditio. Ea composita nostri coeperunt esse superiores. Migrarunt ergo inde ministri Lutherani. Mox bona pars senatus sequuta est. Insidiis urbem adoriri et

---

2) *Schmidt. ibid.* 658 *Cf. N.* 3678.

3823. 1) *N.* 3819 *sq.*

2) *Quae praebet Soldan* II. 52 *non satis vero consentanea sunt. Cf. etiam* 3789. 3802. *Kluckhohn* I. 317 *sq. et not. ad p.* 305. *Hist. eccl.* II. 88: Le triumvirat ayant envoyé en Allemagne Roquendolf et le comte Rhingrave pour recueillir des Rheitres et des Lansquenets, ce qu'estant descouvert par l'argent du Prince (*de Condé*) estant en Alemagne, il commença de sa part à preparer ce qui estoit requis pour lever aussi quelques bonnes forces de cheval et de pied pour le Prince, chose tres difficile estant requis que les Princes d'Alemagne fournissent eux mesmes gens et argent. Le Landgrave esmouvant tous les autres ils s'accorderent de prester voire de donner 100,000 fl. d'or avec capitaines et hommes . . . . *Quod ad tempus definiendum attinet ex locis laudatis colliges Instructionem a Condaeo Dohnae datam* (*Mém. de Condé* III. 498) *ad prid. Id. Maias referendam esse, Palatinum Cal. Iuniis respondisse, Cal. Iul. Condaeum Lud. de Bar in Germaniam misisse, a. d. XIII. Cal. Aug. Andelotum Heidelbergam venisse etc.*

3) *Cf. N.* 3784. *Iam Numburgi Principes* (*initio a* 1561) *concilii autoritatem se agnituros negarunt. Hoc anno m. Aprili iterum inter eos de ea re deliberatum est, et conventus primum m. Iunio Fuldae habendus in Septembrem remissus est* (*Heppe, dtsch. Prot.* I. 477).

4) *Hardenbergius d.* 18. *Febr.* 1561 *Bremam coactus reliquerat. Novus superintendens Sim. Musaeus gnesio-lutheranus hierarcha tam bene egit ut consul D. a. Büren eum dimitteret et ministros vetaret in Hardenbergium e suggestu invehi.* (*Spiegel, Hardb.* 329 *ss.*)

opprimere frustra conati sunt. Iam ergo miras, imo prodigiosas contra *Danielem* consulem et cives spargunt calumnias. Tandem etiam a camera imperiali Spirae proscripti sunt. Dominus liberet eos a malo. Scripsi festinanter nec relegi. Vale optime. 7. Iulii 1562. Saluta amicos et fratres. Nostri omnes te salutant.

Tuus ille HB.

3824.

ZERKINTES CALVINO.

Genevensium in succurrendis Gallis fratribus socordiam taxat et explodit. [1])

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 116.)

Genevensis ecclesiae pastori vigilantissimo Ioanni Calvino patri ac fratri in Christo colendo suo.

Nullis unquam senatus vestri literis ita sum commotus ut iis quas hodie in senatu frequenti legi, quibus de commeatu unius diei in tria circiter hominum millia ea desperat urbs, quam obsidionem integri anni laturam facile omnes iudicabamus, sine inopia victus. Quae si tanta nunc est, dissimulanda tamen erat, et quidvis potius tentandum quam ut vel simularetis vel serio proderetis inopiam. Proh Deus! qui cachinni sunt oborti permixto (ut fit) quorundam gemitu, Geneva ecclesiarum totius Galliae segete suam infoecunditatem confitente! Ego tibi libere dico me detrectaturum tributi pensionem vestro senatu exigente non fuisse, licet alieni sim imperii, tantum ne Geneva suam parcitatem in eos, qui vix magnis contentionibus, ut Galliae opem ferrent, missionem impetrare potuerunt, fassa esset. Neque nummis neque labori parcendum erat ne ista significatio contractionis erupisset, praesertim nullo vel damno vel detrimento vitam suam pro ecclesiis exponentibus annonam pretio empturis. Omnes omnium voces clamitant Genevenses id unum nunc cogitare, ut sine suo incommodo alienis armis quae ipsi concitarunt tuti vivant. Utinam hoc nobis diu liceat, et arma silerent potius quam tam frigide foverentur. Prudenti haec scribo et cui non omnia consilia probari scio. Si qui annonae inopiam causantes insidias veriti sunt, falluntur et fallunt. Signa enim ista Genevam non petunt sed hostes eius. Continere me, quin ista tecum stomacharer occupatissimo, non potui. Vale et me ama: ego quidem te vehementer diligo et observo. Bernae 8. Iulii 1562.

Tuus Zerchintes.

3824. 1) *Utiliter hic conferes Reg. du Conseil a* 5. *ad* 15. *Iul.*

3825.

FARELLUS CALVINO.

Agit de ministro nescio quo mittendo, item de ducibus ad iter se accingentibus sed nescio quo pacto impeditis. Farelliana luciditas.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 145, coll. c. Cod. 116, fol. 69, Epp. Bern. VI. p. 1020, et Simleri Vol. 105.)

Christi servo Io. Calvino ecclesiae Genevensis pastori, fratri et symmystae quam maxime observando.

Genevae.

S. Rogarunt nos ii qui collegerunt milites pro ministro. [1]) Alium non potuimus dare quam Sairariensem senem expertum rerum, sed non tam humanis literis tinctum, in pietatis doctrina non impurum, et qui non est ineptus ad admonendos iuvenes. Si senectus gravet virum, ut ultra progredi non possit, et ubi vires suffecerint, ut sublevetur, et si scribendum sit aut cum peritioribus agendum, fratres te rogant et collegas, ut *Chaletum* addatis ei, si vobis probetur non ineptus ad hoc munus, ne sine ministro sint manente fratre aut sine eo qui scribendo valeat et latio [2]) sermone quique doctioribus satisfacere [3]) valeat.

Magna alacritate duces incubuerunt in legendis militibus et in itinere arripiendo. Una tantum mora molesta his fuit, quam iniecerunt illi per quos multa impediuntur, quae oporteret diligenter curare. Si hos officii admonueris, frustra non feceris: te enim observant et summopere petierunt ut ad te scriberem, ut in albo piorum habeas et eorum qui tibi morem gerere student ex animo. Vale bene. Christus [*te*] servet et collegas omnes, cum piis, tum syndicis, senatoribus, tum toto sancto coetu. Fratres te et collegas salutant amanter et reverenter, quantum possunt maxime. Neocomi 9. Iulii 1562.

Tuus Farellus.

3825. 1) *Feldprediger.*
2) *lege:* latino, *ut habet Cod.* 116.
3) sufficere *Apogr.*

3826.

ERBIUS CALVINO.

Commendat Figonium Ecceranae ecclesiae nuper ministrum ab Austriacis eiectum.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 112.)

Praestantissimo simul et piissimo D. Ioanni Calvino maximo theologo et ecclesiae sanctae antistiti apud inclytam Gebennensium urbem fratri suo colendo etc.

Gratia filii Dei tecum. Amen. Diem Domini haud procul abesse loquuntur tot mundi conquassationes, malorum omnium colluvies, morum corruptelae et impoenitentia. Quid enim? Sonat quidem Christi vox apud Germanos, sed quotusquisque est qui vere Dei filium ex professo testetur? Tumultuatur ubique gentium. Apud tuos a latronibus et cardinibus romani Lycaonis et pontificiis mactantur Christi oves, haud secus quam ferae et pecudes. Ut video, cupiunt implere mensuram patrum. At sancticidae illi, etsi iam non e vestigio, olim tamen in die iudicii profusionem innoxii sanguinis gravissime depensuri sunt. Arbitror electis Dei nostri patere sacram ianuam regni coelorum. Proinde orandum enixissime propitium numen per Iesum Christum, ut suis inter tormenta tyrannorum tribuat constantiam patientiam et perseverantiam usque in finem quo salvi fiant.

En iam ad te redit D. Ioannes *Figonius*,[1]) fidelis Christi minister, qui ecclesiae Ecceranae in valle Alberthi in pietatis doctrina et integritate vitae sancte praefuit. Enimvero Satan bonorum adversarius omnem movit lapidem ut tandem per falsos solum nomine christianos tuo nomine male audiens criminabatur * esse Calvinista, quum tamen optimus vir nullius hominis iurarit in verba, sed unicam Christi doctrinam sinceriter ecclesiae proposuerit. Hinc eiectus est ab iniquis regiis austriacae domus satrapis inauditus. Eius proscriptionis et tragoediae, maxima pars est concionator germanicus Petrus *Hogerus*,[2]) qui suo abundans sensu arbitratur se coelum digitis attingere. Is etiamnum ille est qui D. Petro *Marbufio*[3]) piae memoriae, D. *Arnolpho*, D. Petro *Colonio*, ac tandem nostro *Figonio* negotium facessivit: nec tamen quisquam est qui huic dissidio medeatur: utrinque minis et calumniis a quibusdam certatur. Coguntur tamen Calvinistae, nolint ac velint, adversariorum criminationes audire, qui patienter iniurias ferentes vindici Deo committunt. Quare benigni Dei clementia continuis precibus exoranda, ne suae desit causae nec adflictae ecclesiae. Amen.[4])

Hunc ergo D. *Ioannem*, tametsi pretium operae non fuerit, commendo tuae fratrumque caritati in Domino pro veritate exsulantem, ut illum, quemadmodum facis, in Domino suscipias, foveas, illiusque sancti viri opera utaris ad Christi et ecclesiae emolumentum. Quum probatus sit minister, suo muneri procul dubio nullibi defuturus est, sed commissam ornabit spartulam. Hisce vale, frater in Domino carissime, et ora Dominum ut et me iamiam septuagenarium solita clementia a praesenti saeculo nequam liberet. Rursum vale, et salutabis tuos domesticos, symmystas ac piorum collegium. Dominus vobiscum. Rapoltisvillae 16. Iulii anno 1562.

Tuus tuissimus
Matthias Erbius.

3826. 1) *A.* 1561 *m. Oct. Renardo (i. e. Arn. Banco) successit a Petro Colonio Metis ad S. Mariam deductus. Mense Iulio vocationem sequutus est eccl. Badonvillers. Successorem habuit Nic. François (Drion p.* 19. *Cf. N.* 3640).

2) *minister Lutheranus.* (*Drion p.* 17.) *D. Rappoltstein decreverat, ut S. Mariae in templo* sur le pré (*Mattenkirche*), *non nisi germanice, Ecceriae gallice praedicaretur.*

3) *hic Ecceriae a.* 1560 *obierat et Bancum successorem habuit. Colonium ibidem ministerio functum fuisse Drion nescit.* (*N.* 3803.)

4) *Os. Schadaei Contin. Sleidani* I. 289: Zu Marienkirch enthielten sich etlich Frantzosen. So suchten auch die Widertäuffer und andre Secten daselbst in einem Bergwerk ihre underhaltung. Darzu ward in abwesen ihres ordentlichen Pfarrherrs P. Hockers ausz anstifftung Conrad Fincken eines entlehnten Predigers v. Mülhausen in d. Kirchen auf der Matten des steinere altar sampt einem Crucifix, dem Tauffstein und Sacramenthäuslin abgebrochen und hinweggethan. Als solches an die Regierung zu Ensisheim und von dannen an Kayser Ferdinandum selbst gelanget schriebe er den 5. Mayens ausz Prag an Egenolfen H. zu Rappoltstein . . . . Derhalben ist unser befehl das du die Secten sampt den Predicanten abschaffen und dasjenige was ausz d. Kirchen abgebrochen bey vermeidung boesers wider auffrichten wollst. — *ibid. p.* 300: Durch beschluss der Knapschaft wurde im Brachmonat der Altar wider an seinen ort gesetzt, womit sich der Landvogt zu Ensiszheim begnügen liess. Der H. von Rappoltstein aber erliess ein Edict wider die Sectirer.

3827.

BULLINGERUS CALVINO.

Suadet, urget, obtestatur ut aliquid fiat, nam undique conquiritur miles contra pios mittendus et bonae causae vindices usque cunctantur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30. fol. 439. — Simler. Vol. 105.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae ministro domino et fratri suo colendo et dilectissimo.

Genff.

S. D. Literas tuas, honorande et dilectissime frater, 6. Iulii datas [1]) mature accepi, ac indolui tanto tempore in vanum exsultasse pios, quum per te intelligo vana esse quae pro compertissimis habita sunt de victoria *Condensis.* [2]) Rursus ex eo consolationis aliquid accepi quod pro certo nuncias e literis Illustrissimi Principis ad Lugdunenses scriptis, [3]) pacem iam forte esse compositam. Utinam ea sit pia stabilis et iusta.

Quum autem has scribo commonstrantur mihi literae allatae ex castris Helvetiorum qui sub *Froelichio* militant, ex quibus intelligo, dolo malo discessisse *Guysium* et praetendisse pacem, quum aliud conatus sit efficere: adeoque Helvetios vocari Lutetiam, mandarique ut festinent. Quae si vera sunt, ut metuo, Dominum oro ut *Condensi* oculos aperiat, videatque nihil penitus agendum esse cum versutis istis latronibus, nihil denique eis esse fidendum. Utinam tam diu non conduplicasset impensas, et cunctatione opportunitatem neglexisset bonam. Verum orabimus Dominum ut is rebus prope desperatis succurrat.

Accepi hodie literas ex Curia et Clavenna. Salutat te D. Hercules *a Salice.* Suadent et urgent viri boni ex Rhaetia ut tibi diligenter significem, dominis, inprimis vero Illustrissimo Principi et *Amiraldo* significes ne negligant Rhaetos sed legatum mittant ad eos cum literis etc. Paratos enim esse Rhaetos mittere exercitum instructum. *Fabritius* in haec verba ad me scribit: „Metuo, si nostri negligi se videant, ardor quo incensi sunt in hac causa pro *Condensi*, abeat in indignationem. Facito tu quod tibi optimum videtur.“ Scribit item *Hercules*, Bononiae colligi militem a papa, [4]) qui mittendus sit in Provinciam. Monent alii viri boni, brevi a papa conscribenda Helvetiorum 4000 ex papistis, et nominantur aliquot duces. Ac certum est ex Immontanis aliquot fuisse Tridenti, et iam redisse domum ac iactare, *Madrucium*, Lazarum *a Schwenden* et comitem *ab Helffenstein* collecturos militem Germanum pro Sabaudo contra Gallos et Bernenses. Et huius generis multa commemorare possem ex quibus omnibus colligo moliri impios res magnas. Tempestivum itaque esset ut *Condensis* cum suis etiam rebus suis et suorum prospiceret. Spero te meas circa principium huius mensis de hisce rebus scriptas accepisse. Vale, una cum fratribus omnibus, maxime *Budaeo* et *Ionvilleo*, et pergite nobis diligenter et frequenter perscribere quid in Gallia fiat. His enim bene uti possumus. Tiguri 17. Iulii 1562. Salutant te fratres. Saluta nobis *Bezam* nostrum, qui unus periclitatur pro nobis omnibus.

Bullingerus tuus.

3827. 1) *deperditas.*
2) *N.* 3813. 3819. 3820. 3823.
3) *Non exstant in Mém. de Condé. Scriptae videntur pendentibus negotiationibus in Toury vel Beaugency.*
4) *Ruchat* VI. 515: Le pape resolut de lever 4000 Suisses et 3000 hommes de cavalerie allemande. Il envoya Nic. Gambara à Avignon avec 500 fantassins et 100 chevaulégers. Il donna de l'argent au duc de Savoie pour demeurer ami et s'opposer aux Huguenots au cas qu'ils voulussent faire quelque irruption en Italie. Il résolut de faire une ligue défensive avec toutes les puissances catholiques contre les intrigues des protestans en chaque pays. Ni l'empereur, ni le roi de France, ni le roi d'Espagne, ni aucun autre prince ne voulut entrer dans cette ligue. (*Cf. N.* 3820 *et Baum* II. 656.)

3828.

SENATUS LUCCENSIS GENEVENSI.

Denuo affirmant se edictum illud contra rebelles quos vocant promulgatum nunquam revocaturos esse.

(Archiv. Genev. Pièces hist. fascic. 1722.)

Magnificis Dominis Syndico senatuique Genevensi nostris observandissimis.

Quum putabamus vos acceptis literis nostris [1]) acquieturos nostramque satisfactionem accepturos, ac fore ut nobis amplius non instaretis de abrogando atque tollendo decreto in nostros rebelles edicto, ecce a vobis literae nobis dantur vij Kal. Iul. scriptae [2]) quibus, ut proximis superioribus efflagitatis ut id tollatur S. C. vel ita corrigatur ut fines tantum imperii nostri complectatur. Quod quum nullo modo sine offensione reipublicae ac libertatis nostrae, imo potius sine dedecore pessimoque exemplo fieri possit, aegre ferimus in eam nos necessitatem devenisse ut id iterum, quod facimus, vobis denegemus. Quare vos oramus atque obsecramus ut nostram accipiatis excusationem, et una credatis et pro certo habeatis nos, nisi iustissima intercessisset causa, id nunquam fuisse facturos. Quod si huic testimonio ut credatis adduci non potestis, at certe considerandum vobis est hoc nostrum factum iuri naturae esse consentaneum, quum isti nobiscum hic nati sint, tot annos

3828. 1) *N.* 3765.
2) *N.* 3815.

alti atque educati. Et si verisimile est et secundum naturam ut pater nunquam nisi maxima cum causa poena filium afficiat, credendum vobis est idem a nobis esse factum. Causae quibus id a nobis S. C. factum est singillatim non proferuntur quum id minime fieri conveniat, imo sit praeter morem et consuetudinem liberae civitatis. Id a nobis actum est quod est nostrae autoritatis legesque permittunt. Quod si alii magni principes, [3]) quorum imperium nostro comprehenditur edicto, iisdem acquieverunt rationibus quae vobis explicatae sunt, cur idem iis non sit faciendum qui sese iustitiae cultores profitentur? praesertim quum vestrum imperium sit exceptum, idque cum multis aliis liberum illis tutumque a nobis relictum sit. Et quoniam vos multa prudentia ac probitate praeditos esse putamus, et ob id omnia in bonam partem, ut par est, accipientes nos in numero vestrorum amicorum habituros, finem scribendi faciemus, vobis nostraque omnia offerentes atque commendantes. Valete. Lucae xij Kal. Augusti M. D. lxij.

Antiani et vexillifer iustitiae
populi et communitatis lucensis.

3829.

CONDÉ AU SÉNAT DE GENÈVE.

Demande de secours pour soutenir la cause de la religion et prière d'écouter Calvin à ce sujet.

(Archives de Genève. Pièces historiques. Liasse 1729. Souscription autographe.)

Aux magnificques Seigneurs les scindicques et conseil de la Ville de Geneve.

Magnificques Seigneurs, je me suis tousiours tant promis et asseure de voz bonnes volontez a lendroict des enfans de Dieu que vous ne seriez pour aucunement le desnyer voz puissances et facultez toutes et quantes fois que vous congnoistrez leur besoing le requerir quilz vous y vouldroient emploier et voz moiens le pouvoir permectre et comporter. Et sachant bien que vous nignorez poinct les troubles qui sont en ce Roiaume pour le faict de la Religion et comme de toutes parts les ennemys de levangille se sont eslevez pour ruyner leglise de Iesuschrist et sa pure doctrine, a quoy jl est necessaire de resister, je ne vous feray poinct autrement yci le discours comment les choses se sont passees estans assez congneues et notoires a ung chascun. Mais seullement vous prieray continuant les bons offices par vous tant bien commencez a ce coup vous emploier pour le secours de deca en ce que jay prie et que jescriptz presentement a Mr. *Calvin* [1]) vous fere entendre de ma part scelon que je suis certain qu'en avez et les moiens et la volonte Me remectant doncques sur sa discrette suffisance a la vous declairer [2]) Et a vous de le croire comme ma propre personne. Je ne vous en diray davantage Priant Dieu, Magnificques Seigneurs, [*vous*] conserver en toute vertueuse prosperite vous et lheureux estat de vostre Republicque. Escript a Orleans le xxiij[e] jour de Juillet 1562.

Vostre bien bon amy
Loys de Bourbon.

3830.

HOLBRACUS CALVINO.

Lutherani Argentoratenses vel ipsi senatui resistunt. Nova ex Alsatia superiore et interiore Gallia.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 125.)

Clarissimo viro et insigni Christi servo D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori.
Genevae.

S. Sperabamus fore ut restitueremur nostro loco *Conradus* [1]) et ego, posteaquam senatus noster quae sit sua voluntas de hac re per duos viros consulares die mercurii huius mensis 15 ministris significasset, nimirum ut nos nostro loco relinquerent et una nobiscum scholae professores vocarent, sine quibus posthac cautum est ne habeant suos conventus. Verum super hac declaratione voluntatis senatus habito consilio responderunt, se per conscientiam id non posse ferre ne videlicet nostra et professorum praesentia sanctuli illi boni contaminentur, et certe nisi mascule agat senatus, vincet tandem improba et pervicax episcopalis audacia.

---

3) *Rex Galliae et Senatus Bernensis, qui futilem Lucensium excusationem responso non dignati esse videntur.*

3829. 1) *cette lettre n'existe plus.*
2) *Il s'agit probablement d'un emprunt* (*N.* 3823. 3832).

3830. 1) *Hubert* (*N.* 3822).

Nam audio illorum esse novem, 6 scilicet pastores et 3 diaconos, qui cum suo episcopo facta coniuratione constituerint sua potius ministeria deserere quam defensionem suae causae.

Apud Vallem Marianam in *Figonii* locum suffectus est Nicolaus *Franciscus*,[2]) hac tamen lege ut articulos a *Colonio* scriptos approbarit, et fide data cum iureiurando et principi et consistorio solenniter promiserit, se observaturum quae in eis scripta sunt. Quod si fecerit ipsius opera non erit illi ecclesiae inutilis. Quum hoc intellexissem, scripsi ad eum literas in quibus illum admonui sui officii, amice compellans, quia existimavi plus apud illum effici posse lenitate quam asperitate.

Petrus *Fourneletus* pastor ecclesiae Catalaunensis[3]) iussu reginae matris (ut fertur) ecclesia et urbe pulsus est cum uxore et liberis. Ne Trecensi ecclesiae simile contingat veremur.

De auxilio germanico et quae sit spes ex *Dommartiniano* modo audies. Dominus conservet vestram ecclesiam et reliquas quae aliqua fruuntur pace, et protegat alias quae in praesenti versantur periculo. Vale in Domino, vir clarissime, et nostri in tuis precibus memineris. Argentorati 28. Iulii 1562.

Gulielmus Holbracus tuus.

3831.

FARELLUS CALVINO.

Nomina et negotia in scenam producit sueto more ut vel quid sibi velit haudquaquam perspiciamus.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 146 coll. c. exempl. Turretini 108, fol. 141, Epp. Bern. VI. p. 1020 et Simleri Vol. 105.)

Quam praestantissimo Christi servo Io. Calvino pastori ecclesiae Genevensis fratri et symmystae in primis observando.

Genevae.

S. Qui literas tibi reddidit est is advocatus noster qui consilio et viribus valet. Quum non redierit coniicio eum cum aliis profectum fuisse. Christus omnes servet efficiatque ut pure omnes Dominum serviant. Mora supra modum molesta fuit, quae tam multis perniciem attulit. *Moventius*[1]) mihi valde placuit, qui mox mox * impetendum hostem invocato Domino censuit et obtinuit solus. A sanguine, ubi victoria praesens erat, abstinuit et prorsus a praeda, quamvis alii indigne ferant, praecipue qui *Flassano*[2]) viam fecerunt qua elapsus est.

Non dubito quin exhaustae sint ecclesiae. Nam quomodo fere * potest tam longo tempore tantus exercitus. Sed quod aliquibus contigit ecclesiis multo est calamitosius. Pater quam clementissimus suos servet faciatque ut passim Christus regnet et omnis impietas e medio tollatur, sine bello gladio et sanguine, et ut templum aedificatum fuit nullius mallei securis aut instrumenti ferrei audito sono omnibus probe apparatis, ita suam aedificet ecclesiam multa pace.

Quae accepimus de principe et matre[3]) collega referet, et ut res nostrae habent. Molestum mihi est quod me relinquit,[4]) quamvis parum aut paene

---

2) *N.* 3826. *not.* 1. *Olim in ipso oppido S. Mariae sacerdos pontificius fuerat. Nuper ad sacra ref. conversus Figonio successerat d.* 27. *Iul. postquam pollicitus est se articulos disciplinae a Marbufio conscriptos et a Domino sancitos observaturum* (*Drion p.* 19).

3) *N.* 3519.

3831. 1) Antoine et Paulon de Richieu, seigneurs de Mauvans, dits de Mouvans, nés à Castellane en Provence d'une bonne famille, mais pauvres. Après avoir servi sous François I. et Henri II. ils retournèrent chez eux après la paix de Câteau-Cambrésis. Ayant embrassé la réforme ils la propagèrent à Castellane. Les catholiques fanatisés assaillirent leur assemblée. Le parlement d'Aix commença un procès contre eux. Dans un voyage qu'il fit à Draguignan pour se concerter avec les protestants sur les moyens de défense Antoine fut massacré le 23. Oct. 1559. Paul demanda justice à la cour. Il fut élu chef des protestants de Provence en 1560. Des négociations amenèrent un temps de tranquillité. Néanmoins les embûches dont il se vit environné l'obligèrent de se retirer à Genève. Il rentra en France au commencement de 1562, assista à la prise de Barjols le 6. mars et se mit au service de Des Adrets. Avec Cipières il amena des secours aux protestants de Provence commandés par Beaujeu de Bourgogne et retirés à Sisteron sur la Durance. Au moment où Farel écrivait cette lettre il y était assiégé par Sommerive le chef des forces catholiques. Ayant épuisé ses munitions et provisions il abandonna la ville et conduisit ses troupes et une partie de la population à Lyon. Il resta un des plus vaillants chefs des protestants jusqu'à ce qu'il perdit la vie dans le combat de Messignac 1568. (*Lambert, hist. des guerres de religion en Provence* I. 85. 165. *etc. Hist. eccl.* I. 172 *et passim T. III. passim. Haag* VIII. 434.

2) *Durand de Pontevès, Srg. de Flassans, consul de la ville d'Aix, choisi pour chef par les catholiques de Provence.* Homme rude d'aspect, menaçant et cruel, oultre qu'il avoit dilapidé et consumé presque tout son patrimoine qui n'estoit mediocre en luxe et desbauches desordonnees (*Nostradamus, hist. et chron. de Provence p.* 170). Homme capable de compromettre toutes les causes par son enthousiasme farouche, sa dureté, sa violence et son fanatisme, que ne tempéroient ni une intelligence cultivée ni les sentiments tendres de la famille. (*Lambert l. c. p.* 121.) Homme d'esprit mutin et vicieux en toutes sortes (*Hist. eccl.* I. 894) *cf. N.* 3737.

3) *La douairière de Rohan, marquise de Rothelin et Léonor duc de Longueville.*

4) *Cf. N.* 3695. *Arnaud, vir doctissimus, Libertetum fortasse iam a.* 1561 *abiisse putat. Ex h. l. constat eum demum aestate* 1562 *Neocomum reliquisse. Queritur Farellus*

nihil ageremus, et gratuler ei successum, qui dum recordor facit ut desiderem in opere esse ut fui apud nostros. Nam tunc mihi videbar vivere. Quid nostro non evenit *Vireto* in tam insigni et ubere fructu? Sed tu et domi es, domi et foris ita agis ut te etiam indies vincas. Christus magis magis * in omnibus opus suum absolvat. Ego solus repo et tantum non retrogredior. Conficerer prorsus nisi aliorum bona efficerent ut mea non sentiam mala, et ita gaudeo super tanta benedictione Domini, ut paene sim sine dolore super iis quae me hostiliter et multa vi cogunt retrocedere. Spero Dominum facturum ut, quemadmodum istic suos hostes Dominus confecit, ita et hic sit facturus. Principis mater nobis aderit, ut recepit, et tu non deeris. Vale, mi frater omnium carissime, et quod semper facis perfectius absolve. Omnia in te Dominus adaugeat dona et quam absolutissime omnia perficiat in gloriam sui nominis et omnium ecclesiarum plenam instaurationem et consummatam aedificationem, ad quae te diu servet incolumem. Cupio collegas omnes salvos, et quidquid est piorum. Fratres te salutant. Quam expetierit uxor ut te salvum esse iuberem, non vacat nec possum scribere. Quid? nihil est domi quod te non optet salvum. Neocomi 3 Augusti 1562.

Tuus totus Farellus.

3832.

BULLINGERUS CALVINO.

Condaeus a Turicensibus pecuniae summam mutuam cupiens suscipere repulsam tulit. Interim ipse nihil facit, adversarii autem non dormitant.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30. fol. 440. — Simler. Vol. 105.

Clarissimo viro D. Calvino Genevensis ecclesiae ministro fideli domino colendo et fratri carissimo suo. Genff.

S. D. Tristem admodum me reddiderunt literae tuae,[1]) per Conradum *Sulcerum Alberti* mercatoris ministrum missae. Principio quidem propter pecunias,[2]) quas princeps a nostris mutuo sibi dari postulavit. Non enim dubito male interpretaturos, qui inopiam nostram ignorant, quod summa postulata non est adnumerata. At rationes antea vere tibi exposui, cur nostri non possint. Aliud addere non possum. Deinde affligit me supra modum graviter, quod scribis de Bernatibus.[3]) Speraveram illos sibi amicos paraturos illa expeditione, qua bonam Helvetiae partem graviter offenderunt. Sed intelligo, nullam eos apud vos atque Gallos gratiam iniisse etc. Ex ministro item mercatoris intellexi, maximas *Condensis* copias Aureliae inclusas nihil facere, et impensas conduplicare. Aiunt alii militem fessum et longa mora fractum se subducere sensim. Dominum oro, ut ipse negotium recte dirigat. Tu existimas Papam vexatum a Turcicis triremibus non posse bellum gerere in Gallia. Ego vero hodie literas accepi a D. Hercule *a Salis*,[4]) qui pro comperto narrat, Pontificem paravisse peditum 7000, equitum 1000. Praeterea Comitem Ioannem *de Angosciola*[5]) 3000 peditum duxisse ex Mediolano et Placentia Ienuam, inde proficisci recta in Provinciam, atque ibi exspectaturum Pontificis exercitum, qui mox sit sequuturus. Haec nolui nescires.

Comitia Heremitana sunt finita, ac res nunc periculosiores ac deteriores sunt, quam antea. Dominus protegat fideles a malo, et roboret spiritu suo sancto. Vale una cum omnibus symmystis et fratribus. Dominus adsit nobis omnibus. Nostri te salutant. Augusti 7. 1562.

Bullingerus tuus.

3833.

ANDELOT A CALVIN.

Note sur ses négociations en Allemagne. [1])

(Bibliothèque Tronchin. 'Orginal avec souscription autographe. Bulletin XVI. 162.)

A Monsieur Calvin a Geneve.

---

de eius profectione et tamen ipse proficisci cupit, imo nuper profectus erat vir quiescere nescius.

3832. 1) *deperditae.*

2) *cf. N.* 3823 *et Dareste in Revue hist.* 1876 II. *p.* 37. *Hotomanus, Dohna, Porcianus, S. Martin et Andelotus in Germaniam missi sunt ut milites et pecunias conquirerent. Centies mille floreni mutuo dati et sumpti sunt a principibus maxime Landgravio et Wirtembergensi.* (*Kluckh.* I. 338.)

3) *N.* 3824. *Reg. du Conseil* 9. *Iul. et seqq.*

4) *N.* 3827.

5) *l. Anguisciola.*

3833. 1) *Voyez Hist. eccl.* II. 135 *suiv.*

Monsieur *Calvin* iay repceu la letre que m'aves escripte datee du 23e de Iuillet[2]) dernier et bien entendu tant ce qui est cause que les gentilzhommes de pardela ne sont venus me trouver que toutes aultres choses y contenues dont ie suis tresaise. Ie ne m'amuserai pour ceste heure a vous escripre beaucoup de choses seulement ie vous veux asseurer que mon voyaige par deça n'a point (graces a dieu) este inutile et que nous avons grande occasion de le louer et remercier. Au reste maniant les affaires de pardeca i'ay congneu quil est fort utile que Monseigneur le prince de *Conde* et aultres des principaux Seigneurs qui sont pres de lui et de son conseil facent dresser par escript une confession de foy[3]) pour la presenter par personne notable signee de leurs mains a l'empereur a Messeigneurs les electeurs et aultres princes et seigneurs de la Germanie au lieu de Francfort ou ilz se doibvent trouver en grand nombre le 20 d'octobre prochain[4]) et dautant que il ne se peult faire, (comme tresbien scaves) qu'en une si grande assemblee il n'y ait diversite d'espritz ie vous prie bien affectueusement de vouloir mettre la main a la plume pour dresser ladite confession de foy en sorte que (l'honneur de dieu et la purete de levangile preferes) les oreilles de tant de grandz princes et seigneurs n'en puissent estre offensees. Laquelle faicte et plus succincte que vous pourres vous l'envoyeres a mondit Seigneur le prince et a Monsieur ladmiral lesquelz cependant seront amplement instruictz des raisons qui me mennent a ce faire. Tenes c'est affaire secret.

Monsieur *Calvin* ie me recommande de bien bon cueur a vostre bonne grace et prie Dieu quil vous augmente les siennes sainctes. A Eslingen ce 11e d'aoust. 1562.

Vostre bon amy
Andelot.

---

2) *perdue.*

3) *Voyez T.* IX. *p.* 753. *et Prolegg. ibid. p.* 60. *Colladon p.* 101. *Elle devait être présentée à l'Empereur et aux Etats d'Allemagne à la diète de Francfort. Mais elle ne put arriver à son adresse à cause des mouvements militaires.*

4) *La diète ne s'assembla que le* 24. *Nov. pour l'élection du roi de Rome Maximilien.*

5) *Kurf. Friedrich an Hz. Christoph* 20. *Iul.* (*Kluckhohn* I. 318): Der Herr v. Andelot ist am 19. in Heidelberg angekommen mit einer an alle Chur- und Fürsten der A. C. gerichteten Credenzschrift um eine Hilfe von 2—3000 Pferden entweder ohne Fussvolk oder mit ungefähr 6 Fähnlein [1800] Knechten zu gewinnen. Weil er den Hz. Christoph nicht sicher zu finden wusste so ist er zunächst nach Hessen abgereist um weiter nach Thüringen und Sachsen zu ziehn und dann seinen Weg über Stuttgart zu nehmen. *Cf. ibid.* 324, *où l'on apprend par une lettre de l'Electeur du* 9. *Août que d'Andelot était revenu de Cassel à Heidelberg et s'est rendu de là auprès du duc Christophe, sans avoir encore d'argent. Voyez aussi Hist. eccl.* II. 135.

3834.

HALLERUS BULLINGERO.

Castalio professor creatus est a senatu insciis et inconsultis theologis. Qui quidem nihil certi habent quod contra illum proferant, sed omnem lapidem movere parati sunt ut eum abigant antequam venerit.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 106, olim Epp. Tom. II. fol. 905. — Simler. Vol. 105.)

Clarissimo viro D. Heinrycho Bullingero Tigurinae ecclesiae pastori fidelissimo domino suo et compatri observandissimo.

S. Quid scribam aut unde ordiar nescio, ita totus commotus sum. Incipiam tamen ab illo quod me nunc maxime movet. Heri insciis nobis omnibus *Castalio* huc venit, an a senatu vocatus, aut ab archigrammateo[1]) tantum nostro nondum cognoscere possum: adeo mihi res adhuc nova est. Hodie etiam, dum nesciremus quid hic ageret, et suspicaremur ipsum forte in his canicularibus animi gratia ita peregrinari, senatum ingressus est. Et ut nunc audio (nam modo me convenit) ab ipsomet, confirmatus est in professorem Lausannae, modo missionem a Basiliensibus impetrare possit. Facta haec nobis omnibus insciis et nescientibus. Quis tamen ista composuerit facile aestimare possumus,[2]) nec tam indignitas rei nos movet quam dolus iste, et quod praeter morem communem ecclesiae nostrae ad nos non sit missus, neque ipse quoque prius nos salutaverit. Alloquutus est me modo et haec exposuit. Ego vix me continui quin erumperem in illum: malui tamen differre donec communiter quid facto opus sit consultatum fuerit. Hoc nos impediet maxime (nam alias puto futurum ut cum senatu super hac re expostulaturi simus) quod nihil habemus in manibus certi contra illum.[3]) Opposuit se quidem in causa praedestinationis *Calvino*, sed materia haec non apud omnes ita odiosa est, et plerisque placet sententia adversa. Suspicionibus nudis quibus gravatur nihil efficiemus. Deinde promotorem et patronum habet gravem, qui nonnisi solidis se premi patietur. Proinde si quid habeas quod hic nobis succurrere possit fac ut mox habeam. Si non aliud poterimus, indicabimus certe senatui qualis habeatur et exigemus confessionem qua se ab omnibus suspi-

---

3834. 1) *Zerkinte.*

2) *scil. ipsorum artificem fuisse Zerkintem innuit.*

3) *Proh pudor! Nihil habent quod viro opponant et tamen vel ipse Hallerus, vir alioqui moderatus, vix se continet quin erumpat!*

cionibus purget. *Es wirt erst zGenff das fhür imm tach sin.*[4]) — — — — — — — — — — — —
Bernae 15. Augusti 1562.

I. H. tuus.

His literis Bullingerus manu propria haec adscripsit, scil. quod responso scribendo inserviret cf. infra N. 3838: De libero arbitrio audio illum disputasse Basileae, ita ut iussus sit tacere. — In Bibliorum praefatione: veritatem nondum inventam. — [5]) Displicuit iudicium Serveti. — Aliquando Anabaptistas defendit et excusavit. — Et reiectus a Genevensibus. — Causa dissidiorum. — Fratres in Gallia mirabuntur. — Videte ne facem incendiorum ponatis.

3835.

IUELLUS VERMILIO.

Balduinus Calvino iniquior suadet moderationem in religione mutanda.

(Ex autographo Bibl. civic. Turic. F. 46, olim Epp. XI. fol. 178. Integram exhibent Zurich Lettres I. n. 51.)

Viro longe doctissimo D. Petro Martyri Vermilio profitenti sacras literas in schola Tigurina domino suo colendissimo.

— — — — — — — — — — — — — — — — —
— D. *Balduinus* scribit ad me [1]) magnopere probari sibi nostram in mutanda religione moderationem, seque daturum operam (putat enim se posse aliquid) ut similis ratio obtineat in regno Galliae: ἀκρίβειαν autem illam sibi vestram et Genevensium non placere. Est in ea re, ut mihi quidem videtur, iniquior D. *Calvino,* nimium fortasse memor veteris simultatis.) — — — — — — — — — —
Sarisberiae 14. die Augusti 1562.

Tuo nomini deditissimus.
Io. Iuellus Anglus.

3836.

CALVINUS BULLINGERO.

Novissima de bello Gallorum civili, sed nihil quod ad exitum spectet. De Beza nihil allatum est.

(Exstat authenticum manu Ionvillaei scriptum in Codice Bibl. civ. Turic. F. 80, olim Epp. Tom. 45, fol. 343. — Simler Tom. 105. Versio anglica IV. 275.)

Clarissimo viro D. Henrico Bullingero Tigurinae ecclesiae fido pastori fratri honorando.
Tiguri.

S. Non fit negligentia, crede mihi venerande frater, ut rarius ad te scribam. Sed quia res subinde mutari video pudor me quodammodo pigrum reddit, ne paulo post retractare cogar quod scripsero. Tandem a Bernensibus impetratum est ut ad recuperandas Burgundiae urbes se accingerent. [1]) Lenti tamen sunt progressus, et metuimus ne tota expeditio brevi in nihilum recidat, quia nimium timide ac serviliter *Mendozae*[2]) senatus respondit. Semper subsistunt in puerili cavillo, venisse ad urbem custodiendam. Quasi vero non satis multi essent qui consumerent tenuem alioqui annonam. Si

---

4) *Hic utiliter conferes quae habet Beza in suo* Discours de la vie et trespas de M. I. Calvin *p.* 13. *Pro tempore hic describimus sequentia* (*cf. Colladon p.* 79): esmeu de haine qu'il avoit contre moy, ou pour le moins d'une ambition desmesuree, il escrivit un livret intitulé Conseil à la France desolee sans y mettre son nom ni le lieu de l'impression combien qu'il fust en ville libre. Là il condamne de rebellion et sedition toutes les Eglises Françoises et conseille qu'un chacun croye ce qu'il voudra, ouvrant la porte par mesme moyen à toutes heresies et fausses doctrines. (*Voyez aussi Bonnet, Nouveaux récits p.* 157.)

5) *Cast. in praef. Bibl.:* Si verum fateri volumus est adhuc nostrum saeculum in profundis ignorantiae tenebris demersum . . . . . et si nobis clarissimae veritatis orta dies esset, nunquam tot obscuras librorum accenderemus lucernas *caett.*

3835. 1) (*Cf. N.* 3688. 3693.) *Navarrenus eum Tridentum misit ubi tamen nondum adfuisse videtur quum ad Iuellum scriberet. Nam eius Responsio altera ad Calvinum edita est Lutetiae c. Idus Iulii* 1562. *Hevelingius autor est eum paucos tantum dies Tridenti égisse quum de regis vergente Novembri defuncti morte certior factus fuerit.*

3836. 1) *maxime Matisconem Hist. eccl.* III. 227.

2) *Hist. eccl.* 228: Ceux qui faisoyent ceste guerre sous le nom du Roy envoyerent Mandozze pour se plaindre aux Bernois comme contrevenans au traité perpetuel des ligues avec la couronne de France, et pour les prier de rappeler leurs gens. A quoy leur fut respondu que leurs gens n'estoyent point envoyés par leur commandement, mais que ne pouvans les empescher d'aller à la guerre ils les avoyent fait jurer de ne faire autre exploit que de garder la ville de Lyon d'estre forcee et pillee . . . mais qu'ils les feroyent querir puis qu'ils entendoyent que le Roy n'avoit à gré ce qu'ils avoient fait.

receptum fuerit Cabilunum,[3]) ac munitum firmo praesidio, navigatio per Ararim tuta erit, quae suppeditet largam multarum rerum copiam. Haec vera erit urbis custodia. Verum aliud postulatur, ut pacato illo tractu, quod nullo negotio fiet, recta contendant ad *Principem*. Id vero se facturos pertinaciter negant, nec potest senatus adduci ut permittat. Quorsum ergo opus fuit vexilla efferre? Princeps ipse nuper significavit, rursus se dispersas copias colligere et fore brevi validum exercitum. Hostes valde terruit Anglorum adventus,[4]) qui in media Normania iam castra sua locarunt, et brevi se adiungent Scoti. Itaque *Regina* iterum ad suas artes conversa legatos de pace subornat. Qua tamen de re *Admiraldus* securos nos esse iubet. Auxilia quae ex Germania speravimus,[5]) nisi fallor, evanescent, quia nusquam reperta est pecunia. Senatus noster mandavit *Budaeo*[6]) ut duodecim aureorum millia vel Basileae vel Argentinae mutuaretur. Si idem aliis fuisset animus, quibus longe maior est facultas, non ita essemus destituti. Rogandus ergo Deus est ut aliunde nobis prospiciat. Regina *Navarrae*[7]) mediocri exercitu instructa est, qui ad partem Aquitaniae retinendam sufficiat. Verum nisi accesserint nova auxilia, nondum par est ad hostes invadendos: quod tamen maxime optandum esset, ut esset ad summam rei apprime utile. Et dolendum est nondum posse reprimi saevitiam senatus Tolosani,[8]) qui manu carnificis supra trecentos homines locupletes et honestos, nobiles etiam et qui publicis muneribus functi erant occidit. Si quid valere te autoritate videas ad impellendum Bernensem senatum, ut suos milites ad *Principem* ire patiatur, obsecro enitere, quia si diutius protrahitur bellum una cum regno sumus pessum dati. Utinam domo nunquam egressi essent. Sed pro tua prudentia coniicis quantum intersit ad famam belli ipsos non discedere: imo, si proelio decernendum est, non procul abesse. Ex Germanis sclopetariis[9]) quos hostes conduxerant vexillum unum ad nos transiit: alii polliciti sunt se non conflicturos. Gallici etiam equitatus praeiudicium *Guisianos* valde anxios habet. Itaque regem *Navarrae* miserunt qui *Regem* attraheret in castra, ne amplius militiam detrectent tam Helvetii et alii exteri milites quam Galli, qui soli *Regi* se addictos esse profitentur. Hoc tamen commentum, ut spero, vertetur in fabulam.

Iam totus mensis elapsus est ex quo nobiscum *Beza*[10]) esse debuerat. Verum ex quo in Campaniam cum comite *Sanportiano* salvus advenerat, ne minimus quidem rumor ad nos allatus est ubinam locorum esset. Quia nihildum triste ominari libet, coniicio in ea provincia esse retentum ubi nunc fervent graves motus. Simul ac aliquid certi et cognitu dignum rescivero, scribendi diligentia pensabo 15 dierum silentium. Vale, clarissime vir et frater honorande, una cum D. *P. Martyre*, *Gualthero* et omnibus collegis. Dominus vos servet incolumes, et det laboribus vestris felicem successum. Genevae 15. Augusti 1562.

Ioannes Calvinus tuus.[11])

Ionvillaeus te reverenter salutat.

---

3) *Montbrun urbem defenderat contra Tavannes, sed prid. Cal. Iun. dedidit* (*N.* 3802. *Hist. eccl.* III. 408).

4) *Foedere icto* 20. *Sept. Condaeus Anglis Portum gratiae concessit, et vicissim accepit* 3000 *milites et* 10,000 *coronatos aureos.* (*Camden*, *Eliz.* 61. *Soldan* II. 70 *etc.*)

5) *N.* 3833.

6) *Reg. du Conseil* 4. 28. *Aug.* 3. *Sept. et infra N.* 3841.

7) *Lutetia m. Iulio medio relicta suam ditionem repetiit,* pour y vivre à la calviniste, *magna nobilium virorum caterva stipata. Fata eius in hoc itinere, ubi inter alia apud nobilem virum Caumont de la Force morbo correpta aliquamdiu haerere coacta fuit, insidiis sibi structis aegre vitatis, pluribus narrat Muret, hist. de J. d'Albert. P.* 1862. *p.* 128. *Haag-Bordier* I. 99. *A subditis in Bearn maximo cum gaudio excepta fuit.*

8) *Hist. eccl.* III. 31*:* Ceux de la Cour (*de Toulouse*) commencerent à exercer leur vengeance d'une estrange façon ayans deschassé de leur compagnie non seulement les suspects iusques au nombre de 22. mais aussi, quelques uns qui ne leur sembloient asses enragés. Quant aux executés à mort depuis le moys de May iusqu'au trespas du duc de Guyse ils furent de 3 à 400 *etc.* (*Martyrs fol.* 666 *v.*)

9) *Lettre de l'Ambass. de Savoye* 31. *Juill.* (*Mém. de Condé* III. 575)*:* Les 1200 Reytres ou pistoliers conduicts par le Conte de Rogendorff arrivarent ces jours passés au camp et tout incontinent s'en revolta une bonne troupe et se mist avecques le Prince de Condé. *Comp. Condé au duc de Deux-Ponts* 31. *Juill. ibid.* 574. *Kurf. Fried. an Landgr. Philipp b. Kluckhohn* I. 316. *Barthold* 400.

10) *Condaeus eum cum S. Porciano in Germaniam misit ut principibus suos theologicos scrupulos excuteret. Mense Augusto medio Argentorati fuit* (*Baum* II. 653 *ss.*)

11) *subscriptio m. ppr.*

3837.

BEZA CALVINO.

Propediem Genevam rediturus nonnulla tradit de rebus bellicis deque negotiationibus cum principibus Germanis.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 90. Reperies etiam in Cod. 119, fol. 37, Bernae Epp. VI. p. 1026 et ap. Simlerum Vol. 105. — Edidit Baum II. App. p. 189.)

A Monsr. Monsr. Despeville
a Geneve.

S. Quam parum profecerit *Budaei* nostri legatio, [1]) puto te iam cognovisse. Visum est tamen rursus idem et in hac urbe et alibi per intercessionem principum tentare, atque ob eam causam heri *Budaeus* noster et *Scrimgherus*[2]) sunt Heidelbergam profecti, neque dubito quin literas obtineant, quas spero non inutiles fore, praesertim in confirmandis nostrorum animis adversus *Mendozzae* mendacia. Ego interea ipsorum reditum hic exspectabo, ac proinde, ut video, non tam cito apud vos ero quam volebam.

Nostris non successit consilium de Veroduno intercipiendo. [3]) Trecenti equites Ringraviani [4]) praeter spem intervenerunt, occupato Ligniaco. Inde quo sint abituri adhuc nescitur. Hodie quidam Mediolano revertens [5]) affirmavit se ibi vidisse sex peditum millia et equites levis armaturae trecentos, qui dicebantur in Galliam contendere. Vobis haec melius nota sunt quam nobis, sed nolui tamen dissimulare, quamvis non sint admodum verisimilia.

Andelotum [6]) spero longe firmiores copias brevi adducturum. Sed quum nostros cunctatores considero, totam spem in Deo uno collocandam censeo, quem omnino existimo insigne aliquod opus per se moliri. Socrus principis,[7]) nondum advenit et certe valde metuo ne quid illi incommodi acciderit in via, quamquam non placet male ominari. Uxor mea Dei gratia huc pervenit incolumis, quicum spero fore ut brevi te et amicos omnes videam. Interim vale, mi pater. Dominus Iesus te incolumem servet cum tota ecclesia.

Argentinae 20. Augusti.

Tuus Beza.

3837. 1) *de pecunia mutuo recipienda cf. praeced. et N.* 3841.
2) *prof. philos.* 1561 *iuris* 1565 *obiit* 1571. *Livre du recteur p.* 371.
3) *quod princeps Porcianus ex improviso capere debebat ut copiis ab Andeloto conductis aditum in Galliam patefaceret.*
4) *Rhingravius hoc tempore iam in castra Biturigensia venerat quae urbs prid. Cal. Sept. capta est* (*Hist. eccl.* II. 132. *Kluckhohn* I. 329).
5) *N.* 3832.
6) *Hic sub finem Sept. Argentoratum reliquit aegrotus, ita ut lectica vehi cogeretur. Habebat secum* 7000 *homines d.* 10. *Oct. Baccarati ad Murtham* (*Mém. d. Condé* III. 707).
7) *Mad^e. de Roye quam Condaeus cum quinque liberis iunioribus Argentoratum misit.*

3838.

BULLINGER AN HALLER.

Ostensibler deutscher Brief über Castalio zur Benützung in weitern und einflussreichen Kreisen bestimmt um unter der Hand dessen Berufung nach Lausanne zu hintertreiben. [1])

(In Archivis Turic. Plut. VI. Vol. 106, fol. 907, exstat exemplar ab ipso Bullingero correctum, quod sequimur. Apographon per Hottingeri amanuensem descriptum in Bibl. civic. F. 46, olim Epp. XI, fol. 602. — Simler Vol. 105. Inscriptio nulla adest.)

Fürgeliepter Herr vnnd Brůder. Es ist ein red vnnd geschrey harkommen, wie ir haben den H. Sebastian *Castalionem* zum Professoren zu Losannen gemacht, das nimpt mich vnnd die anderen diener by vns grosz wunder. Es ist nit minder, er ist glert: ir sölltendt aber auch trachten, vnnd vor allen dingen trachten, was da diene zur erhalltung der einigkeit der Kylchen vnnd deren dieneren. Vnnd haltend mir das zů guttem, das ich üch das zuschryb. Dan ich thue es gůtter meinung, vnnd künfftige spän zu fürkomen. Sunst hassen ich *Castallionem* gar nit, alls der mich nienen beleidiget, wil ouch nütt mit im zethon noch zů haderen haben. Ir wüssend aber wie etlich spän sind zwüschend denen zů Genff vnnd imm. Vnd das die zů Genff ire gründ vnnd ire ansprach an inn habend. Da vns bedücht ir sölltind me rächnung gehapt haben der herlichen Kilchen zu Genff dan seiner einigen person, deren ir doch woll mögend oder gemögen hättind manglen, vnnd den stand zů Losanna in ander friedlicher wäg versächen. Dan es ist zu besorgen das fürthin wenig fridens sin vnnd bliben werde zwüschen Genff vnnd auch üch, iach von des *Castalionis* wägen. Vnnd wen er besinnet were vnnd drachtete was folgen wirt, würde er sich gen Losannen nit gebruchen lassen vnnd die materia litium werden. Es ist dach sunst des zwytrachts vnnd vnuffhörlichen haders so viel vnnder den dieneren, das übel zu besorgen es werde zuletzt übel vsz schlachen. Es werdend auch in mertheils Franckrychs der dieneren, so ein besunder auffsechen vff Genff habend, wenig willens an üch, ia an Bern selbs haben, das ir *Castalionem* schier als zu tratz gen Losannen gesetzt. Wenn nun glychwol gar kein mangel an im were söllte man denocht der einigkeit rächnung haben.

Wir meldent das hie nit zu nachteyl *Castalionis* sunder zu gutten der sach: das ir denocht woll habend in siner vorred über die Bibel gesächen, wie er vmm den bry gadt alls ob er gern sagen

---

3838. 1) *Vide sequentem et N.* 3834.

wöllte die warheit were nach nit an tag komen: mit welicher propositien alle die gern vmmgand die nach allerley seltzamer meinungen im busen verborgen tragend vnnd der zeytt wartend ire fantysien zu gelägner zeytt herfür zestellen. Vnnd were aber wäger die gesellen in denen das stäckt zeygtind die artickel an die nach nit herfür komen vnnd doch so hooh nodtwendig zum heyl werind. Dan wir leerend vnnd glaubend das alles das zum heyll dienet gnugsam in der gschrifft vergriffen, vnnd disser zyt an tag gebracht sie.

Diser *Castalio* sol ouch, alls ich etwan gehört, nit grosz gefallen daran gehept haben das man den *Serveten* zu Genff mit vrtheyl vnnd rächt alls ein Gotslesterischen verförer mitt dem fhür gestrafft. Stoppffet auch in siner Bibel im 10. Cap. 2 ad Corinth. darumm alls ob man vmm den glauben, ia vnglauben nieman straffen sölle. Vnnd das ist auch die gattung deren gsellen, die nach allerley säl tzamer opinionen imm sack verborgen habend. Wen nun er der meinung sin sölte, habend ir zů gedäncken was volgenn wurde üch dise sach gerüwen, wenn allerley gezäncks vnnd ergernusz angericht etc.

Vergerius hat hie offentlich vor eeren lüthen heyter geredt, *Castalio* glympffe den Töufferen, vnnd er kenne einen der sich gerůmpt er habe mit siner hand den *Castalio* wider getoufft.

Mit dem frygen willen sol er ouch etliche spän zu Basel gehept haben, von dem ich lieber die wil reden lassen die sich des handels wie er ergangen bas verstand vnnd wüssen tragend.

Das aber alles schrib ich üch vertruwter gůtter meinung das, diewil dise person ein so anhörige person ist, ir für üch lugind by zyten vnd dem nach trachtend das frid vnnd nit vnruw bringen mag. Dan was kan der Kilchen me schaden weder das häderig wesen? Gott verlich vns rächtend frieden. Amen. [2])

3839.

BULLINGERUS HALLERO.

Privatissime Castalionem iterum commendat plurium haereseon suspectum et, si non omnino abigendus fuerit, serio de fide examinandum.

(Ex apographo Bibl. civic. Turic. F. 46, olim Epp. XI., fol. 603. — Simler Vol. 105.)

S. D. Admodum contristarunt me literae tuae, quum propter *Castalionem* receptum contra leges ecclesiasticas, tum propter revocandum nostrum militem. [1]) Principio scripsi Germanicas literas, quas D. *Steigero* et fidis commonstrare potes: si adhuc impediri possit res certe mala. Oro te tamen, ea prudentia utare, ne ille, ut est contentiosus, inde accipiat occasionem me invadendi et conturbandi. *Ich han nitt gern mitt sömlichen köpffen sschaffen.* Attamen causam ecclesiae communem non possum deserere. Si vero hoc scripto non potes impedire, quominus senatus velit ratam suam vocationem, suadeo, ut claram petatis ab eo expositionem fidei aut examinetis eum: maxime in causa Trinitatis, *Serveti*, an puniendi Anabaptistae et sectarii. Quid sentiat de Anabaptistis quaerite, de libero arbitrio et Electione, an credat omnes promiscue electos? An credat recte docere eos, qui docent fidem solam iustificare. *Da sol er ouch unewen syn.* Dicitur sentire, eam perfectionem in hac vita obtineri, ut operibus legis satisfaciamus. Metuo breviter, ne multa alat prodigiosa dogmata. Diligenter ergo omnia discutite. Rependat illis Dominus, qui ad turbandas ecclesias huiusmodi ponunt scandala. Vale una cum tuis.

3840.

VERMILIUS BULLINGERO.

Iudicium de Castellione. [1])

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 106 olim Epp. Tom. II. Scrin. B. fol. 908.)

Mihi quemadmodum tibi, clarissime compater, videtur ut quantum fieri potest a commercio talium virorum abstineatur. Basileae res non parum turbavit, neque disputando tueri potuit dogmata quae profitebatur. Deinde, ut ipse dixisti, si doceat Lo-

---

2) *Simler hat diesem und dem folgenden Brief das Datum* 21. *Aug.* 1562 *beigeschrieben, was vollkommen annehmbar ist.*

3839. 1) *cf. N.* 3836 *not.* 2. *Ruchat* VI. 492 *seqq. Io. Nic. a Diesbach aliquot vexilla Lugdunum duxerat, ad urbis praesidium. Nam in eum solum finem Bernenses ducendos permiserant. Quos quum Soubisius secum abducere vellet utpote in urbe illa nullius usus futuros, Matisconem missi sunt, hoc scil. praetextu quod istud oppidum Lugdunum protegere diceretur. Caetera iam supra l. l.*

3840. 1) *sine die et consule. Verum minime dubitandum quin pertineat ad praecedentes, simul fortassis Hallero mittenda. Eandem, ut sero nimium videmus, iam supra N.* 3691 *exhibuimus.*

sannae, dissidium inter Bernates et Genevenses vehementer recrudescet. At si evitari non potest quin recipiatur, confessio ab eo exigenda est clara perspicua et aperta, praesertim de iis capitibus quorum suspicione laborat. Primum legantur eius annotationes in cap. IX ad Romanos, quas Basilienses expungi voluerunt nec in libris posthac vendendis passi sunt inseri. Ibi statuit omnes homines praedestinatos esse ad aeternam vitam. Vult item multa fieri contra Dei praedestinationem. Plus aequo tribuit libero arbitrio. Haec omnia quum ibi tum alibi diligenter expendantur in eius annotationibus. In Epistolam ad Corinthios posteriorem Cap. X ita fidem et religionem liberam facit ut videatur nolle quidquam poenae in haereticos posse statui. De iustificatione per fidem solam dicitur non recte sentire. Praedicatur etiam docere, eam perfectionem in hac vita obtineri ut operibus legi Dei satisfaciamus.

3841.

ANDELOT A CALVIN.

Négociations d'emprunts.

(Bibliothèque Tronchin. Original avec souscription autographe. Bulletin XVI. 162.)

Monsieur Calvyn.

Monsieur *Calvyn* jay receu 2 de voz letres[1]) par le cappitaine *Fontaine* lune du dernier de lautre moys et lautre du v[e] du present me faisant entendre la peine et dilligence que prenez pour satiffaire a ce qui vous a este mande Tant par Messeigneurs le prince de *Conde* admyral[2]) que par moy pour le recouvrement des deniers[3]) et, combien il est malayse pour les grans frays quil a fallu soustenir par le passe et fault encores maintenir le present cest chose aquoy il ne ce fault point lasser et tousjours estre importun a chercher les moyens de recouvrer argent car cest de cela dequoy avons extremement affaire ayant dieu mercy trouve tant de faveur par deca envers les princes que jespere mener trois mil chevaulx et autant de lansquenetz et si je les vois tous disposez a ce bien et diligemment employer. jai este ung temps que ie men voyoie fort eslongne et quasi desespere[4]) Touteffois a laffin les princes en ont si bien use que et les hommes et le moyen de les entretenir pour quelque peu de temps ma este administre Jespere que nostre bon Dieu ce veult encore servyr des moyens humains pour favoriser son egleze. efforcons nous de toutes pars de trouver le moyen davoir de quoy entretenir noz hommes. Il seroyt bon de recouvrer les douze mil escuz dont ceulx de Genefve veullent estre respondans.[5]) Car si je les pouvoye avoir dedans le vingtiesme de lautre moys vers la frontiere de Lorraine ou je doye faire ma monstre ce me seroyt asseurance davoir dequoy paye tous mes gens dequoy ie crains de demeurer ung peu court pour en avoir plus loue que je nen avoye propose au commencement et si je me trouvoye argent de reste je croy quil se trouvera au lieu de la dite monstre plus de mil hommes de guerre soyt de pied ou de cheval. Et selon que je verroye le merite et esquipage des personnes ie y employeroye de largent Jespere me trouver Le ix ou x[e] de lautre moys a Francfort[6]) je vous prye que en ce temps je puisse entendre de bonnes nouvelles cependant je prieray Dieu, Monsieur Calvyn, apres mestre de bien bon

---

3841. 1) *perdues.*
2) *sic.*
3) *Reg. du Conseil* 4. *Août N.* 3832.

4) *Kurf. Friedrich und Hz. Christoph an Philipp v. Hessen* 9. *Aug.* (*Kluckh.* 324): Wir lassen E. L. Copei des abschieds so der Hz. zu Würtemberg mit dem v. Andelot im beisein unsers marschalks gemacht hat zukommen. *Comme cette lettre avec la copie dont il y est question se perdit en route par suite d'une infidélité, le landgrave conçut des soupçons à l'égard de ce que d'Andelot disait avoir obtenu du Duc et pendant quelques jours il le fit surveiller comme suspect. Ce n'est que le* 21 *qu'une nouvelle lettre de l'Electeur éclaircit l'affaire.* — *Hist. eccl.* II. 135: Andelot trouva quelque difficulté envers le D. de Wg. qui s'en fust volontiers exempté pour avoir esté son pays gasté de gresle, outre ce que le duc de Guise l'avoit aucunement amolli par une lettre du 24. juillet, ioint que quelcun (*Rascalon?*) ne cessoit de le soliciter de se deporter de sa promesse. Mais Andelot obtint facilement de ce bon prince tout ce qu'il desiroit, nonobstant toutes les remonstances faites par le Sr. Doysel envoyé par le triumvirat. Andelot retourna à Heydelberg où estant contraint de seiourner quelque peu il envoya toute la depesche à savoir les signatures et obligations des quatre autres princes par un poste au Landgraff, laquelle depesche estant portee iusques à Cassel fut aussi tost soustraite par la subtilité de celuy que dessus, tellement que le Landgraff requis par Andelot de luy envoyer l'argent promis entra en grande colere comme si on l'eust voulu tromper, iusques à ce qu'ayant entendu pour certain que la depesche avoit esté envoyée et qu'Andelot s'estant venu rendre entre ses mains, et iusqu'à ce qu'il luy eust esté livré pareille depesche, il fournit la somme promise.
5) *Reg. du Conseil* 4. 28. *Août* 3. *Sept. N.* 3836.
6) Andelot fut surpris d'une fievre qui l'arresta tout court. Les deniers furent conduits pres de Wormes. La place monstre [*la revue*] fut arrestee à Bacara terre de l'evesché de Metz. (*Hist. eccl.* II. 136.)

cueur recommande a vostre bonne grace quil vous doint bonne et longue vye. De Cassel ce xxvij^me de aoust 1562.

Vostre bien bon amy
Andelot.

3842.

STURMIUS CALVINO.

Balduinum queritur ipsius nomine abusum epistolam iactare quasi ab ipso scriptam in qua Calvinum et Bezam traduxerit. Affirmat sibi nunquam talia in mentem venisse.

(Manu scriptam vidimus ap. Simlerum Vol. 105. Dudum impressa erat in Bezae Tract. II. 234, et in Resp. ad Balduin. 1563 p. 212. Textum incultiore forma adumbratum ex autographo Sturmii in Cod. Epp. Saec. XVI. Vol. III. Bibl. Seminarii Argentoratensis incendio a. 1870 deletae descripserat Car. Schmidtius collega doctissimus, cuius apographon ipsi contulimus et hic quoad operae pretium facturi nobis videbamur margini adscribimus.)

Maximo theologo et optimo viro D. Ioanni Calvino, amico veteri et observando.

Vehementer doleo, mi *Calvine, Balduinum* verbis abuti cuiusdam epistolae meae [1]) contra tuam et nostri *Bezae* existimationem. Memini quidem me iratum scribere acerbiorem epistolam ad quendam olim nobis communem amicum, ut eum in fidei et amicitiae viam revocarem. Sed Deum testor, me nihil unquam scripsisse quod tibi et *Bezae* non sit honorificum. Quid de te sentiam meminerunt veteres amici, sciunt novi. *Bezam* propter conversionem novi Testamenti et illos commentarios, etiam antequam nossem, amare coeperam. Velim *Balduinum* in hanc arenam non descendisse, praesertim in hac causa religionis adversus te athletam Domini, nondum fixis armis neque ullius opis indigum, quum a te tam multa beneficia, ut audio ex aliis, acceperit. Miseram conditionem eruditorum et piorum hominum, quibus doctis et bonis esse non licet, nisi exerceantur inimicitiis. Cogitare debes me ista ex animo et cum dolore scribere, cuius rei tibi sit indicium quod ad postremam tuam epistolam Calendis Augusti scriptam non respondeam, quum tamen plena sit benevolentiae, et argumenti non parvi. Audio quendam alium divulgatum librum ἀνώνυμον, in quo Ambosiani temporis autor meminit, et meum testimonium vobis minatur. At ego rursus Deum testor, me nihil unquam cuiquam scripsisse aut scribendum curasse, quod ad infelicia illa consilia prodenda vel indicanda pertineret. Scio vos in concionibus vestris [2]) et certo animi iudicio nunquam ista probasse, et illius temporis consilia vos celata fuisse de industria. Scribam ad *Balduinum*, et hominem admonebo officii. Video enim non sine probro in istis famosis libellis meum nomen aspergi. Argentorati 29. Augusti 1562.

Ioannes Sturmius tuus.

Codex Argentoratensis, absque inscriptione et subscriptione:
Vehementer doleo Balduinum epistolae meae verbis abuti contra tuam et Bezae existimationem. In ea epistola nihil memini me ponere quod de utroque vestrum simul aut de altero seorsum queat esse suspiciosum. Scripsi eam ad hominem de quo meritus eram bene in magna et iniquissima iniuria, non ut perderem illum sed revocarem in viam amicitiae et fidei. Sed de hoc alio tempore. De me vero sic statuas neque in hac epistola quidquam me scripsisse adversus te et Bezam, neque quaequam unquam ad ullum hominem antehac scripsisse quod tibi possit officere aut quod tibi non sit honorificum. Quid . . . . . novi. Exstat etiam in veteribus quatuor novis (*sic Schm*..] meum de te iudicium. Velim . . . . . indigum. Miseram . . . . . ad postremam tuam plenam benevolentiae ep. non respondeam quum tamen me iniuria aliquorum hominum impellere non desinat. Audio quendam alium divulgatum Balduini libellum in quo Ambosianae perturbationis meminit et meum minatur testimonium. Vereri nihil debes: neque quod supra posui non opus est hic repetere. Istud addo: scio in concionibus tuis improbasse te illud facinus et tibi semper displicuisse cruenta consilia et illius temporis consilia te celata fuisse. Scribam ad Balduinum, rogabo ut amicum, monebo ut christianum, ut me patiatur non solum a se sed etiam ab aliis amari. A quo ille epistolam illam habeat nescio: ego duobus solum concredidi: Malerbiae, quem novisti ante annos xxiij, qui mortuus est, et alteri cuidam amico quem scio non indicasse nisi iis apud quos sentiat me ab inimico meo esse vulneratum. Sed tamen in hac nihil adversum te. Nolim tamen divulgari: non propter iniquum meum, sed propter aliquos magnos viros quorum fit mentio. Non quod vera sint quae de illis dixerat adversarius meus, sed quod libentius homines falsis criminibus quam veris laudibus fidem habeant. Vale, mi Calvine. Argentorati.
Luce diurna clarius est hunc textum primam fuisse epistolae adumbrationem, quae postea multifariam mutata Calvino missa fuit ita quidem ut simul Bezae inscriberetur. Mense Augusto 1562 *Sturmius, nisi mente captus, ad Calvinum scribens Balduinum amicum dicere non poterat. Malerbium habuisti N.* 290. 295. — *Quid sibi velint vetera quatuor ista in loco evidenter corrupto tu videas. An loquitur de elogio Institutioni olim praefixo?*

3842. 1) *Loquitur de famosa illa ep. ad Hotomanum quam legisti supra sub N.* 3406. *Ex ea scil. Balduinus nonnulla excerpsit in suis libellis contra Calvinum editis, in quibus vero potius in Hotomanum solum invehitur.* (*Biga p.* 166 *et* 398.) *Hic alter locus vix huc trahi potest quum nuperrime demum altera* Responsio *edita fuerit.*

2) *N.* 3374.

3843.

MINISTRI GENABENSES CALVINO.

Oppido suo ab exercitu hostium impetito per Dei gratiam hoc periculum salvi et incolumes evaserunt.

(Ex autographo Cod. Gothani 404, fol. 782.)

A Monsieur Monsieur Calvin
a Geneve.

Doctissimo et fidelissimo verbi Dei ministro D. I. Calvino L. Danaeus[1]) et St. Vallaeus eiusdem verbi in Genabensi Dei ecclesia ministri in Christo S. P. D.

Quanquam nihil esset novi quod ad te scriberemus, hoc tamen iustissimum scribendi argumentum nobis putaremus dari, pater optime *Calvine*, quod nostri officii ducimus esse te parentem nostrum bis vel ter in anno per literas nostras salutare, quia praesentes non possumus. Neque enim ullius hominis ulla iocundior * aut suavior unquam memoria quam tui recurrit, neque quisquam est, de cuius iudicio et sententia potius quam de tua pendeamus, aut a quo potius optemus, quam abs te amari. Atque ut nos liberorum loco habeas obnixe et vehementer precamur, pater optime, quando te non secus atque parentem nostrum vere et ex animo colimus. Illa vero propter quam nunc gravissimas tuas occupationes hisce literis nostris interturbamus ratio est, quod novo Dei optimi maximi beneficio cumulati cupimus te quoque novo gaudio reficere atque recreare. Postquam enim saevissimis bellorum procellis Dei munere liberati iam in tuto navigare videbamur, et nostra haec ecclesia ad aliquem salutarem portum appulisse, ecce repentina quaedam *καταιγίς* et tempestas coeli nostri serenitatem obscurare et itineris progressum impedire coepit. Nam peditum armatorum millia plus quam quatuor (vexilla viginti nostri vocant) tanquam inopina quaedam lues, sese circumquaque diffundunt,[2]) minarum atque irae pleni homines qui pristinam caedem et vulnera et beluinam illam animi ferociam quam in Gratiae portu et *ναυσταθμῷ* induerant, retinebant.[3]) Hae iam pridem hostium nostrorum minae erant: quae antea occulte quidem denunciabantur, tandem autem apparuerunt. Sed tanta fuit Dei erga nos benignitas ut eorum nemine non sciente publicae de verbo Dei conciones, quo more antea solebamus, a nobis haberentur, et nostra haec urbs et ecclesia, quae paene nidulus est, hunc calamitatis impetum imperterrita sustinuit. Itaque hac nova Dei gratia confirmati in eo fidentius speramus et hostium nostrorum crista et animi non tantum depressi sed paene iam contusi videntur, floretque Dei gratia noster hic coetus ut antea. Faxit autem Deus, ut eius beneficiorum memores perpetuo illi gratias immortales in Domino nostro Iesu Christo agamus, atque in dies magis magisque confirmemur in eius metu, et eadem atque etiam maiora et in nos et in omnes alios suas ecclesias, quae sunt ubique, dona conferat, atque te nobis totique suae ecclesiae servet diu superstitem et incolumem. Vale et nos semper ama. Tota te ecclesia nostra, inprimisque senatus noster ecclesiasticus salutat, vir optime. Iterum vale. Omnibus fratribus salutem.

Datum Genabi ad Ligerim.

Tui et ex animo vere tui
Danaeus. Valleus.

3843. 1) *Lambertus Danaeus natus c.* 1530 *in Beaugency, obiit* 1595 *in Castres, Aureliae sub Anna du Bourg iurisprudentiae operam navaverat, a.* 1560 *Genevam se contulit ad theologiam conversus et biennio post Genabi* (*Gien*) *v. d. m. fuit c. collega La Vallée* (*Haag* IV. 192).

2) *Hist. eccl.* II. 454 *teste haec ineunte Sept. facta sunt. Nam d.* 10. *eiusdem mensis Genabum ab hostibus occupatum fuit et Danaeus c. collega fuga sibi consulere debuit post septem demum menses post. Cal. Apr. reversus.*

3) *Haec alibi non commemorata ante adventum Anglorum evenisse videntur.*

3844.

BEZA CALVINO.

Genevam petens iam Basileam pervenit ubi non ultra proximum haerebit. In Gallia res in melius progrediuntur et appropinquat redemptio.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 98. Edidit Baum II. App. p. 192.)

Eximio Christi servo, D. Ioanni Calvino, ecclesiae Genevensis vere fido pastori et patri mihi plurimum observando.

Genevae.

S. Quae me causa hic retinuerit, vel ex *Veracio*[1]) nostro cognosces qui heri Neocomum est profectus et inde recta ad vos veniet: vel ipse tibi coram explicabo.[2]) Cras enim proficiscar. Uxorem

3844. 1) *Budaeus ergo redux erat ex Germania ubi de pecunia mutuum accipienda egerat* (*N.* 3837).

2) *Pridie Nonas tandem Genevam venit, sed non multo post denuo itineri se accinxit.* (*Baum* II. 662.)

nec animo nec corpore satis valentem Argentinae relinquere malui, quam meum ad vos reditum diutius differre. Principis socrus [3]) salva tandem eo pervenit, ubi a magistratu est perhonorifice excepta. Eius literas [4]) ipse ad te perferam. *Andelotus* iam incipit progredi et pro certo ad 15 diem huius mensis erit in Campaniae finibus: [5]) utinam ne nimium sero. Adducit tria selectorum equitum millia et peditum quinque et alias voluntarias copias subsequuturas arbitror. Utinam Germanorum principum exemplum vicini imitarentur. De Anglorum copiis nihil accepi, [6]) nisi quadraginta navibus traiecisse. Sed eorum legatus [7]) Spirae exspectabatur die 26 superioris mensis, inde ad Germanos principes una cum *Montio* iturus. O si posset universale aliquod foedus coire! Neque dubito quin hoc moliatur, sed incredibilis est hominum stupor. Caetera coram. Interim vale cum omnibus collegis, mi pater, et obdura. Nam quicunque sit futurus istarum tempestatum exitus appropinquat redemptio nostra, quod unum me consolatur. Iterum vale. Basileae, Calendis Septembris.

Tuus Beza.

3845.

BEZA BULLINGERO.

Tandem aliquando Gallia relicta domum reversus ex itinere quo in statu res ibi reliquerit exponit.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 14. — Simler Vol. 105. Baum II. App. p. 190.)

S. Tandem adsum redivivus, mediis elapsus Achivis, neque tamen de reditu cogitassem, nisi ex *Condensis* consilio, qui meam operam in Germania et Helvetia sibi utilem fore existimavit. Eum igitur Aureliae reliqui [1]) cum D. *Amiraldo* et militum circiter septem millibus, forti animo paratum ad tolerandam obsidionem tantisper dum subsidium mittatur. Reliquas copias partim Rhotomagum, partim Biturigas [2]) misit ad eas tutandas civitates quae maximi sunt momenti. Hostes adhuc Blesis [3]) erant, sed copiarum partem ad occupandas parum munitas regiones circummiserunt. Pictones sustinuerunt hostium impetum, sed tandem expugnati sunt cum strage plane miserabili, [4]) quoniam eo sese receperant Turonensis [5]) et Salmuriensis, Chinonensis, Laudunensis et aliquot praeterea ecclesiarum greges dissipati. Hostes vero, ipsis etiam Turcis crudeliores, neque aetatis neque sexus ullam habent rationem. Engolismenses [6]) quoque audio deditionem fecisse, quae procul dubio alias aliquot urbes secum trahet, ut Reginae *Navarrae* plane timeam, de qua iam pridem nihil audio. [7]) Ad haec mala accedit Matisconensium repentina et fraudulenta oppressio, [8]) in ipsis nostrorum Helvetiorum oculis ut qui quinque tantum milliaribus abessent.

Alibi, id est in Delphinatu, Provincia et Alvernia res nostrae sunt secundiores, sed non dubito quin omnes illarum partium copiae statim ad tutandum Lugdunum concurrant, quum praesertim hostes novum ab Italis subsidium acceperint, tria videlicet peditum millia et equites quingentos qui Geneva iam non procul abesse dicuntur et itinera interclusisse. Bernensium copiae a nostris remissae sunt, quod progredi nollent sive aliam ob causam. [9]) In summa magno nobis sumptui et nulli usui fuisse res ipsa ostendit. Sed cuius culpa id sit factum adhuc ignoro. Sed hoc plane miserandum est in istis tantis et tam certis periculis tam paucos commoveri ad commune incendium exstinguendum, et nullam pecuniam, ne datis quidem optimis pignoribus, inveniri, [10]) quum hostes interea ad mutua auxilia conferenda tam diligentes atque promptos videamus. Nam alioqui nisi peregrino milite, Helvetico, Germanico et Italico confirmati essent *Guisiani*, iam pridem vel periissent vel in exsilio essent. Interea quid tibi commemorem carnificinas, lanienas, vastitatem, famem, pestem, gladium et quid non.

---

3) *Mad. de Roye.* (*Hist. eccl.* II. 102.)
4) *Non exstant.*
5) *Imo Argentorati aegrotus remanebat aliquamdiu* (*Hist. eccl.* II. 136).
6) *Die 20. Sept. demum Condaei legati Franc. Beauvais de Briquemault et Io. de Ferrieres-Maligny Vidame de Chartres cum Anglis in Hamptoncourt pacto subscripserunt* (*Mém. de Condé* III. 689) *et m. Oct. ineunte Warwickius cum militibus in Portu gratiae appulit.*
7) *Henr. Cnoll. Electoris Friderici responsum ei datum Cal. Sept. exhibet Kluckhohn* I. 335.
3845. 1) *m. Iulio vergente* (*Baum* II. 654.)

2) *qui se dedere coacti sunt prid. Cal. Sept.* (*Hist. eccl.* II. 132.)
3) *Urbes ad Ligerim sitae et aliae vicinae* (*Blois, Tours, Poitiers, Saumur*) *iam Iulio ineunte a Guisio ex improviso captae fuerant.*
4) *Cal. Aug. a S. Andrea, qui suis per integram hebdomadem diripiendos permisit* (*Hist. eccl.* II. 600 *seqq. Lièvre, prot. du Poitou p.* 126).
5) *Hist. eccl.* II. 586. *Lièvre* 127.
6) *Hist. eccl.* II. 817.
7) *cf. N.* 3836.
8) *per Tavanum d.* 21. *Aug.* (*Hist. eccl.* III. 421 *sq.*)
9) *cf. Hist. eccl.* III. 228.
10) *cf. N.* 3837.

His enim simul omnibus plagis miserum Galliae regnum a Domino non tam videtur castigari quam ad internecionem deleri. Sed tamen vivit Dominus et procul dubio suos respiciet, et omnino confido, si vel una nobis supersit Aurelia, certum hostibus exitium imminere. Iam enim certum est Anglorum subsidium quadraginta navibus in Normanniam appulisse [11]) et ad diem xv. huius mensis *Andelotus Admiraldi* frater cum selectis Germanorum equitum tribus et peditum quinque millibus Campaniae fines ingreditur.

Atque utinam vos quoque tandem expergefiatis et Germanorum Principum exemplum imitemini. Nam si ita esset mox mirabilem rerum conversionem atque adeo papatum prorsus eversum profecto conspiceremus. Verum ne si aliter quidem accidat desperabimus, quoniam spes nostra in coelis residet quo pertingere non possunt hostium manus. Argentinae reliqui principis *Condensis* socrum, cum quinque illius liberis, id est sexenni filia, quadrienni filio, altera trienni filia et duobus semestribus gemellis. [12]) Neque enim haec turba vel domi satis tuta esse adversus populorum rabiem per omnes agros effusam aut Aurelianensis obsidionis incommoda sustinere potuisset. Uxorem tamen *Princeps* cum filio natu maximo secum retinuit. *Amiraldus* [13]) quoque et alii plurimi primae nobilitatis suas familias ibi secum habent, quod triste spectaculum utinam tandem omnes christianam caritatem profitentes commoveat.

Caeterum quod ad me privatim attinet, uxor Dei beneficio incolumis Argentinam pervenit, ubi coactus sum defessam ad tempus relinquere. Ego ad meum portum [14]) revertor, ubi an satis tuti futuri simus, imo etiam an diutius sim haesurus, nescio. Quod enim suaserit ecclesia, hoc demum consilium sequar. Habes, mi pater, longam et tristem epistolam, sed is certe me consolabitur qui lugentes beatos fore pronunciat. Rogandus est igitur pater coelestis, si unquam alias. Quod a vobis et Reginae *Navarrenae,* fortissimae ac vere heroicae indolis foeminae, et ipsius *Condensis* et *Admiraldi* et caeterorum innumerabilium fratrum nomine obnixe peto, simulque tibi, mi pater, ac D. *Martyri,* D. *Gualthero*, caeterisque in Domino plurimum observandis fratribus fausta ac felicia omnia precor. Basileae Calend. Septemb.

Tuus Beza. [15])

11) *vide praecedentem.*

12) *Hist. eccl.* II. 102: Il manda à Mad. de Roye sa belle-mere pour sa seureté qu'elle se retirast en Alemagne, où elle pouvoit beaucoup servir, avec ses petis enfans, à savoir François son fils puisné aagé d'environ sept ans [*m. Sept.* 1558 *natum dicit Delaborde p.* 32], les deux freres iumeaux dont la Princesse estoit accouchee au mois d'Avril precedent et madamoyselle de Bourbon. Ce qu'elle fit estant tres honorablement receue et logee en la ville de Strasbourg iusques à la fin de la guerre. (*Cf. Delaborde, Eléon. de Roye, P.* 1876, *p.* 124.)

13) *Huius filius natu maximus Gaspar ibi nuper peste absumptus fuerat.* (*Delaborde p.* 124.)

14) *Genevam.*

15) *Bullingerus hanc ep. Blaurero misit haec addens:* Epistolam hanc vide ne quibuslibet communices, magis vero ne Bezae esse quisquam intelligat, propter Bernates (*vide not.* 9).

3846.

VIRET A D'ANDUZE.

Il dénonce la conduite de certains Toulousains qui ont lâchement quitté Lyon à l'approche du danger et se sont retirés à Genève.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 197, fol. 42.)

A Monsieur d'Anduze fidele Ministre de l'Evangile.

A Geneve.

S. I'ay esté requis par Mr. *Barelles* Ministre de l'Eglise de Tholose [1]) d'escrire a Monsieur *Calvin* du tour que certains de Tholose qui s'estoyent icy retirez nous ont fait. Nous avions receu letres de Nismes par un conseillier de Tholose par lesquelles ils nous asseuroyent des forces du Languedoc iusques a trois ou quatre mille hommes pour donner secours a l'Eglise de Tholose, si les fugitifs qui en estoyent hors a cause de l'Evangile, qui ont bien puissance d'y donner ayde, y vouloyent aussi employer de leurs biens. Car il y en a qui ont bien de quoy. Et pourtant i'ay este requis de les en exhorter, comme aussi ie l'ay fait. Apres mon exhortation ils ont fait semblant d'avoir bon vouloir a ce faire. Et estans retirez ensemble ont conclu entre eux qu'ils trouveroyent moyen de fournir iusques a dixhuit mille et cinq cens escus pour cest affaire. Ce mesme iour les nouvelles de la prinse de Mascon nous furent apportées, qui les espouvanterent tellement qu'a peine peurent ils estre retenus ce mesme iour en ceste ville, comme si tout eust esté perdu. Et par ainsi ils perdirent aussi le

3846. 1) *L'Hist. eccl.* III. 11. 23. 63. *l'appelle* un esprit trop bouillant, impetueux, *et raconte qu'à Toulouse le jour de la Pentecôte* il avoit disputé en pleine chaire des causes de ceste guerre, sans avoir esgard à ce qui pouvoit advenir d'une telle procedure.

courage de faire ce qu'auparavant ils avoyent arresté. Et ce n'est pas de merveilles. Car ie pense bien qu'ils n'estoyent pas fort eschauffez, comme il appert par ce qu'ils ont esté si tost refroidis, et qu'ils ont tant facilement changé propos a la premiere occasion sur laquelle ils ont peu prendre couverture. Depuis nous avons entendu qu'ils se sont retirez a Geneve, comme plusieurs autres couards et fuyars le font auiourd'huy, qui se soucient peu de laisser leurs freres en dangier pour s'en mettre hors. Mais ie trouve le pire que les uns s'en sont allez sans en advertir leur Ministre, et sans luy faire quelque assistance, non obstant qu'ils l'ayent retenu avec eux: les autres luy ont faict entendre qu'ils alloyent en un lieu où ils ne sont pas allez, et pour faire au contraire de ce qu'ils ont fait. Et pourtant ledit *Barrelles* desire que Monsieur *Calvin* appelle ceux desquels il luy a envoyé le rolle en ses letres, pour leur en faire remonstrance. Et pour ce il m'a aussi prié que ie luy en escrivisse. Mais ie l'ay oublié quant ie luy ay escrit.[2]) Et ne scay aussi s'il le trouvera bon. Et pour ce ie vous en ay bien voulu escrire afin que vous luy en teniez propos selon que vous en aures l'occasion et que vous cognoistrez qu'il sera expedient. Car ie scay qu'il n'est pas ordinairement sans affaires et sans grandes fascheries, desquelles ie sen bien aussi ma part en mon endroit. Mais s'il plaist a Dieu il aura pitie de nous. Quant a moy ie suis bien marry contre ces couars et fuyars qui n'ont soin que deux mesmes, sans se beaucoup soucier de la cause commune, lesquels meriteroyent d'estre reiettez des Eglises ausquelles ils se retirent, comme scandaleux et traitres a leurs freres, si on les vouloit traiter comme ils le meritent. Car ils ne veulent point estre en l'Eglise sinon a l'endroit ou ils peuvent estre a repos et loin des coups, comme s'ils n'estoyent nais que pour euxmesmes. En quoy ils contreviennent grandement a leur devoir, non seulement en ce qu'ils ne tendent pas la main a leurs freres comme ils doyvent pour besongner avec eux en l'oeuvre de Dieu, mais qui plus est leur sont en scandale, et leur font perdre le coeur et le courage par leur couardise et leur fuite et lascheté.

Ie ne vous escry point de l'estat auquel nous sommes icy, pource que le present porteur vous en pourra assez dire, lequel ie vous recommande. Il ne veut pas passer sans parler a Monsieur *Calvin*, auquel s'il vous plaist vous luy baillerez adresse. Ie vous envoye des letres de M. Estienne *Noel*[3]) pour faire tenir a Monsieur *de Beze*, s'il vient iusqu'à Geneve,[4]) comme le bruit en est. Surquoy ie vous recommande a la grace de Dieu, avec tous mes autres freres et compagnons, lesquels ie salue tous en nostre seigneur, luy priant qu'il benisse tousiours de plus en plus vostre sainct ministere. S'il vous plaist vous ne m'oublierez pas en vos prieres, ny mes autres compagnons et toute ceste Eglise. Car nous en avons bien besoin. De Lyon ce 2. de Septembre 1562.

Vostre frere et bon amy
Pierre Viret.

2) *Cette lettre ne s'est pas conservée.*
3) *ministre de la vallée d'Angrogne. A son retour de France, où il avait fait un voyage pour ses affaires*, il s'estoit trouvé enclavé dedans Grenoble (*Hist. eccl.* III. 284) *et y resta.* (*Arnaud* I. 158.)

4) *Voyez N.* 3844. *not.* 2.

3847.

SEMIDDE [1]) A CALVIN.

Demande de pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genéve. Vol. 196, fol. 38.)

A Monsieur d'Espeville et sa compagnie.

Messieurs et freres en nostre Seigneur. Comme nous estions dernierement assemblez a Sommiere pour les affaires des eglises de par deça, survindrent plusieurs honnestes personnages de divers lieux pour recouvrer ministres de la parolle de Dieu par le moyen establi et ordonné en leglise de nostre Seigneur.[2]) Entre lesquelz ceux de Bernis pres de Nismes, voyans que nous estions destituez de telz personnages ont requis l'assemblee de vous vouloir adresser lhomme quilz envoyent maintenant: ce qu'on leur a octroyé facilement voyant leur grande necessité et m'a on donné charge de ce faire. A raison de quoy, apres que le porteur des presentes passant icy, m'a eu monstré sa charge pour le susdit faict, Ay mis la main a la plume pour vous supplier, comme il avoit este ordonnè, de les pourveoir de quelque bon personnage, s'il vous est possible, ainsi que scaurez bien faire selon vostre pru-

3847. 1) *N.* 3369. 3375. 3438 *suiv.* 3455. 3522.
2) *La disette de pasteurs dans ces contrées est attestée entre autres pas ce que rapporte Ménard, Hist. de Nîmes* IV. 323: Le 27. mai 1562 les religionnaires de Cornillon, situé au voisinage de Bagnols deputerent un notaire au consistoire de Nîmes pour exposer que leur église est dresseedepuis un an sans avoir peu recouvrer aulcun ministre et demander leur en pourvoir en mesme temps qu'on leur preste des hommes pour les proteger contre les catholiques.

dence. De quoy aussi ie vous prie bien affectueusement, dautant que desirez lavancement de la gloire de Dieu et l'utilite de son eglise. Et iespere Dieu aidant que le personnage quenvoyerez trouvera tel petit tropeau quil aura occasion de le paistre alaigrement. Quant a mon affaire y vous plaira entendre que nos freres de Lyon m'ont seulement donné congé jusqu'au quinziesme d'Octobre prochainement venant.[3]) Et pourtant ie vous prie faire, sil est possible, que ceste eglise ne soit destituee, vous asseurant quil y a bon nombre de brebis selon que lhomme peut iuger. Ou feray fin apres mestre recommandé aux bonnes et sainctes prieres de vous tous.

Tous les freres de par deça vous saluent.

De Baignauts[4]) ce 2e de septembre 1561.

Le vostre de Semidde au nom de la compagnie.

3) *Voyez ses lettres du mois d'avril* 1561.

4) *Bagnols*.

3848.

BULLINGERUS CALVINO.

Dolore et anxietate percitus propter statum rerum in Gallia iam in uno Deo spem, si qua superest, reponit.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Vol. 30, fol. 441. — Simler. Vol. 105.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo domino honorando et fratri carissimo suo.

Genff.

S. D. Quod mense Aprili et Maio futurum timui, cunctationem Ill. Principis perdituram et ipsum et ecclesias, non modo Galliae sed et aliorum regnorum, aut saltem in discrimen coniecturum* maximum, id nunc factum esse ex tuis literis intelligo, ingenti meo cum dolore. Noluit bonus princeps videri cupidus et sitiens sanguinis humani. At quantus interea innoxius effusus est sanguis! Quis vero finis erit? Et quanquam nihil fiat quod non ita futurum praeviderim, quum mores impiorum Galliae ex moribus nostrorum, qui in Helvetia et Germania hostium nostrae religionis sunt, optime mihi sint perspecti, et artes mirificae ipsorum cognitae: attamen nescio si unquam, licet intra hos mei ministerii annos quadraginta varios sim expertus labores, et dolores senserim vehementissimos, tanta affectus moestitia indoluerim gravius. Interim recurro ad thronum gratiae et supplex a clementissimo patre misericordiam imploro, et ecclesiam meae fidei creditam subinde urgeo: ac confido Dominum pro sua gratia et potentia nobis et afflictissimis ecclesiis suis non defuturum. Debemus nos illi omnia nostra, ac scimus prudentissime et aequissime illum sancta sua providentia gubernare omnia. Subiiciamus ergo nos illi, deprecantes culpam, et ne nobis rependat pro nostris meritis. Oro ut vel per te vel per *Ionvilleum* vel per alium fratrem ad nos semper scribas quid fiat in Gallia, sive hoc bonum, sive denique malum sit. Accepi Basilea literas a D. *Beza* scriptas.[1]) Dubito tamen an Genevam, an in Galliam redierit. Ubiubi sit cupio illum bene valere, et oro Dominum ut eius ministerio utatur sicuti hucusque fecit ad profectum ecclesiarum. Quaeso salutare illum digneris amicissime. Misi ad te librum a *Stancaro* scriptum contra te, *Martyrem* et me.[2]) Dubito an receperis. Optime vale, domine colendissime et frater carissime. Dominus Iesus benedicat tibi. Salutant te fratres. Salutato etiam tu amicos et fratres. 7. Septemb. 1562.

Bullingerus tuus.

3849.

CALVINUS BULLINGERO.

Rogat ut senatum suum adeat ad obtinendas literas pro cive Genevensi Mediolani propter religionem in carcerem coniecto.[1])

3848 1) *N.* 3845.

2) Fr. Stancari Mantuani de Trinitate et Mediatore D. N. I. C. adv. H. Bullingerum P. Martyrem et Io. Calvinum et reliquos Tigurinae ac Genevensis ecclesiae ministros ecclesiae Dei perturbatores. 1 Cor. 3. Ad. Magn. et Gener. DD. Nobiles Polonos ac eorum ministros a variis Pseudo-Evangelicis seductos. Crac. ep. offic. Scharffenbergiana 1562. *Quod Calvinum attinet respicit eius* Resp. ad fr. Polonos, quomodo Christus sit mediator ad refutandum Stancari errorem 1561 (*Salig* II. 715).

3849. 1) *Simlerus haec habet in margine:* Der Rath zu Genff bittet die von Zürich dass sie nebst Bern und Basel für ihren Burger Claude Louis, einen Handelsmann der zu Mailand der Religion halb in Gefängniss geworffen worden, bey der Regierung daselbst intercediren möchten d. 8. Sept. 1562, und danket allbereit den 26. Oct. für die gute Wirkung ihrer Intercession. (hochobrigktl. Registr. in Z. Tit. Genff. 189 Bdl. 4. N. 3.)

(Exemplar authenticum manu Ionvillaei scriptum exstat in Vol. 166, Plut. VI. Arch. Turic., olim Epp. Tom. 24, fol. 52. Reperies etiam Genevae bis in Cod. 108, fol. 132 et 140, et bis Bernae, Epp. VI. 1021 et VII. 115, denique ap. Simlerum Vol. 105. Versio anglica IV. 277.)

Clarissimo viro D. Heinricho Bullingero Tigurinae ecclesiae fidelissimo pastori, fratri et symmystae observando.

Cogor eorum rogatu qui consilio meo non obtemperant tibi molestus esse, venerande frater. Coniectus fuit in carcerem bonus quidam vir Mediolani, quia liberius contra impietatem papatus loquutus fuerat. Est quidem Burgundio, sed qui dudum in hac urbe habitat et in Italia negotiatur. Paratus quidem fuisset senatus noster pro ipso deprecari, sed quia ludibrio habitae fuissent literae abstinuit. Dedi consilium quod repudiarunt amici eius. Putarunt enim, si quatuor civitates helveticae, quae puram evangelii doctrinam profitentur, pro ipso intercederent, Mediolanenses vix quidquam ausuros. Atqui vereor ne vestrorum quoque autoritas hac in parte levis et prope nullius momenti futura sit. Quia tamen causa ipsa non vulgarem commendationem meretur, etiam atque etiam te rogo ut nuncium in literis impetrandis qua poteris fide et diligentia adiuves. Vale, clarissime vir, et honorande frater. Dominus te gubernet suo spiritu, virtute sustineat ac incolumem conservet. Genevae 9. Septembris 1562.

Tuus Ioannes Calvinus.

3850.

LE SÉNAT DE GENÈVE A VIRET.

On prolonge son congé et on a soin de sa famille. [1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie.)

A Maistre Pierre Viret.

Ayant leu les lettres que nous aves escriptes nous avons este joyeux et avons rendu graces a Dieu de la bonne affection quil vous avoit donnee de ne point abandonner la paouvre eglise de lyon en telle necessite que vous la declaires et lavons aussi entendu dallieurs car ce nous eust este grand regret quil y fust advenu dissipation ou ruine par vostre absence. Et comme ce a este un service agreable a Dieu aussi de nostre coste pour le soin et compassion que nous avons des membres de Jesus Christ nostre chef commun nous vous scavons tresbon gre de ce que vous naves point defally au besoin a ce paouvre peuple qui estoyt pour lhors tant estonne. Despuys nous avons receu lettres du conseil de leglise par lesquelles jlz nous suplient fort jnstamment de vous prolonger encor lespace[2]) de troys moys lequel nous semble bien long pour le desir que nous avons de vostre retour car lan sera tantost expire que vous partistes dicy. Touttesfois pource que nous desirons de les ayder entant quen nous sera nous avons pense de remettre la chose a vostre discretion sachans bien que vous ne delaisseres point vostre eglise tellement quelle soyt desolee et aussi comme estant sur le lieu vous pouves mieux voir ce qui est necessaire et expedient. Vous adviseres donc de retourner le plus tost que vous sera possible touttesfois avec bonne oportunite et que vous laisses leglise en estat de se pouvoir entretenir. Ce que nous avons proveu a vostre famille ce a este de bon cueur tant pour lamour que nous vous portons et le service que vous aves fait de long temps a Dieu et a ceste eglise comme aussi pour solager les fideles de pardela pour lesquelz nous voudrions nous employer en plus grand chose. Surquoy nous prierons Dieu vous maintenir tousiours en sa saincte garde. Geneve ce xi[e] de 7bre 1562.

3850. 1) *Viret avait prêché et célébré la cène à Nîmes le* 24. *Mai, et était parti le lendemain pour Lyon. Dès le mois de Juin l'église de cette ville demanda un prolongement de congé pour lui, lequel fut accordé pour deux mois* (*N.* 3817 *suiv.*) *Voyez Reg. du Conseil aux* 18. *et* 24. *juin,* 4. *et* 10. *Septembre.*

3) *mot. douteux.*

3851.

BULLINGERUS CALVINO.

De gallicis rebus certior fieri cupit, unde tristissima quaeque nunciantur. Commendat Polonum quendam.

(Autographon sequitur praecedentem Bullingeri in eodem Codice Turicensi, item exstat ap. Simlerum l. l.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fideli domino colendo et fratri carissimo suo.

Genff.

S. D. Nisi opportunus hic nuncius ad vos abiret, non fuissem tibi molestus brevi hoc meo epistolio. At commode per hunc poteris rescribere de rebus Galliae, de quibus quum nuncientur in diem tristissima, maxima me afficiunt molestia. Moerore tantum non conficior. Dolet ex animo veritatem blasphemari, idololatriam restitui, sanctos Dei confessores et miseram plebeculam barbara saevitie ita misere trucidari, ac impios tantopere exsultare. Verum huiusmodi querelas multas cogeris audire quotidie, unde merito dolorem tibi augere non debeo. Oremus Dominum ne nos deserat in perpetuum. Mendacium vel *Mendoza* legatus Gallicus petit ab 8 Cantonibus, adhuc 8 signa: [1]) quae res me utcunque consolatur. Si enim res papistarum tam felices sunt, ut praedicant, quid necesse est, augere exercitum? De Anglis nihil amplius audio. [2]) Vereor vana esse quae nunciata sunt de ipsorum adventu. Et Germanos post festum venire timeo. [3]) Nam hic dicitur pro certo, Aureliam gravissime obsideri. [4]) Utinam feliciora a te audiam per hunc Polonum, qui brevi ad nos redibit. [5]) Commendo ipsum tuae humanitati. Nam vir est bonus et doctrinae nostrae studiosissimus, qui si aliquando in patriam redierit, plurimum iuvare poterit ecclesiam. Vale, domine colende et frater carissime, supplicemusque Domino Deo nostro assidue, ut nostri misereatur, et nos liberet ab infensissimis hostibus nostris. Salutato D. *Bezam* ubiubi sit, D. *Ionvillaeum, Budaeum* et alios nostros amicos. Salutant te una cum tuis omnibus nostri omnes. Septemb. 14. 1562.

Tuus Bullingerus.

3851. 1) *De hac nova legatione alibi nihil legimus.*
2) *N.* 3844.
3) *Quos Andelotus adduxit revera post festum venerunt. Demum a. d. VI. Id. Oct. Bacaratum advecti Rotomagenses servare non potuerunt.*
4) *Ibi Condaeus et pecunia et tormentis bellicis destitutus Andelotum anxie exspectans nihil tentare poterat maioris momenti.*
5) *Simlerus Tretium innui putat. Verum hunc iam superiore anno* (*N.* 3672) *Genevam proficiscentem Calvino commendaverat Bullingerus.*

3852.

DATHAENUS CALVINO.

Primum enarrat novam controversiam Francofordiae inter peregrinos ortam, deinde describit prolixam quandam dissertationem theologicam an liceat ipsis infantes suos Lutheranis ministris baptizandos tradere.

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 113.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino domino et praeceptori suo perpetua fide colendissimo.

Genevae.

S. P. Literae tuae 18. Iunii [1]) Geneva ad me scriptae, clarissime vir et praeceptor in Christo colendissime, modis omnibus fuerunt gratissimae: quibus mihi abunde factum esse satis vere et sentio et fateor. Alterutrum enim faciendum esse omnino doces: nimirum aut sedem exsilii mutandam, aut in perceptione baptismi de fide contraria in articulo coenae et coniunctione cum omnibus ecclesiis idem sentientibus testandum esse. Utrique consilii tui parti acquiescimus. Tentatis enim frustra mediis omnibus nos bona ex parte in Palatinatum [2]) transivimus, ubi pristino nostro ministerio Dei et Principis Electoris beneficio fruimur, et Francofurti quondam haerentes, quid de coena et baptismo sentiremus, aperte semper coram senatu et concionatoribus testati sumus, et corruptelas improbavimus quemadmodum acta ipsa et testantur iam et fusius adhuc testabuntur. Quis enim vere pius ibi fidem suam serviliter dissimulet, ubi sine omni vitae et fortunarum discrimine et verum fateri et falsum reprobare et publice et privatim licet? Heidelbergenses theologi factum nostrum probarunt. [3]) Hoc ipsum etiam fecit D. *Holbrachius,* imo et eruditissimae literae tuae nos abunde purgant. Nam conditionem illam semper obtinuimus, quam tu illos

3852. 1) *N.* 3807. *Cf. etiam N.* 3777.
2) *scil. in Frankenthal, Schoenau, St. Lambert et alia quaedam oppida* (*Steitz, Hrtm. Beyer. Frkf.* 1852 *p.* 140). *Pars tamen Francofurti pro tempore remansit, ut ipsa haec epistola docet. Dathaenus ipse concionator aulicus Heidelbergae factus est, quod Frcf. Rel. Hndl. p.* 193 *male ad a.* 1560 *referunt* (*Struve pfls. KH.* 105).
3) *Exsules et Heidelbergenses et Marburgenses theologos adierant rogantes ut apud suos magistratus pro ipsis intercederent. Heidelbergenses Olevianus, Boquinus, Tremellius, Neuserus, caett. pridie Id. Mart. magistratui suo scripto declararunt, confessiones ab exsulibus exhibitas m. Iulio et Dec.* 1561 *et Martio* 1562 *scripturae s. omnino consentaneas esse petieruntque ut illi hospitaliter exciperentur. Paucis post diebus legati Electoris et Landgravii advenerunt idem commendantes.* (*Heppe, deutsch. Prot.* I. 466.)

nobis non concessuros putabas, nimirum de fide nostra et coniunctione cum aliis nostris ecclesiis semper testati sumus. Testem cito D. Arnoldum *Bancum*, virum integerrimum tibique et carum et notum. Is enim huius tragoediae pars una fuit et suis diligenter suasit, ne lutheranae ecclesiae baptismum contemnerent, quum iam peregrini de fide sua et corruptelarum improbatione coram senatu et concionatoribus satis testati essent. At his non contenti aliquot, quorum inconsideratus zelus scientia et iudicio quo pollent maior est, asserere non verentur, ipsos Lutheranos non pertinere ad ecclesiam Christi: item hominem pium illorum ministerio contaminari. Non obstantibus protestationibus omnibus ad separationem progrediuntur etc., quemadmodum ex duobus scriptis quae hac de re accepturus es abunde intelliges. Liceret certe istis alio commigrare ac suae conscientiae satisfacere: iam vero et alios damnant ac turbant, et ipsi locum non mutant. Quare, ut paulisper compescatur horum temeritas, te per Christum serio obtestor quid de propositis quaestionibus sentiendum sit, nobis primo quoque tempore significare ne graveris. Exaggerant alii concionatorum vitia, non in alium finem quam ut evincant eos peccare qui talium ministrorum opera in baptizandis infantibus utuntur. An non idem prorsus Donatus asseruit? Fratres gallici idiomatis hac de re nihil omnino ambigunt: soli nostrates[4]) aliquot turbas has movent: quare necessitas postulat, ne latius hoc malum serpat, ut quaestiones propositae explicentur diligentius. Quae duae tantum sunt, nimirum, num coetus hic, in quo evangelium sonat et sacramentorum purus usus est, non obstantibus sacramentariae doctrinae et morum naevis, sit pars ecclesiae Christi nec ne. Deinde num viro pio hic degenti et aliud ministerium non habenti, ac fidem suam aperte quum christiani hominis officium postulat profitenti corruptelasque improbanti, liceat illorum ministrorum opera in baptismo uti, qui templum nobis claudi et ministerio interdici curarunt. Satis quid hic homini pio sequendum sit docent doctissimae Institutiones tuae: sed debet hoc repeti et nostro instituto accommodari. Spero enim autoritate vestra in viam redituros illos qui in damnandis ecclesiis, aut propter naevos aliquos aut personalia vitia, nimis sunt faciles et audaculi. Scio te gravissimis negotiis iam supra vires implicari: tamen ne nostri etiam obliviscaris iterum atque iterum obtestor. Valeas felicissime, mi pater et praeceptor observandissime, ac *Dathaenum* tuum ut coepisti amare pergas. Raptim Francofurti 18. Septembris 1562 quum ad mercatum venissem.

Tuus non minus quam suus
Petrus Dathaenus.

4) *Wallones, cf. Appendicem.*

Huic epistolae subiunctum est in Codice Genevensi schediasma sequens autographon.

Senatus Francofurtanus peregrinis Belgico expulsis templum et ministerium annis amplius sex clementer concesserat. At anno 61 mense Aprili concionatores urbis senatui fuerunt supplices, petieruntque aut ut peregrini senatus autoritate ad eiusdem cum ipsis doctrinae professionem, praesertim in articulo coenae, et eundem caeremoniarum usum adigerentur, aut ut templum ipsis alioqui occluderetur.[5]) Senatus decrevit ut tantisper templum claudatur ac ministerio peregrinis interdicatur, donec ipsis cum concionatoribus urbis in doctrina et ritibus conveniat. Postea vero frequenter supplicarunt peregrini pro ministerii sui restitutione, nec destiterunt undecim menses integros sollicitare, sed obstantibus concionatoribus nihil impetrarunt. Interim mensibus hisce undecim pendente causa coram senatu nati sunt peregrinis infantes et confirmanda fuerunt publico ritu vota matrimonialia: quare peregrini, aliud ministerium non habentes, exhibita prius senatui concionatoribusque fidei suae confessione aperta ad cuius retractationem aut dissimulationem ne iam quidem adiguntur, infantes suos Germanis pastoribus baptizandos detulerunt, apud quos etiam vota matrimonialia publice confirmari curarunt. Hinc, lite adhuc coram senatu pendente, disceptari coeptum est, nonnullis qui Germanorum baptismo usi non fuerant illos qui eo uti debuerant accusantibus, tanquam si rem illicitam designassent. Illi contra se purgarunt pro virili, dixeruntque in hoc facto suo nullum esse peccatum, praesertim quum edita prius fidei confessione ac corruptelarum improbatione baptismum pure in ecclesia Christi perceperint. At progressu temporis lis litem peperit. Quare tandem utriusque partis assensu constitutum est ut super his audirentur doctorum virorum iudicia, nimirum:

I. Num ecclesia Francofurtana, cuius concionatores peregrinis templum occludi et ministerio sui idiomatis interdici curarunt, quique puram coenae doctrinam traducunt, ac receptos errores tuentur, in qua denique maior senatus pars iniquitatem concionatorum probat et vincit meliorem, sit non obstantibus hisce doctrinae morumque naevis ecclesia Christi nec ne?

II. Num piis illis adhuc ibi habitantibus ac aliud ministerium non habentibus, veritatem tem-

5) *Hoc factum est d. 22. Aprilis:* Beschlossen dass man den welschen Predicanten vntersagen soll sich fürterhin dess Predicirens gentzlich zu enthalten bisz so lang sie sich zuvor mit den hiesigen Predicanten allerdings gentzlich verglichen vnd vereinigt haben. (*Frf. Rel. Handl. I. Beil.* p. 59. *Fresenii KG. v. d. Ref. in Fr.* p. 142 *flgd.*)

pore et loco quum christiani hominis officium postulat aperte profitentibus ac corruptelas improbantibus liceat opera talium ministrorum in baptismo infantum citra peccatum uti nec ne?

Qui haec asserunt, nimirum et Francofurti esse Christi ecclesiam, et proinde liberum licitumque in ea esse baptismi usum, ferre potuissent ut praefatae tantum duae quaestiones ad vos, viri clarissimi, fuissent missae: sed quia alii fratres sententiam suam copiose explicarunt, ac contrariorum argumentorum confutationem instituerunt, coguntur etiam illi pauca declarandi rei statum causa subnectere, ac orant ut haec diligenter observentur:

Principio controverti hic non tantum de usu baptismi post Flandriae ecclesiae commigrationem, quae iam maxima ex parte in Palatinatum transiit, sed de ea etiam baptismi perceptione quae lite pendente, ut dictum est, coram senatu mensibus undecim facta est: num pii viri, qui superius recitato modo usi sunt alio ministerio destituti, peccarint nec ne?

2. Observetur praeterea, peregrinorum neminem urbe eiectum esse: nam Gallorum maior pars et Flandrorum multi etiamnum Francofurti tranquille admodum vivunt, et qui cesserunt ultro ac sponte sua cesserunt, ut alibi ministerio vernaculi idiomatis efficacius consolarentur * ac aedificarentur. Quare quod alii de persequutione dicunt ac inculcant, de sola templi nostri occlusione et particularis ministerii nostri prohibitione intelligi debet, non autem de alia tyrannide, de qua quod queratur habet nemo.

3. Quod vero ministerium apud adversarios est piis non nocet qui ad baptismum edita fidei suae pura confessione citra omnem corruptelarum approbationem admittuntur. Sunt enim ministri illi externe saltem domestici, ac eodem nituntur nobiscum fundamento: sunt enim ministri ordinarii nec hactenus legitime fuerunt convicti, multo minus excommunicati.

4. Dicimus vero, non tantum optima illius ecclesiae membra, sed eos etiam omnes qui verbum audiunt et sacramentis utuntur externa visibilis ecclesiae membra esse, iuxta parabolas Matth. 13, et sententiam Christi: Multi vocati pauci vero electi. Illi vero qui veritatem amant ac impietatem detestantur, non tantum visibilis ecclesiae, sed et invisibilis ecclesiae membra sunt. Denominationem etiam ecclesiae non a maiore, sed a potiore ac meliore eiusdem parte debere fieri putamus. Nam Isaiae et Simeonis etc. saeculo ecclesiam externam etiam fuisse nihil ambigimus, etiamsi et maior pars esset impia, et ecclesiae ministerium esset apud impios.

5. Dicimus Donatum non in eo tantum peccasse quod sacramentorum efficaciam a dignitate ministri pendere diceret, sed etiam in eo quod pios impiorum in usu sacramentorum consortio contaminari putaret, ut ex lib. Augustini post collationem cum Donatistis et epistola praeliminari post collationem et aliis eius viri scriptis patet. Illi igitur qui hoc docent Donati errorem revocant.

6. Non licere pio ut huic coetui se coniungat, in quo maior pars impia meliorem superat, probatione opus habet, maxime quum Deus ibi verbum et ministerium suum propter electos servaverit, et pii impiorum sceleribus non communicent, sed illorum tantum opera in baptismo Christi utantur alio ministerio destituti, ac fidei suae confessione prius edita.

7. Non controvertitur sacramenta ibi percipienda esse ubi quam purissime administrantur, quum datur piis optio. Quis hoc ignorat? Sed quaeritur, num peregrini causa sua pendente coram senatu mensibus undecim, quum aliud ministerium non haberent, quemadmodum neque iam etiam habent, bene fecerint, ac etiamnum bene faciant, baptismo in lutheranis ecclesiis utentes, praesertim quum apertam confessionem fidei suae ediderint, neque ad eius abnegationem aut corruptelarum approbationem vel tacitam vel apertam adigantur.

8. Ad tres illas rationes, propter quas alii illicitum esse hunc baptismi usum putant, respondemus: 1° Nullus scripturae apex prohibet baptismum in ecclesia percipere, qualescunque sint ministri. Non enim nobis licet propter id quod hominum est abiicere quod ipsius Christi est. 2° Ad locum ex 16 Cap. ad Ro. desumptum quod attinet, eum de illis, qui eodem nobiscum fundamento nituntur ac Christum nobiscum praedicant, non posse intelligi (aliud est sectas facere, aliud stipulas auro admiscere), sed de talibus quales Act. 15 et Gal. 1 commemorantur, quibus nec Ave dicendum est. Nam si locus ille de omnibus iis qui aliqua ex parte contra Pauli doctrinam (servato tamen fundamento) quid docent intelligi debet, alteruter nostrum sectarius est, ac proinde fugiendus: nam alteruter hic quid docet a doctrina Pauli alienum. Fugiendi essent denique qui in ecclesiis nostris doctrinam praedestinationis labefactant. Docent enim quod cum Christi et Pauli doctrina pugnat. Hac ratione sectariorum nullus esset finis. Ergo de illis qui fundamentum convellunt labefactantque, locum ad Ro. 16 intelligendum putamus, et ita schismatis causae sunt. 3° Ad locum 1. Cor. 5 dicimus excommunicationem separationem debere praecedere: quare locus hic contra nos non militat. Deinde separatio fieri debet, quatenus necessitas hoc fert et postulat. Nam iubet Paulus excommunicatum 2. Thess. 3 admonere tanquam fratrem. Praeterea facienda a malo, non autem a sancto et necessario baptismi usu. Et huic praecepto Pauli diligenter obtemperant nostri, quibus cum impiis nihil commercii est:

tantum in baptismo ministrorum illorum opera utuntur, idque modo prius dicto. 4° Quod vero de falsa circa baptismum doctrina dicitur non satis firmum est. Principio constat *Lutherum* super Gen. cap. 17 infantes absque baptismo discedentes pronunciare beatos. Idem facit Lucas *Lossius* super Ioann. Cap. 3. De *Brentio* et *Bucero* post ipsam subscriptionem Wittembergensis concordiae idem dicere possumus. Praeterea concionatorum hic nonnulli aperte non baptizatorum infantum salutem pro concione asseruerunt. Postremo nos quid de hac re sentiremus senatui ipsisque exhibuimus, qui doctrinam baptismi uno dente nunquam arrodere ausi fuerunt, ut acta nostra testabuntur: quare apparet illos de baptismo paulo dexterius quam de coena sentire, etiamsi obstetricum baptismum defendant. Adde, etiamsi doctrina de baptismo naevo etiam aliquo deformata esset, an propterea peccare dicendus est is qui ministerio illorum utitur cum veritatis confessione ac corruptelarum improbatione? Notius est quam ut commemoratione indigeat quid Augustinus de infantibus absque baptismo morientibus senserit, quid denique de coena pueris distribuenda scripserit. Nec caruerunt alii scriptores suis vitiis: ideo tamen eos peccasse non consequitur, qui illorum ministerio usi sunt. 5° Ad scandalum quod attinet, nullum hactenus in Germania audivimus, nullum in Helvetia, Sabaudia, Gallia tota, Anglia aut Phrysia nostro facto offensum esse, sed contra Heydelbergensis schola factum nostrum probavit ac scripto ad hanc quaestionem iam respondit. Quare non datum sed acceptum scandalum esse dicimus ab illis quibus plus zeli quam iudicii est. Si tamen ecclesiae aliud ex verbo Dei docuerint, culpam agnoscere ac deprecari non recusabimus.

9. Num illa quae alii de clavibus et iniusta exclusione ab ecclesia dicunt instituto huic serviant, nec ne, hoc piis iudicandum relinquimus.

10. Ad id quo quaeritur, quomodo is professioni suae faciat satis qui sectarium et persequutorem fratrem agnoscit etc., respondemus, non habere nos hic quod de persequutione queramur, quum omnibus hic etiamnum habitare volentibus hoc liceat maxima cum conscientiarum libertate, nullique nisi sponte discesserint, ut vernaculam linguam audire et pristino ministerio repurgatiore uti possent. Porro si qui sunt qui ministros Germanos reclamante conscientia fratres appellarunt, illi se ipsos accusent, non autem alienae conscientiae iudices se constituant. Ego aperte testor, me ministros lutheranae ecclesiae appellare fratres, non quia fraterne mecum agant, sed quia eundem patrem (etiamsi caritatem fraternam graviter laedant) in filio mecum invocant. Et hac ratione arbitror D. *Bullingerum*, in tractatu super verbis: In domo patris mei, illos clamantes fratres appellasse, quod etiam D. *Anastasius* aliique viri docti in scriptis suis passim faciunt.

11. Quod de separatione repetitur iuxta doctrinam Matth. 18, 1. Cor. 5 et Rom. 16 quid sentiamus diximus. In usu sacramentorum quilibet se ipsum probet, et impii sibi exitium sumunt non aliis. Anima quae peccaverit morietur.

12. Quod alii quaerunt, annon liceat ipsis cessante ecclesia in excommunicando ad alias puriores ecclesias transire etc., hoc non controvertitur (neminem huic loco alligamus qui omnes ad commigrationem hortamur), sed num quae culpa in illis haereat qui alio ministerio destituti baptismum praefato modo apud eos qui Lutherum in doctrina coenae sectantur perceperunt.

13. Ad locum Matth. 23 multa adferuntur ad institutum nihil facientia. Quod vero dicitur, illos loco temporibus et personis fuisse alligatos, nos vero non etc., respondemus, nos pendente coram senatu lite ac ministerio nostro nobis interdictis et loco et personis illis fuisse alligatos. Nisi enim bonae causae desertores ac veritatis proditores videri voluissemus, stationem nostram lite pendente deserere non potuimus. Deinde Christianos, qui in aliquo tolerabili coetu sunt, in quo verbum sonat et sacramenta administrantur, non minus ad baptismi perceptionem alligari quam Iudaeos ad usum circumcisionis. Praeterea loco Matth. 23 non tantum docetur Iudaeos pios tempore Christi Pharisaeorum ministerio non fuisse pollutos, sed in genere pios auditores impiorum puro ministerio non contaminari, quod et veteres et recentiores omnes summo consensu testantur. Quod autem alii cultum Dei tempore Christi purum fuisse dicunt probatione indiget. Nam quum vitiata fuerit doctrina, ut ex Matth. 5. 15. 16. Luc. 11 patet, quum denique domus orationis spelunca latronum facta fuerit, qualis potuit esse divini cultus puritas? Sed hoc nihil ad rem: nam et baptismus hic pure et simpliciter forma a *Bucero* olim tradita, sine exorcismis, oleo, sale, sputo, cum piis precationibus sanctisque exhortationibus administratur. Praeterea quod sacerdotes dicuntur fuisse irreprehensibiles satis firmum non est: constat enim eos Christum persequutos fuisse, eosque omnes synagoga exclusisse, qui Christum confessi sunt. Quomodo igitur hi dici poterant irreprehensibiles? Porro, etsi ea iam non concedatur libertas publice protestandi, quemadmodum in synagogis factum fuisse alii asserunt, putamus tamen pii hominis conscientiam satis purgari, quum liberam confessionem edit nec eam ullo verbo retractat, sed testatur se aperte coniunctionem colere cum ecclesiis illis omnibus quae idem sentiunt, quemadmodum nos fecimus, qui confessionem ecclesiarum Galliae senatui nostro nomine exhibuimus. Igitur argumentum ex Matth. 23 cap. desumptum manet firmum.

De quo quid sentiant pii et eruditi intelligere cupimus et optamus.

14. Argumentum quod sumitur ab exemplo Corinthiacae ecclesiae in sectas divisae, scortatione plus quam ethnica contaminatae, in usu disciplinae cessantis, idolorum sacrificiis se polluentis, coenam profanantis ac articulum resurrectionis in quaestionem vocantis, Galaticae item ecclesiae, Pergamensis ac Thyatirensis (Apoc. 2), nostro huic instituto aptum esse iudicamus, ut doceatur, pios impiorum consortio in ministerio ecclesiae contaminari etc.

Hisce igitur aliisque scripturae testimoniis freti comprehensam hoc scripto sententiam bona conscientia hactenus defendimus, parati tamen et audire et sequi meliorem, si qua melior ex scripturae fontibus nobis adferri potest. Et oramus pios ecclesiarum pastores et ministros ne quid hic sentiant nobis aperte significare dedignentur, ut tandem idem et sentiamus et loquamur omnes. Amen.

Petrus Dathaenus.

3853.

VATELLUS [1]) CALVINO.

Quaestiones variae ad disciplinam ecclesiasticam pertinentes.

(Edidit Beza Genev. p. 323, Laus. p. 630, Hanov. p. 710, Chouet p. 443, Amst. p. 202.)

Pater in Christo carissime ac venerande, ex multis causis quae me ut has ad te literas darem adduxerunt una est praecipua quam primam omnium quam brevissime potero expediam. Proximis superioribus diebus huc venerunt Principes Duces, *Bipontinus* et *Wirtembergensis*, Principis nostri tutores. [2]) Hic quum essent, horum ecclesiastae et consiliarii aliquot nobis omnibus verbi ministris convocatis rursus proposuerunt ordinationem illam ecclesiasticam iam antea tribus circiter abhinc annis nobis propositam: [3]) quae tribus potissimum capitibus absolvitur. Primum caput est de doctrina: quae ea esse iubetur in hac ecclesia, quae a prophetis et apostolis est tradita, atque adeo in confessione Augustana explicata. Secundum de caeremoniis est et ritibus formulisque catechizandi, sacramenta administrandi, nuptiis benedicendi et publicarum precum. Tertium disciplinam complectitur.

Quod ad primum et tertium attinet, utrumque recepimus, addita explicatione articuli de Domini coena, partim ne signa tantum nuda in ea recognoscere, partim ne absurdam impanationis opinionem admittere videremur. Secundum reiecimus. Quod quam aegre tulerint praesides tibi negotia huiusmodi non semel experto cogitandum relinquo. Praecipua tamen controversia de privato baptismo, [4]) fuit: privato inquam baptismo, id est, ab obstetricibus administrato, quem in hanc ecclesiam revocare ita apud se constituerant, ut nullum non moverent lapidem (quod aiunt) quo nos in suam raperent sententiam. Sed frustra. Porro ne victi omnino constantia nostra iudicari possent, tandem hoc ἀρεστὸν immutabile, quem recessum postremum vocant, nobis obtruserunt: Principes hunc privatum baptismum ordine bono per viros ad huiusmodi negotium transigendum idoneos instituent. Interea vetant et interdicunt vobis, ne quis vestrum adversus illum clamet, neve a coena Domini, aut ecclesiae gremio eos reiiciat qui ab honesta aliqua matrona fuerint baptizati. Haec postrema fuit reformatorum nostrorum oratio. Caeterum an hoc principes facturi sint nec ne, pro certo nondum teneo. Sed quoniam minae illae prorsus negligendae non sunt, ne forte ex improviso vim suam exserant, iam quaero, num idonea et sufficiens sit occasio ministerii abdicandi, si nobis aut insciis aut invitis et reclamantibus baptizandi potestas mulieribus in hac ecclesia concedatur.

Est et aliud de quo necesse est ut te consulam, propterea quod consilii quoque ambiguum me reddit. Ditiones tres [5]) angustae quidem sed iuris primarii

---

3853. 1) *Matth. Wattel, diaconus Mombelgardensis, Picardus ex oppido Guise. Quem Bulletin* VIII. 605 *ex Gallia profugum a.* 1562 *eo venisse dicit. Rectius Goguel p.* 65 *nonnullos eo anno fugitivos advenisse dicit qui recepti sint* sous la promesse de ne point faire professiou publique de croyances différentes de la doctrine enseignée dans les églises de la principauté. Cette mesure était jugée nécessaire par la résistance de quelques ministres qui, partageant avec les réfugiés les opinions de Calvin, refusaient d'adhérer en tous points aux doctrines de la Conf. d'Augsbourg. Cinq d'entre eux ayant persisté dans leur opposition, le conseil se crut obligé de les congédier. C'étaient M. Wattel *etc. Ex ipsa hac epistola colliges Vatellum iam dudum Mombelgardiae fuisse, quod ipsius alia ep. ad Calvinum m. Dec. scripta confirmatur.*

2) *Adfuerunt a pridie Cal. ad Nonas Iulias.* (*Duvernoy, éphém.* 244. 254.) *Tertius tutor fuit Philippus Comes de Hanau-Lichtenberg.*

3) *promulgata fuit prid. Cal. Mart.* 1560. (*Duvernoy p.* 72; *Goguel p.* 59; *Mabille, Réf. de Montb. Gen.* 1873 *p.* 40. 87. *cf. N.* 3280.)

4) *Noth-Taufe.*

5) *Hericourt, Chatelot et Clemont, duci Ulrico ademptae comiti de Fürstemberg datae fuerant, deinde regi Ferdinando traditae qui eas comiti de Ortenberg vendidit* (*Goguel* 61) *Id. Mart.* 1561 *Cl. Frc. de Rye ex comitibus de Neuchâtel oriundus, iura nescio quae praetexens, ditione Heri-*

et summi, anno proxime elapso in Principis nostri manum redierunt. Principes tutores, ut significatum nobis fuit, statuerunt in singulas illas ditiones ministros ex nostro coetu selectos mittere, qui donec aliter prospectum fuerit, relictis sacrificiis missis et idololatria, illic concionabuntur et sacramenta iis qui illa volent administrabunt. Dic nunc, obsecro, num consilium illud accipere improbareve prorsus, an intactum potius relinquere debeamus, ne forte singuli audiamus: Gregem tuum cura non alienum. Quidquid sit tamen ex te scire aveo, quid dicere aut facere debeant qui ex nobis in ditiones illas cum illis conditionibus ablegabuntur. Haec sunt de quibus tuam sententiam audire cupio, ne quid in iis vel temere vel imprudentius quam par sit audendo vel perfide turpiter connivendo designem.

Neque vero ego solus hoc in negotio haereo. Sunt et alii quinque symmystae mei, tui amantissimi, qui consilio tuo non minus quam ego iuvari percupiunt.[6]) Hi omnes mecum confessioni fidei ecclesiarum Genevensis et Gallicanarum subscripserunt, et universam doctrinam, quam Dominus scriptis tuis non minus christianis quam eruditis dispergi et divulgari voluit, orthodoxam et sinceram esse fatentur atque idcirco approbant: hac praesertim ratione moti, quod eam ex canonico literarum veteris et novi testamenti promptuario desumptam esse satis superque constet. Unde iudicamus tuam illam non esse, sed Domini, qui te eiusdem dispensatorem esse voluit et praeconem constituit. Itaque ut eundem Christum aeternum Dei omnipotentis filium cum ecclesiis Genevensi et Gallicanis amplectimur, ita idem cum iisdem sentimus in Domino. Qui utinam faxit, ut in hac confessione ita perseveremus, ut eam non solum ore et scriptis, verum etiam vita et moribus ad extremum usque spiritum constanter et intrepide testemur ac profiteamur. Amen.

Haec de me et symmystis meis pluribus fortasse quam erat necesse. Non quod vererer ne uni tantum prudentiam tuam consulenti consilium denegaturus esses: sed ut pluribus alacrius dones, quod uni tantum alacriter daturus fueras. Atque haec sunt quae de consilio nobis in commune necessario, quod a te petimus, scribenda habui.

Superest ut ad alia, levia quidem, sed tamen negotii aliquid mihi facessentia, meae festinent literae. Hic sunt non pauci qui vita defunctorum mentionem facientes, verba haec addere soleant: Cui Deus bonam et felicem det resurrectionem. Scimus quidem vanas et impias esse preces quae pro defunctorum salute funduntur: sed quoniam huiusmodi optatum ad carnis resurrectionem, quam fides nostra sperat, respicit, illud hactenus reprehendere nondum sum ausus. Itaque scire velim, an homini christiano in religione bene instituto ita loqui liceat. Et si licet, quatenus id facere possit.

Praeterea *Musculus* in suis Locis communibus,[7]) et *Bullingerus* in sua locorum communium resolutione istic excusa, fidem a Deo petendam esse asserunt. Neque tamen *Musculus* fidei nomine fidei incrementum intelligit, ut qui eos qui pusilla fide sunt adhortetur ad dicendum in suis ad Deum precibus: Domine adauge nobis fidem. An *Bullingerus* idem addat, affirmare non possum: quia nec satis memini, nec librum prae manibus habeo, ut amissam memoriam recuperem. Sed ambos in fide petenda consentire scio. Quomodo autem hinc me evolvere queam, non video. Nam qui fieri poterit ut id a Deo petam, sine quo nihil ab eodem petere possim, quod exorem? Quisquis enim Deum sine fide orat, frustra orat. Imo sic orando peccat, quum quidquid fit sine fide sit peccatum. Adde quod nemo est qui possit Deum patrem ex animo appellare, nisi prius fidei dono de paterno Dei in se amore et sui in filium adoptione certior sit factus. Ego interea autorum illorum autoritatem convulsam nolim, nec scio an ulla sit ignota mihi ratio qua defendi possint. Quare te oro, ut quidquid scrupuli in hoc mihi est loco, illud uno verbo mihi adimas.

Quod ad lusiones quibus homines tempus fallere solent attinet, etsi optandum esset ut ab illis Christiani omnes, qui de omni verbo otioso rationem sibi reddendam esse scire debent, prorsus abstinerent, tamen vix ac ne vix quidem populus hic unquam adduci poterit ut hoc praestet. Itaque sinimus illum bombardulis et arcubalestis sese oblectare et exercere.

---

court vi potitus est, sed iam a. d. III. Id. Iun. dux Christophorus armis omnes tres ditiones sibi subiecit et incolas qui catholici erant iureiurando sibi obstrinxit. Plusieurs pasteurs s'empressant d'offrir leur ministère furent chargés dès le mois d'Août 1562 de préparer les esprits par de pieuses instructions. Le 7. Avril 1565 les tuteurs interdirent la messe (*Duvernoy* 91. 147).

6) *Facile conieceris ad eos alludi qui pridie Id. Maias* 1563 *cum Vatello dimissi sunt.* (*Duvernoy p.* 178*:* La régence fait connaitre aux princes tuteurs qu'elle a congédié Matthieu Watelet (*sic*), ministre à Montbéliard, et ses confrères Bénoit Pascal (originaire d'Auvergne) de Vandoncourt, Jean Biney de Valentigney, Renaud Angon, Lyonnais, de St. Julien, et Jean Tiersant (de Meaux) de Dampierre, imbus comme lui de la doctrine de Calvin sur la prédestination; que tous les cinq se sont retirés „auprès de leur idole" à Genève, et qu'ils ont été immédiatement remplacés par des pasteurs professant „une doctrine plus saine."

7) Loci communes sacrae theologiae Bas. 1560 fol. *Locus xxiii de fide p.* 293 *ubi inter alia p.* 299*:* Monet haec consideratio ut qui vera fide destituuntur ad eum clament qui solus illam per spiritum suum in cordibus nostris operatur. *Et pag.* 305*:* Oremus illum ut fidem quam in corda nostra dedit ipse in nobis alat. — *Quodnam Bullingeri scriptum hic laudet haud praecise definire ausimus. Fortasse* Compendium christianae religionis decem libris comprehensum. A studioso quodam in lat. conversum. Tig. 1556. 8. *in quo lib. VI. est de fide et evangelio.*

Sed dubito an perinde liceat pyramidulas, chartas et fritillos vel animi relaxandi gratia permittere. Quod si licet, quatenus id licite fieri possit, scire pervelim.

De iactu lapidum planorum ad metam et pila palmaria usque adeo animi dubius non sum, propterea quod arte constant et corpori exercendo prosunt. Sed an diebus profestis sive operariis ludi illi concedi debeant, aliquatenus ambigo. Nam si iis qui opifices non sunt et sine manuum labore vivunt denegentur, responsum habebunt paratum: Si nobis licet die dominico, quia a laboribus et manuum operibus cessatur, ludere, illud idem hodie quoque nobis licet: diebus enim quibuslibet laborum et operum sumus immunes. Sin concedantur, pauci erunt qui illorum numero sese non inserant, addentes se habere unde illo die vivant, etiamsi manibus suis nihil lucrentur. Itaque consilio tuo hic quoque mihi opus est.

Choreae et saltationes sunt hic autoritate magistratus interdictae.[8]) Unde fit ut nullae aut paucissimae publice instituantur. Sed in tricliniis in quibus nuptialia convivia agi consueverunt, saltari audimus: nec possumus, quidquid clamemus, malum illud avellere. Iam vero quaero, num melius et maioris aedificationis esset, diebus profestis nuptias celebrari quam dominicis, quemadmodum in Ducatu Wirtembergensi fieri audio. Nam etiamsi diebus profestis saltabitur, nulla tamen inde sequetur diei dominici profanatio.

Haec sunt quae familiariter, tanquam patrem benignum alloquens, proponenda habui: ad quae singula ubi, si tibi est otium et si vis, responderis, maximo certe et gravissimo me levaveris onere. Dominus Deus et pater noster coelestis spiritu suo sancto semper te regat et gubernet, ecclesiaeque suae incolumem quam diutissime conservet, per dilectum filium suum Dominum nostrum Iesum Christum sibi coaeternum, coessentialem, et regni coelestis ab aeterno consortem. Amen. Dabat Montbelgardi, xi. Calendas Octobris 1562

Tuus omnino obediens filius
Mathaeus Vatellus.

8) *Duvernoy, Éphém. Sept.* 1562 *p.* 342: Visite des églises du Comté de Montbéliard et de la Seigneurie de Blamont par le surintendant et les commissaires de la régence. On y signala beaucoup de désordres, blasphèmes, chants, danses, jeux etc. A Bondeval les jeux de quilles y pullulent. A Exincourt les jeunes gens s'adonnent à danser des rondeaux ou aux quilles tant pour vin qu'autrement *etc.*

3854.

LES MINISTRES DES ÉGLISES DE PROVENCE A CEUX DE GENÈVE.

Plaintes contre plusieurs ministres et prière d'aider soit par des conseils adressés aux plaignants, soit par une adresse au Synode, à ce qu'on en soit débarrassé.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 25.)

A Monsieur Monsieur Charles D'espeville et compagnie.

A Geneve.

La grace de nostre bon Dieu vous soit multipliee par nostre Seigneur Iesus Christ et la communication du S. Esprit.

Tres chers Seigneurs et comme Peres, nostre debvoyr seroit bien de vous escripre plus souvent et des affaires des Eglises de ce pais de Prouvence. Mais dautant que nous sommes asseurez que vous avez asses de charges et affaires, a ceste cause nous desistons de ce faire, desirans plustost de vous soulager que de vous importuner trop legierement. Toutesfois estans tous persuadez que ne trouveries bon quon vous espargnast en ce que touche la gloire de Dieu, pacification et advancement de son Regne, avons osé vous prier de nous vouloir assister de conseil aux affaires que Vous declairerons par cy apres.

Despuis le temps que nostre frere *de la Garde* [1]) se partit d'Aix apres la Synode tenue a Lormarin, nous experimentons quelle est la mauvaise volonté dez ennemys domestiques de Christ lesquels portans nom et tiltre de Ministres de l'Evangile ne sont rien moins que cela. Le Seigneur en vueille repurger son Eglise. Nous avons pres et au milieu de nous ung personnaige lequel bien cognoisses, appelle Matthieu *Yssautier*, beau frere du venerable *Castalio*, lequel apres avoir [*esté*] a la Synode censuré de plusieurs trop lourdes faultes, tant s'en fault qu'il monstre quelque amendement, que plustost semble vouloir comme par despit empirer. Les dictes faultes furent telles: ascavoyr d'avoyr administré la S. Cene a deux personnes priveement iamais au paravant receues en aucune Eglise, cela sans assemblee quelconque: D'avoyr derechef administré la Cene a toute son Eglise qui est de trois ou quatre cens personnes (Dieu scait quelle rudesse

3854. 1) *N.* 3086. *Peut-être quitta-t-il là ville à l'occasion des troubles dont il est parlé N.* 3737. *Le synode de Lourmarin a été un synode provincial.*

il y a selon le pais) sans les avoyr catechisez que pour l'espace de deux iours seulement: D'avoyr conseillé aux prisonniers fidelles d'Aix au iour de Pasque de supposer ung Moyne pour dire avoir este a luy a confesse. Ausquelles despuys a adiousté ceste-cy, ascavoyr d'avoyr baptisé ung enfant du corps de son Eglise sans assemblée ny predication quelconque. D'avoyr donné conseil pour quelque mariage ne pouvant sortir a effect (comme luy sembloit) que c'estoit a Monsr. l'Evesque d'Aix a en descider. D'avoyr tenu propos au frere ministre de Lormarin (pource que ledict de Lormarin luy remonstroit le contraire) que les Chrestiens ne doibvent recourir au magistrat pour la punition des seditieux, propos qu'a semblé audict remonstrant estre yssu de la Bottique Castallienne. D'avoyr escript lettres de prodiction a ung quidam George *Cornelli* [2]) ingeré de son propre au ministere a Orange, par ycelles luy declairant par nom et surnom tous ceux qui avoient opiné au susdict Synode contre ledict *George* en la suspension de son ministere en Prouvence, iusques a ce qu'il se seroit purgé des crimes qu'on luy mettoit sus, comme verves cy dessoubz et comme en pouves avoyr plus certaine relation de la terre de Berne. D'avoyr estably pour Diacre en l'Eglise de S. Martin de Chatillon un quidam n'a guieres prebstre tenant femme a pot et a feu, nullement espousée escandale qui nous faict gemir tous les iours.

Vous n'ignores aussi le susnommé *George* duquel la vie nous apert telle: ascavoir D'avoyr admené sa femme de Prouvence enceinte de plusieurs moys et ycelle espousée par ung prebstre quelque peu de temps advant son accouchement. D'avoyr supposé ung homme de paille, luy faisant faire faux serment devant Messieurs de Berne pour dyceux avoyr congé, iurant ledict supposé que ledict George *Cornelli* estoit mandé par certain grand seigneur au pais de Prouvence pour servir aux Eglises. D'avoyr enseigné publiquement à l'Eglise d'Orange que les festes qu'on appelle annuelles devoient estre retenues en l'Eglise Chrestienne et ce pour avoyr esté sainctement et legitimement instituees. D'avoyr presché l'ydole qu'on appelle St. Antoine ne devoyr estre tenu a moindre reng que les Apostres. De s'estre ingeré d'audace à exercer le ministere contre la determination de la diette derniere et d'avoir appelé tous les ministres de Prouvence de grandz sots et badaux pour l'avoyr debouté, iusques a reparation, de son ministere.

Il y a aussi ung aultre appelle Iehan *Chabrand*, ministre de Villosc, lequel a administré et faict ung mariage d'ung prieur et de sa paillarde sans assemblée ni predication ny anonces. Et avec ceux-cy est adioint le ministre de Digne appelle Mr. *Nicolas* venu devers Neufchastel, lequel a promis par lettres missives audict *George* que hardiment il se retirast en Prouvence et que là il trouveroit a la prochaine Diette plus d'amys quil ne pençoit. De sorte que nous voyons là quattre garnementz conspirer a s'entre-bailler la main pour maintenir et couvrir les meschancetés l'ung à l'aultre, pour finalement reduire ce pouvre pais a telle corruption de Religion quils ont par cy devant mis le pais et terres de Berne.

Soit donc vostre bon plaisir, Messieurs, de nous instruire par lettres du moyen d'y proceder à la prochaine Diette. Car de nostre part nous ne deliberons point d'estre compaignons n'espectateurs des meschans ne de leurs meschans actes. Ains avons deliberé de quitter plustost le ministere ce qu'on ne devra trouver estrange par cy apres, si les appellez au Synode prochain ne nous favorisent en la tressaincte querelle de Dieu. Parquoy nous desirerions, apres nous avoyr assisté de vostre conseil, vouloyr de mesme escripre a tout le Synode, sans specifier personne, qu'ilz taschent en ce premier commencement de leurs Eglises a ne recepvoyr tels ne aultres faux prophetes. Ce estant faict nostre bon Dieu nous fera grace d'exercer nostre ministere en repos de conscience, et recongnoistrons ce grand benefice et le louerons ensemble avec vous et de vous le priant quil vueille par sa grace tousiours vous accroistre, Messieurs, les dons de son Esprit, nous recommandans bien humblement a voz sainctes prieres et bonnes graces. De Lormarin ce xx Septembre 1562.

Vos freres et humbles serviteurs
les ministres de Lormarin, La Roque, La Coste Roussillon, Sinergues, La Motte et de Cenas:

De Mercurins. Manny. de Fargues.
Bouon. Delasale. Spiron.

---

2) *H. eccl.* III. 378*: Sur la fin de May* 1562 *le Sr. de Briansonnet assiégea le château de Moant et y fit prisonniers entre autres deux ministres, Mison et Vitalis. Le Sr. de Demandols, pour éviter le siége de son château en renvoya ses serviteurs avec son frère,* lequel passant pres le village de St. Auban, à trois lieues de Demandols, fut cruellement massacré luy dixhuictiesme, entre lesquels estoit un ministre George Corneli, par les paysans *etc. Corneli ayant donc été tué en Mai ou au commencement de Juin, son ministère à Orange et les faits rapportés ici doivent être antérieurs. Parmi les pasteurs d'Orange énumérés par Arnaud* (*Prot. du Dauphiné* II. 293.) *on trouve un George Caroli* 1560. *Il y a sans doute quelque part une faute dans l'indication de l'année. Du reste il est asses étonnant que dans la présente lettre il ne soit pas fait mention de la mort de Corneli, ni des autres événements survenus depuis à Orange, tels que la prise de cette ville par Serbelloni, commandant des troupes du pape à Avignon, et le massacre qu'il fit des protestants le* 5. *juin, ainsi que de la vengeance non moins sanglante qu'en prit Des Adrets aussitôt après à Pierrelatte, Montbrun et Orange, en Juillet.* (*Hist. eccl.* III. 260. 270; *De Thou* III. 226; *Lambert, guerres de religion en Provence* I. 150.)

3855.

CORNELLI A CALVIN.

Il proteste contre les calomnies dont il se dit victime, se soumet au jugement des frères de Genève, et demande qu'on lui indique les moyens d'obtenir pour l'église d'Orange la protection du prince de Nassau. [1])

(Bibliothèque de Genève MS. 109, fol. 121.)

A Monsieur Monsieur Calvin fidelle pasteur et ministre en leglisse de Geneve.
A Geneve.

Grace et paix par Iesuscrist vous soit multipliee.

Monsieur, le present pourteur nostre frere passant par nostre cite dorenges vous dira en quel estat les affayres sont en ceste Egllisse vous priant par ceste mienne missive encores ung coup de ne croire les callumnies que lon me jete dessus et singulierement de avoier abandonee mon eglisse pour mestre introduit en ceste ville sans forme ecclesiastique quar ie ne suis poient venu hici sinon avec le consentiment du consistoyre de mon eglisse comme vous dira Monsieur *de Mavans* qui estoit present. et pour ce ie vous prie au nom de nostre seigneur de communiquer mon fet aulx freres de lEglisse de Geneve au iugement desquels ie me raporterey tant que vivvray voire au vostre seul quant il vous plerrait me commender quar ie me veulx du tout conduire par vostre conseil et celui de leglisse. Dautrepart ie vous prie me fere tant de bien de nous mander si vous nous pourries donner quelque addresse a quelque prince dallemangne qui fut evangeliste et familier de monsieur le compte *de nansot* lequel est prince souverain de ceste principaute dorenges pour nous donner plus grande liberte par ung Interim, quar nous avons toute la noblesse et la plus part des magistratz qui sont de lEglisse les monines et prestres ont depesche ung homme en Flandres vers ledit seigneur *de Nansot* et leglisse en a mande ung autre au nom du plus de la ville, pourtant vous prie au nom de Dieu nous faire quelque faveur envers quelque bon seigneur vous qui aves credit avec plusieurs princes et le seigneur Iesus qui est mort pour son eglisse vous recompensera du bien que par vostre monien ceste eglisse pourroiet avoier faisant fin apres avoier prie le seigneur vous maintenir en sa grace et toute prosperite.

Vostre humble disciple prest a vous obeir
George Cornelli.

3855. 1) *Nous plaçons cette lettre non datée à la suite de la précédente qui sert à l'expliquer.*

3856.

OLEVIANUS CALVINO.

Praemisso nuncio de vocatione novi professoris iuris multis agitat quaestionem de disciplina Heidelbergae instituenda [1]) *et consilium Calvini de ea re sibi expetit.*

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 10.)

A Monsieur Calvin ministre de leglise de Geneve.

Gratia et pax a Deo patre per Iesum Christum filium suum. Amen.

Malo te quantumvis multis negotiis occupatum scriptis aliquot verbis salutare quam ore alterius, et simul abs te petere ut aliqua in re nos iuves. Vocatus est enim huc in locum *Balduini* melior *Scrimgerus* Scotus vester civis, [2]) quem hic novi apud D. *Ehemium.* Si cunctetur, rogo te per Christum ut eum extrudas. Erit enim hic utilior eius opera ad promovendam Dei gloriam, quam istic ubi bonorum virorum est copia. Agebamus, quum nobiscum esset *Scrimgerus*, de disciplina tum ecclesiae tum scholae, quae hic nulla est. Nil autem magis impedit quam idolum illud excisum et exsculptum ex ligno scientiae boni et mali, prudentia scilicet humana. In academia aliquot iureconsulti disciplinam praecipue remorantur, quos facile fraenabit *Scrimgerus.* Quare abs te peto ut nascentem hic ecclesiam adiuves. Deinde vero Dominum etiam ores ut veram et solidam disciplinam ecclesiae hic constituat. Princeps animo est propenso et necessitatem disciplinae constituendae intelligit, atque duobus e privato consilio, nempe *Probo* et *Ehemio,* [3]) mandatum

3856. 1) *cf. N.* 3250. 3699. 3711.
2) *Vocatio haec effectum non habuit, nam Scrimgerus Genevae remansit ubi a.* 1565 *professionem philosophiae cum iuridica permutavit.*
3) *Christophorus Probus Electoris fuit cancellarius; Christophorus Eheim Augustanus prof. iuris primum Tubingae postea Heidelbergae, Ottoni Henrico a consiliis secretis et praeses summi senatus ecclesiastici.*

est ut cum senatu ecclesiastico[4]) ea de re agant sequenti hebdomade. Verum valde metuo ne quidam, praeter principem, dicis causa rem agant, et ut doceant per se non stare. Nam prorsus nil agere vix possunt, quia diffuse et acriter nuper in 1. Cor. 5 disciplinam ursi, et aliquoties praemissis rationibus ostendi ac palam coram principe dixi, non solum ebriosos etc. reos fieri corporis et sanguinis Domini, sed etiam eos omnes qui, quum possint legitimum ordinem excommunicationis restituere, neque faciant tamen, eos, inquam, omnes in eundem reatum se involvere: durum id quidem videri, sed verbum Domini sic scriptum esse. Difficultatem autem parit maximam reipublicae constitutio. Est enim aula, cuius domestici magna ex parte in urbe habitant et habent suum magistrum marscallum. Est deinde cancellaria, quae suum caput habet cancellarium. Civitas tertio senatum habet et scultetum, universitas rectorem. Ad haec senatum habemus ecclesiasticum, ordinatum a principe et ipsius consilio, qui et huius ecclesiae et reliquarum in Palatinatu negotia curare debebant*. In hoc senatu hi sunt: unus concionator aulicus *Dillerus* (qui disciplinae egregie favet, licet sit timidus, ut ipse fatetur), D. *Boquinus*, quem saepe occupat professio, ex concionatoribus urbanus ego solus, *Erastus* medicus,[5]) qui professione sua valde distrahitur, Wenceslaus *Zuleger*,[6]) qui personam principis repraesentat, qui valde amat disciplinam et e Bipontinatu aliquando ad te scripsit: secretarius unus Stephanus *Cirlerus*.[7]) Iam constituere novum corpus seniorum, praeter hunc senatum, non videtur consultum. De ratione igitur cogitandum esset, qua ex diversis reipublicae partibus, ut ex cancellaria, academia, senatu urbis etc. eligerentur aliqui qui cum ministris omnibus certo die in septimana coniungerent sese iis qui iam in senatu ecclesiae sunt, ad exercendam disciplinam. Rursus vero periculum est ne aut ecclesiae sua eripiatur libertas, aut, si a multis sint eligendi, ne confusio sequatur, praesertim quum multi adhuc purae doctrinae clam repugnent et pauci sint apti ad munus seniorum. Rogo igitur, carissime pater, primum ut Deum cum vestra ecclesia huius tantae rei causa ardenter invocetis: deinde, si per occupationes liceat, et si ex circumstantiis, prout a me adumbratae sunt, possis aliquid consilii nobis suppeditare, velim ut id facere digneris uti confido. Possemus pientissimum et mortificatum virum eximiae autoritatis habere ex cancellaria: in senatu urbis aliqui sunt pii et boni, itidem in senatu academiae. Ad haec princeps est sanctissima praeditus voluntate. Rogo igitur ut scribas. Quaestionem etiam hanc velim a te explicari, non tam mei quam aliorum causa: an habenda sit inquisitio, qui submittere se velint disciplinae. Quae res contentiones infinitas pariet contentiones,[8]) aliis contemnentibus alios: O tu es unus ex novis illis sanctis Zwinglianis! An vero, quemadmodum pius magistratus aversanti populo sinceros praefecit ministros, ita etiam autoritate sua hic uti liceat ut omnibus ex aequo mandet obedientiam debitam disciplinae.[9]) Res est magna et quoad praxim difficilis: alioqui te quaestionibus non occuparem. Et rogo ut Deum privatim etiam pro me ores. Dominus Iesus te consoletur et in mediis aerumnis det gaudium quod superet omnem intellectum. Amen. Heydelbergae 24. Septemb. Anno 1562.

Tuus ex animo
Gaspar Olevianus.

Scripsi haec festinanter ut potui: cras enim mihi est concionandum.

3857.

GREGORIUS PAULUS VERMILIO ET BULLINGERO.

Diffusa et fastidiosa disquisitio loci de trinitate contra Stancarum, ex qua tu colliges utrosque pariter orthodoxia, magis tamen sane mente excidisse.[1])

---

4) *ab Ottone Henrico* 1556 *instituto* (*Seisen, Ref. zu Heidelb. p.* 61).
5) *N.* 3250. 3272.
6) *Bohemus, inde ab a.* 1559 *consilii ecclesiastici praeses* (*N.* 2721).
7) *Secretarius intimus, duxerat neptim fratris Melanchthonis.*

8) *sic.*
9) *Negotium hoc disciplinae instituendae haud ita facile processit, quanquam Olevianus, a cuius partibus stabant Ursinus, Zancus et Boquinus, etiam in suo catechismo et in legem ecclesiasticam* (*Kirchenraths-Ordnung*) *eius principia inseruit. Opposuerunt se Erastus, Probus, Cirlerus, alii, sed tandem ille vicit.*

3857. 1) *Cf. Stoinii Epitomen in Sandii Bibl. Antitr. p.* 186 (*et Lubien. Hist. ref. Pol. II. c.* 7, *p.* 131)*:* Gregorius minister Cracoviensis a. 1562 post synodum Pinczovianam (April.) illius decreto sese accommodando vocibus scholasticis pro concione abstinere, publice ita concionabatur ut S. S. et symbolum ap. de uno Deo loquuntur et N. T. praelegebat in coetu et explicabat. Quod adeo displicuit Sarnicio acerrimo trinitatis propugnatori ut non puduerit eum postulare a Gregorio ne in posterum lectione N. T. auditores detineret sed symbolum explicaret. *Inde duabus in synodis m. Iulio et Augusto congregatis inter eos disceptatum est.*

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Epp. Tom. 25, fol. 176. — Simler Vol. 105.)

Clarissimis et integerrimis viris D. Petro Martyri et Heynricho Bullingero Iesu Christi fidelibus organis Tiguri fratribus in Domino observandissimis et praeceptoribus venerandis.

Gratiam et pacem a Deo patre et Domino Iesu Christo.

Scripsimus vobis, viri clarissimi et fratres in Domino venerandi, de turbatis nostris ecclesiis per *Stancarum*, non solum in causa mediatoris integri Christi Domini, sed etiam in doctrina de trinitate. Ita enim utrumque hoc coniungit et defendit ut utrumque simul evertat. Confundit vero trinitatem et ex ea unum Deum trinomium conflat, ad quem quoque mediatorem filium eiusdem trinitatis statuit. Dividit autem contra unum Christum et illi nomen Dei in trinitate relinquit. Hominem vero extra trinitatem submovet, cui partes mediatoris, servi et intercessoris tribuit ad trinitatem: quam haeresin describit Athanasius fol. 91 (novae edit. Basil.). Ubi distinctio vera et realis in trinitate retinenda est, nullam vult nisi nominum: ubi unitas retinenda in uno Christo, ibi separat. Deinde tot locos scripturae hoc suo iudaismo (quo propter mediatorem suum hominem trinitatem confundit et filio Dei divinitatem aufert) ita corrupit, ut quis sit Deus pater, quis eius filius unicus, in quo tota salus sita sit secundum Ioannem (17) non possit dignosci. Sic illum 1. Tim. 2: Unus deus, unus mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, ubi unum Deum trinitatem interpretatur. Ut cognoscant te verum solum Deum i. e. trinitatem, et quem misisti Iesum Christum, i. e. hominem. Creditis in Deum i. e. trinitatem et in me credite, i. e. hominem. Ut cognoscamus verum Deum i. e. trinitatem, et simus in vero filio eius. Quidquid petieritis patrem, i. e. trinitatem, in nomine meo, i. e. hominis etc. Nos vero nunquam hos locos de trinitate, sed de patre et filio distincte interpretari possumus sicut et illos: Sic Deus dilexit mundum, i. e. pater, ut filium suum daret. Deus proprio filio non pepercit, i. e. pater. Deus reconciliavit sibi cuncta per filium, i. e. pater, non trinitas, ut *Stancarus* vult, etc. Quemadmodum etiam alii loci de solo filio dicunt: Verbum erat Deus. Sanguine Dei mundati sumus. Sic Rom. 9 de solo Christo: qui est Deus benedictus in saecula. Dominus meus et Deus meus. Sic 1. Ioh. 5. Ut enim patri simpliciter nomen Dei tribui videmus in scripturis, ita filio nunquam dari nisi aperta mentione nominis eius, vel verbi, vel carnis vel sanguinis. Pater enim simpliciter Deus est a nullo genitus. Filius autem Dei Deus est, sed ex Deo, ideoque Deus verus quia ex Deo vero, quemadmodum et homo verus quia ex homine vero. Unde et consubstantialis Deo patri quia ex patre, sicut et nobis consubstantialis quia ex homine vero natus, aeternus, omnipotens, quia ex aeterno et omnipotente. Contra *Stancarum* vero, quia sua confusione non modo veram trinitatem corrumpit sed et filium Dei, Deum de Deo, abolere vult, distinctionem ubique in scripturis observatam obiicimus: baptismi formam, symbolum apostolicum, locos scripturae mille et praecipue illum locum Pauli 1. Cor. 8, ubi distincta de Deo patre ex quo omnia, distincta de filio Dei confessio editur, et alias de spiritu sancto: qua de re fusius in literis nostris ad vos datis. Sic locos alios quos pro sua confusione adducit explicamus: Dominus Deus tuus unus, et similes, quos de patre non de trinitate confusa illius intelligimus, iuxta Pauli interpretationem claram 1. Cor. 8, et ipsius Christi Ioann. 8: Quem vos dicitis Deum vestrum esse pater meus est. Ioann. 3. Rom. 8. Item ubi Dei nomen patri tantum tribuitur, quemadmodum in aliis locis scripturae soli filio nomen Dei tribuitur distincte. Neque hic solum scripturae testimonia habemus, sed etiam patrum eorum qui cum apostolis vixerunt vel apostolos sequuti sunt. Sic Irenaeus in multis locis, lib. IV. c. 1. 2. lib. III. c. 6. Ubi loca scripturae: Ego sum qui sum, patri tribuit. Sic Deum Abrahami, Deum Isaac, vocat patrem Domini nostri Iesu Christi et eum invocat. Sic lib. III. c. 9, toties vocat unum Deum patrem et mille aliis locis. Ignatius quoque apertissime distincte de trinitate loquitur Ep. 9, 5. etc. neque unus locus exstat ubi confuse loquatur. Sic Tertullianus de praescr. haereticorum, ubi regulam fidei edit inviolatam nisi ab haereticis. De trinitate quoque scribens librum primum confessionem edit de Deo patre et testimonia scripturae similiter ut alii de eo citat, deinde de filio eius Iesu Christo Domino et Deo nostro, postremo de spiritu sancto, ubi etiam contendit cum haereticis de voce Unus, quae de duabus personis vel tribus non usurpatur in scripturis, sed tantum neutro genere Unum, contra Sabellium. Sic ibidem contra eundem de eadem distinctione agit praeclare et apertissime, et de eo quod duos deos non introducant qui distincte credunt patrem esse verum et unum Deum, tum quoque filium Dei, Deum de Deo: quemadmodum et symbolum Nicaenum contra Arium editum docet. Sed qui duo principia inducit, aut duos patres, aut duos filios, aut non eiusdem naturae genitum cum genitore, hic duos deos introducit, quod quoque Hilarius, Basilius, Athanasius etc. docent, neque alio diversitatem aut pluralitatem deorum induci, nisi hoc uno modo, si natura diversa introducatur, ubi iam pater non esset principium filii sui, sed essent duo

principia, duo ingenita, qualis fuit Marcion[2]) etc. Sic distincte docet et Iustinus credendum esse, in libello contra Tryphonem Iudaeum, ubi etiam non veretur filium Dei dicere alium Deum numero a creatore. Sicut et Basilius unum Deum numero esse negat, et Cyprianus Ep. 141. in Symbolo. Hilarius quoque (lib. 1 de Trin. fol. 128) apertissime hoc defendit et ita loquitur: Unus et unus Deus, Deus ingenitus, Deus unigenitus. De patre et filio, non duo dii, inquit, sed Deus et Deus. Sic in Deo patre et in filio neque duos connumerabis deos, quia unum uterque sunt, neque singularem praedicabis quia uterque non unus est. Non habet igitur fides apostolica duos deos, quia nec duos patres habet nec duos filios. Quin et Sabellii impiam opinionem perstringit qui unum Deum patrem et filium praedicare impia confusione ausus est etc. Idem quoque distinctos locos scripturae de Deo patre, de filio Dei, Deo ex Deo producit. Sic Basilius distincte esse loquendum de patre et filio docet (contra Sabell. Tom. 1 fol. 503), atque eo ipso Sabellium cadere et Anomium[3]) contra dicit: Unus Deus et pater, unus Deus et filius, non dii duo: nam patri filius similis est. Non enim aliam in patre divinitatem intueor, et aliam in filio, neque aliam illius et aliam huius naturam pono etc. Sic Athanasius ad Epictetum et contra gregales Sabellii, Nazianzenus etc. Sed videmus purius loqui multo de trinitate eos qui apostolos sequuti sunt, necdum ita variae haereses faecibus suis veritatem obscurarunt, quod post factum est a posterioribus. Obiiciunt quidam: Si Deus est unus qui est pater, ergo filius Deus non est Deus. Satis respondisse putamus Tertullianum in libro de Trinitate et alias: tum Hilarius lib. 9. de Trinitate fol. 176. et caeteri. Quemadmodum enim filius, qui vocatur Dominus, non auferat patri quominus sit etiam Dominus, ita pater, qui unus Deus dicitur filio divinitatem non abstulit, quem Deum ex se praevidit. Quemadmodum nec filius, qui Deus dicitur Rom. 9. Ioann. 5. Ioann. 20. (de solo enim Christo dicitur ibi) patri divinitatem aufert. Sic de solo filio dicitur Act. 20: Sanguine Dei mundati sumus i. e. solius Christi, non patris, et tamen eo divinitas patri non auferetur. Ita Ioann. 3: Sic Deus dilexit mundum, i. e. pater, ut filium daret qui solus habet filium, et tamen hoc loco nec a divinitate filius excluditur, nec a dilectione qua nos etiam summa dilexit ut vitam daret pro nobis, ut Ioannes et Paulus in aliis locis testantur. Sic Christus loquitur de se solo: Antequam Abraham fieret ego sum, et tamen non negatur eo loco patrem fuisse ante Abrahamum, imo nec Noë, nec Adam excluditur. Ut ergo vera trinitas non confusa credenda est, ita quum distincte loquitur scriptura de Deo patre, de filio Deo, Deo ex Deo, de spiritu sancto Deo, non corrumpit uno loco alium, neque annihilat divinitas patris divinitatem filii etc.

Sed iam plura non possum urgente tabellario, nec puto posse literas nostrorum superintendentum praevertere istas quibus rogant ut Stancarico libello misso ad vos respondeatis. Video Dominum hoc eius Iudaismo velle repurgare ecclesias nostras. Sunt cantilenae impurae quaedam et Sabellianae, ubi trinitas confusa invocatur per Christum quartum. Trinitas rogatur pro spiritu suo sancto, quum tantum patris et filii spiritus sit. Trinitatis filii dicimur, quum unus sit pater noster, Christus sit frater et nos membra eius. Sunt plerique ministri boni viri qui hoc non intelligunt. Monendi ergo sunt et urgendi ut psalmi soli pro cantilenis istis introducantur in ecclesias nostras et distincte doceatur de trinitate.

Rogo per Iesum Christum ut, si qua in re erro, hic doceatis nos docentes pie et sancte, ut Iesu Christi praecipua organa, et mihi a D. *a Lasco*, illo ornatissimo viro, commendata veneror et magni facio.[4]) Respondete vero citius ne quid mali ecclesia habeat, et ita quidem ut nullius respectum habeatis, nullius gloriae, praeterquam Dei et Domini Iesu Christi studeatis, et cavete ne gladium sumant furiosi qui se vestra autoritate tuentur. Ego exspecto responsum vestrum cum summo desiderio.[5]) Dominus vobis benedicat et spiritu suo regat. Cracoviae 24. Septembr. 1562.

Frater vester ex animo totus
Gregorius Paulus
dioecesis Cracoviensis superintendens et minister Cracoviae.

Perlegere etiam non licuit. Ignoscite.

---

2) *sic.*
3) *ἀνόμοιον.*

4) *sic.*
5) *Scripserunt etiam* Seniores et ministri in synodo Pincoviensi minoris Poloniae congregati professoribus theologiae et pastoribus ecclesiae Argentinensis 21. Aug. 1562 *quam ep. exhibet Tom.* VIII. *p.* 35 *Opp. Zanchi ubi etiam reperies eorundem Conf. de Trinitate et Zanchi responsum. Subscripserunt Cruciger, Paulus, Luthomirskius, Gilovius, Crovitius, Iacobus Sylvius, Lismaninus etc.*

3858.

BEZA BULLINGERO.

Denuo in Galliam proficiscitur[1]) *ubi res in peius vertuntur et auxilium frustra exspectatur unde potissimum sperari debebat.*

(Hanc nescio quo pacto a nobis olim neglectam simpliciter describimus ex impresso ap. Baum II. App. 193.)

S. Accepi literas tuas longe gratissimas, mi pater, ad quas ita respondeo. Omnino mirabilis est ista conversio et vere digitus Domini iste. Si quibusdam creditum esset, fortassis aliter se res haberent. Sed Dominus peccatis nostris iratus infatuavit prudentum consilia et fortium animos fregit, ut ego centies vidi et animadverti. Interea non desino bene sperare, quoniam scio nos non caedi ad mortem. Vere iam sumus ad reliquias redacti. Superest semen quod utinam in summis et vere extremis periculis Dominus servet, ne simul omnia absorbeantur. Ex iis qui nobiscum erant apud Sangermanum neminem puto interfectum nisi fortassis unum Ioannem *Tornacensem*,[2]) qui abhinc sex hebdomadas fuit ab hostibus captus et in carcerem coniectus. Sed quid ei postea acciderit ignoro. Alii multi sunt misere trucidati cum magna ecclesiarum vastitate. Pauci Genevam redierunt. Alii latitant, alii sunt variis locis obsessi. Aureliae multos reliqui cum *Principe* et *Amiraldo*. Paucas praeterea urbes habemus, ubi profligato papatu Christus adhuc regnat. Ego millies ex media morte mirabiliter ereptus sperabam me Genevae respiraturum. Sed ecce iterum in vastissimum gurgitem referor. Cogunt enim me *Andeloti* obtestationes ad ipsum quam celerrime revertere, nisi velim desertor videri. Itaque iam recurro in Lotharingiam, ubi illi occurram et ipsius copiis, id est equitum tribus millibus et quingentis, peditum vero millibus quatuor. Quid ego ibi interea? Quod suaserit Dominus qui vocat. Haec mea nunc est conditio, mi pater, id est tristissima et miserrima. Sed, Dei gratia, constitui etiam mori, si ita Domino videbitur. De Anglis miror nos iam pridem nihil audire. Sed tamen affirmabat mihi *Montius*[3]) Argentinae ante mensem, iam septem naves traiecisse, et triginta tres subsequuturas. Quidquid audiero certi statim rescribam, si tabellarius offeratur. Bituriges turpiter a duce praesidii proditi sese dediderunt, optimis quidem conditionibus, sed quas biduo post perfidiosissimus hostis infregit.[4]) Nostri tamen milites cum armis maxima ex parte Aureliam pervenerunt incolumes. Ab eo tempore ferunt hostem in duas partes exercitum divisisse, quarum una Rotomagum versus, altera in Campaniam ad impediendos Germanos contendat. Quid sit Lugdunensibus futurum ignoro, quos isti[5]) tam intempestive deseruerunt, hoste iam ipsis portis vicino. Urbs est quidem munitissima et situ et opere. Intus quoque est validum peditum praesidium et validum subsidium non procul instruitur. Sed utinam in hac trepidatione constet illis animus et duces impigri non desint. Certe utcunque sit res casura nunquam hanc ignominiam eluent isti, neque etiam damnum nobis illatum resarcient. Sed illud cuiusmodi est? non magis commoveri fratrum, imo suo ipsorum periculo, quam si recte omnia haberent? Atqui interea vicini[6]) iam tertio militem mittunt ad nos opprimendos et nihilominus adhuc stertimus. Haec est illa caritas scilicet, quam Christus urget. Haec est membrorum συμπάθεια, quam Paulus tantopere commendat. Militem petiimus, alibi negatur, alibi conceditur quidem sed quibus conditionibus vides. Pecuniam petiimus, oblatis etiam fideiussoribus. Negatur praecise. Quid multa? non stabit per bonos fratres quominus ut rebelles pereamus. Itaque incipiet iudicium a domo Domini. Sed mirum ni spectatores isti tandem et ipsi in theatrum prodire cogantur, et iusti sanguinis effusi non minus fiant rei, quam qui suas manus impiis caedibus contaminaverunt. Haec non miror quin istic et alibi displiceant bonis omnibus, nec etiam dubito quin pastores suo officio fungantur. Sed tamen obtestor vos omnes in Domino, ut in hoc velut extremo actu omnes nervos contendatis, ut IV Civitates[7]) saltem non pigeat conventum primo quoque tempore indicere in quo de re tanti momenti dispiciant. Quis enim dubitat quin eversis Gallicis ecclesiis, quarum nunc reliquiae vix se sustentant aliqua spe subsidii, hostium furor sit in has quoque regiones certa spe victoriae pro-

---

3858. 1) *De Bezae nova profectione v. Reg. du Conseil* 21. *Sept. et Baum* II. 663.

2) Jean de Tournay dit de la Tour aagé environ 70 ans, lequel 35 ans auparavant ayant presché purement l'Evangile en habit d'Augustin dans Alençon et depuis ayant exercé le ministere és terres de Berne, avoit esté finalement accordé à l'Eglise de Chinon depuis l'an 59. (*Hist. eccl.* II. 589.) *A.* 1561 *concionator erat reginae Navarrae cum qua ad colloquium Possiacense venit. Anno sequente gregem suum, ad centum capita, Turonum, Salmurensium, Andegavorum, Iuliodunensium, Chinonensium; Montpensierium fugientem secum abduxit. A. d. III. Id. Iul. prope Vandoeuvre a La Rocheposay obruti in sua oppida dimissi sunt ubi plerique a Pontificiis trucidati fuere. Tornacensis ipse captus a Senechallo Montpesat morti addictus in fluvio Clain submersus periit.*

3) *Christoph. Mont. et Henr. Cnoll a regina Elisabetha Heidelbergam missi fuerunt* (*Kluckhohn*, I. 335).

4) *N.* 3845.

5) *Bernenses.*

6) *Cantones catholici.*

7) *Turicum, Berna, Basilea, Scafusia.*

gressurus? An tum vero spatium deliberandi dabitur? Certe vel exiguum vel nullum, et tunc iure conquerentur populi sese magistratuum ignavia et socordia prius periisse quam periculum sensisse. Sed nobis, aiunt, foedus est cum Rege. Quasi vero nos non pugnemus pro Rege, dum eius edictum tuemur. Aut quasi tutores pro suo arbitrio possint rem pupilli tractare, aut, si id faciant, pro tutoribus sint agnoscendi. Denique si nolunt de causa pronunciare, saltem cur eos non movet tanti regni ruina? Cur conflictantibus bello civili sociis, legatos saltem non mittunt qui se interponant et aliquo modo istos impetus autoritate sua frangant? Nam ut nihil aliud efficiant, hoc tamen consequentur, ut causam totam melius intelligant et certius aliquid postea constituant prout sua interesse cognoverint. Hoc est igitur, mi pater, hoc est, mi domine *Bullingere*, mi domine *Gualthere* et vos reliqui fratres in quo vobis et fortissime et celerrime laborandum puto, si cara vobis est Galliae et vestrorum etiam salus uti esse non dubito.

Ergo interea recta ad *Andelotum* pergo, et inde quocunque volet Dominus, cui me totum committo. Haec ad te scripsi, mi pater, ut nunquam fortasse scripturus. Itaque opto has literas toti carissimorum fratrum collegio tecum esse communes et mutuae nostrae ad mortem usque concordiae et consensionis hoc veluti testimonium, si quid mihi humanitus contigerit exstare. Dominus noster Iesus Christus vobis magis ac magis benedicat, carissimi et observandissimi fratres, et ecclesias suas afflictas respiciat, ac mihi etiam donet in ipso vivere et mori. Bernae 24. Septemb. 1562.

Vester totus ex animo
Th. Beza.

3859.

CALVINUS VATÈLLO.

Respondet ad quaestiones nuper propositas.

(Edidit Beza Gen. p. 325, Laus. p. 634, Hanov. p. 714, Chouet p. 446, Amst. p. 203.)

Prolixae tuae epistolae [1]) breviter respondere me cogit temporis angustia, integerrime et ex animo colende frater. Mihi paulo ante meridiem reddita fuit. Duabus post horis ad consessum ecclesiasticum profectus sum. Illinc tertia sum egressus. Adhuc cum fratre nostro colloquebar, dum adveniunt rursus collegae. Ergo brevitati quam extorquet necessitas ignosces. Consiliarios Principum ita praecise vobiscum egisse non miror: quia eorum morem pridem cognovi. Quod in capite de sacra coena diserte addita fuit exceptio, recte et prudenter factum. Quamlibet enim morosi sint, apud eos periculosior est simulatio quam ingenua libertas. Articulo autem de disciplina, quae apud vos nulla est, quin subscribere licuerit, non video. In baptismo crassum illum abusum, qui nonnisi ex bruta ignorantia manavit et obrepsit inter multas errorum tenebras, improbari omnino necesse fuit. Si acquievistis imperio, pessimo laqueo vos induistis. Primum turpe fuit tacere: deinde si libere ut oportet in illam baptismi profanationem invecti deinde fueritis, vos crimine levitatis adeoque perfidiae onerabunt. Atqui tacere nefas erit, quibus baptizandi munus a Christo sit iniunctum. Dixit mihi frater, vos iterum professos esse, illam corruptelam non posse a vobis ferri. Certe silentio vestro eam fovere consentaneum non est: neque tamen sponte ecclesia deserenda est, nisi illi vos abdicent. Pergite in cursu vocationis vestrae. Si tantillum suis tyrannicis edictis abducere vos conentur, intrepide ostendite vobis pluris esse Dei autoritatem. Si deinde vos exturbent, cedendum erit violentiae. Danda interim opera, ut testatum illis sit, vos iugum quod Christi servis non est tolerabile, nequaquam subituros. Pastores qui iam certis ecclesiis addicti sunt ad alias novas traduci rectum non esset, nisi ordine id fiat. Caeterum, si id utile censuerint fratres, seniores, et Principum consiliarii, nulla ratio, meo iudicio, impedit, quominus novis ditionibus Christo acquirendis operam suam impendant qui vocati fuerint. Exposuit mihi frater, timendum esse ne respuatur illic doctrina, quia id uno in loco iam contigit. Ergo hac tantum lege experiamini. Reiicere enim, qui nullum adhuc contumaciae ac obstinationis signum dederunt, non satis humanum foret. Denique eiusmodi electio peraeque legitima est, ac si pro communi utilitate qui in pago minister fuit in urbem transferatur. Sic enim sua cuique tenenda est statio, ne simus loco affixi, ubi aliter de nobis statuit ecclesia cuius autoritati parendum est. Nemo cupidus sit migrationis neque ambiat novam provinciam, neque sponte locum mutet, neque etiam assentiatur eorum libidini qui ecclesiae ordinem turbare moliuntur. Verum ubi finis ille propositus est propagandi regni Christi, praesto sint omnes ad obsequium. Precationis formula, ut Deus bonam et felicem resurrectionem det mortuis, quia ad regulam bene precandi non quadrat, repudietur. Tale quidem votum quin concipere liceat, non contendo. Si amicus sepeliatur, vel de eius morte allatus sit nuncius, optabo ut ultimo die coelestis gloriae mecum sit particeps.

3859. 1) *N.* 3853.

Nulla in hoc voto superstitio. Verum alia in precibus tenenda sobrietas, ne quid temere excidat: nec quidquam postulemus, nisi praeeunte Dei verbo. In hoc enim principio acquiescere convenit: Quomodo invocabunt in quem non crediderunt? (Rom. 10, 14). Ergo qui sibi vel minimum indulgent in fingendis postulationibus, metas transsiliunt. Quidquid vero ad praecipuum illud sacrificium vitiandum tendit, a piorum consuetudine longe remotum velim. Quare ut ab omni faece purgatus sit Dei cultus, mature occurrere expedit, ne in communem usum admittatur quod a vera pietate degenerat.

Incredulos a Deo petere, ut in fide illuminentur, prorsus est absurdum. Nulla enim oratio, nisi in fide sit fundata, Deo probatur. Et fides clavis est, quae nobis sola ianuam aperit ad precandum, adeoque invocationis est mater: et scite probat Augustinus, Cornelium fide fuisse praeditum, quia dicit angelus preces eius fuisse exauditas. (Actor. 10, 4). Apud eos tamen, qui sibi in torpore nimis indulgent, obiurgatio locum habet. Tu fidem non habes? pete ut detur: modo fixa maneat doctrina, sola fide nobis additum ad Deum patefieri. Ergo quos tu nominas, arbitror duriuscule fuisse loquutos, ut ignaviam eorum expergefacerent, qui a suo vitio captant excusationis praetextum.

Quod ad lusus spectat, cupio moderationem teneri. Primum ne quaestus inde fiat, vel lucrandi illecebra stultos homines implicet. Ad haec ne modum excedant, vel sumptu, vel assiduitate. Leges ergo ferendae essent, ut fratri exposui, quae vitia quantum fieri posset coercerent: Ne lucrum quis reportet, ne quod in convivium destinatur gravet lusores, ne saepius id fiat, et quae prudenter legislatores cavenda prospicient. Interea nostrae partes sunt, animadvertere si quis tempus et se ac sua consumat ludendo, neque ferre dissolutam illam licentiam, quae excommunicatione castiganda est, autore Paulo, 2 Thess. 3. Quanquam nuptiarum praetextu diem dominicum indigne profanent multi, praestat tamen liberos dies permittere, modo severe omnis petulantia reprimatur. Qua in re summa vigilantia opus est. Vale, optime et colende frater. Dominum *Quadratum* et *Tabellionem*, et tuos symmystas qui nobiscum sunt in sincera fide coniuncti, plurimum salutabis meo nomine. Collegae etiam mei vobis omnibus multam salutem precantur. Dominus tibi adsit, te gubernet, sustineat sua virtute, labores tuos benedicat. Genevae, 25. Septemb. 1562.

3860.

CALVIN AUX ÉGLISES DU LANGUEDOC.

Fragment. Exhortation à se cotiser pour subvenir aux frais de la guerre.

(Bibl. de Genève. Vol. 107, fol. 144. — Copies: Vol. 108, fol. 128 v. Berne VI. p. 1006. Simler. Vol. 105. — Ruchat VII. 394. Bonnet II. 474. Trad. angl. IV. 278.)

Messieurs, treschers et honorez freres, je vouldrois bien me transporter par dela pour vous faire entendre de quelle affection ie vous escriptz la presente. Mais puis que le pouvoir de ce faire ne mest point donné, iespere que la chose mesme estant bien entendue de vous, suffira pour vous esmouvoir a vous emploier iusques a bout, chacun selon sa faculté. Il est question de trouver argent [1]) pour soutenir les gens que Monsieur *d'Andelot* a levez. [2]) Dentrer en question ou dispute pour reprendre les faultes passees, ce nest pas le temps. Car quoy quil en soit Dieu nous a reduictz a telle extremité que si vous nestes secourus de ce coste la, on ne voit apparence selon les hommes que dune piteuse et horrible desolation. Je scay bien, quant tout sera ruyné et perdu, que Dieu a des moiens incomprehensibles de remectre son eglise au dessus comme sil la ressuscitoit des mors, et cest la ou il nous fault actendre et reposer, que, quant nous serions abolis, encores tout au pis aller il scaura bien creer de noz cendres ung peuple nouveau. Cependant nous avons a bien penser, si nous ne voulons a nostre escient fermer la porte a sa grace, de ne point deffaillir a nostre debvoir. Il est certain que la tardiveté et nonchallance, ou plustost la chisseté des eglises nous y a apporté plus de dommaige quon ne scauroit exprimer. Plusieurs qui ont espargnié une partie de leurs biens, n'ont point esté espargniez au total. Qui pis est, il y a eu ung nombre infiny de povres gens qui en ont respondu pour leurs vies, combien quilz nen peussent mais. Si ce mal continue, il est bien a craindre que Dieu naugmente ses verges. Et de faict cest une grant honte que les ennemys de Dieu consument corps et substance pour une meschante que-

---

3860. 1) *Déjà le 7. Avril le prince de Condé avait par une lettre circulaire demandé aux églises de l'argent et des troupes. (Hist. eccl.* II. 13 *suiv.)*

2) *Il a été plusieurs fois question des recrutements faits en Allemagne par d'Andelot. Voyez p. ex N.* 3833. 3841. *A son retour il fut surpris d'une fièvre qui retarda malheureusement sa rentrée en France et causa la perte de Rouen. Ce ne fut que le 10. Oct. qu'il passa la revue de sa troupe à Baccarat. Voyez Hist. eccl.* II. 136. 185.

relle a leur perdition, et que ceulx qui doibvent maintenir la verité soient si restrains et pres tenans. Mais cest double honte que la necessité — — — — — — — — — — — — — — —

3861.

LARCHER A CHASTELLION.

Il approuve sa résolution de ne pas accepter la vocation de Lausanne. Affaires privées.

(Autographe de la Bibliothèque de Bâle.)

Docto ac pio viro Sebastiano Castellioni. Basileae.

S. Trescher frere jay receu le livre que mavez envoyé,[1]) de quoy je vous remercie grandement. Vous mavez fort esjouy des nouvelles que mavez escriptes du filz que Dieu vous a donné et de ce que nallez pas a Lausanne.[2]) Pour ma part jen feusse este bien joyeux pource que nous feussions veus plus souvent.[3]) Mais ayant considere les grandes commoditez quavez a Basle, a scavoir questes en paix, que y avez de grans amys, que y avez ja un peu de bien[4]) et moyen den avoir davantage par la benediction de Dieu, je juge que cest vostre grand bien dy demeurer. Car estant a Lausanne a grand difficulte vous eussent laisse en repos ceux que scavez. Pour ce je loue Dieu qui y a mis empeschement.

Il y a un jeune enfan filz de mon prochain voisin ministre appelle Esaie *Besson*, qui a este receu a laumosne d'Erasme et qui est alle ces jours passes, et pourtant quil nest pas retourne si tost quil esperoit a cause de la maladie de son pere, je vous prie, si on faisoit quelque difficulte de le restituer en son estat, de vous employer à ce quil y soit remis.[5]) Item vous prie, si vous enseignez aulcuns privement en grec que permettiez quil soit de vos auditeurs et je vous le feray revoir a son dit pere. Sil a besoing de quelque chose aydez luy et le vous feray restituer.

Je vous prie mexcuser avec *Oporinus* de ce que ne luy ay point escript, car nay pas eu le temps de ce faire. Mais dites luy que en brief luy escriray et envoyeray de largent ayant vendu du vin. Cependant dites luy que sil peut recouvrer aulcuns des livres contenus en ce role que luy envoye quil les menvoye ensemble ce quilz costent et que je le contenteray tres bien aydant Dieu.

Sil plaist a mon Dieu me donner vie et sante et a mon fils *Nicolas* je le vous enverray incontinent apres pasques sil vous plaist le me nourrir. Saluez en mon nom *Oporinus*, le medecin et toute vostre famille Dieu soit tousjours avec vous et les vostres. Amen. Ce 5. doctobre 1562. Rendez sil vous plaist ces lettres a Esaie *Besson*.

Le tout vostre
J. Arquerius.

3862.

BOSSIO AN DEN ZÜRCHER RATH.

In Sachen des in Mailand gefänglich eingezogenen Genfer Kaufmanns.

(Zürcher Archiv, ehem. hochoberkeitl. Registratur Truhe 684, B. 6, N. 24. — Simler. Vol. 105.)

Den Durchlüchtigen, Grossmechtigen, auch Eerenden Heren Burgermeister vnd Rath der Stadt Zürich.

Grossmechtig Heren. Sobald ich üwer Fürgeschrifft den *Claude* von Genff, so in vnser Stadt gefänklich angenommen,[1]) empfangen, hab ich mit dem Durchlüchtigen Marquis geredt, und allen Flysz angewendt, damit Eüwer Ehrsam Wysheit genug geschehe; doch so hab ich gehebt und hab noch grossen Span, die wyl gemelter *Claude* gantz vnd gar nit wil bekennen dass er von Genff syge, noch allda seszhafft, sonder bekennt und sagt heyter, er habe Genff nie gesähen. Derhalben die Richter nit

---

3861. 1) *Peut-être la* Defensio suarum translationum bibliorum et maxime N. F. 1562.

2) *Déjà en* 1558 *il lui avait escrit:* Ne vous scaurois conseiller d'accepter car vous seriez en perpetuelle guerre. (*Bonnet, nouv. récits* 155. *Mähli p.* 69.)

3) *Il est donc encore à Berne.* (*N.* 3800 *not.* 5.)

4) *Bonnet* 156. *Castalio* 13. *Sept.* 58: Aedes emi, sed sine foenore.

5) *Il s'agit là, à ce qu'il paraît, d'une bourse fondée par Erasme et que le jeune Besson risquait de perdre pour avoir été absent au-delà du terme de ses vacances. Mais où Besson peut-il avoir été ministre dans le voisinage de Larcher? Ce n'est certes pas dans le pays de Montbéliard* (*note* 3 *et N.* 3408 *note* 1).

3862. 1) *N.* 3849.

wüssend, woran sy sind. Doch so schikend wir Eüch vwern Botten wider, und verheissen E. E. W. das sobald der Her Marquis [2]) wider ankommt, nach minem besten vermögen zu verschaffen, das er in allen gnaden von wegen E. E. W. betrachtet werde, vnd embieten mich hierüber von gantzem hertzen dem herlichen ort in allweg zudienen, vnd besonders einem jeden E. E. W. welchen ich mich befihl Gott den Heren bittende Inen glük zu verlyhen. usz Meyland den 6. Octobris 1562.

E. E. W.
geneigter und zu dienen gutwilliger
Marco Antonio Bossio.

3863.

DER RATH ZU MAILAND AN DEN ZU ZÜRICH.

Officielles Schreiben den gleichen betreffend.

(Ebendaher.)

Den groszmechtigen Heren Burgermeister und Rath der Stadt Zürich.

Groszmechtige Heren, Eerende Freünd. Vwer Fürgeschrifft Claude *Louisen* den Genffer belangende, hat by uns vil gulten: diewyl aber der handel die Religion antrifft, so ist es billich, das wir der Eer Gottes besondere rechnung habindt: deszhalben habend wir vns erkennt, das wann er durch unsere land, siner kauffmannschatz halber reyse, imme das vergunnt und zugelassen werde, ob er schon der nüwen Religion. Ob er aber in vnsere Prouintz käme, die verkert Religion uszzuspreiten und zu lehren vorhabens, könnendt vnd mögendt wir inn in disem Fall nit dulden, diewyl vnd wir die unseren in söllichem handel höchlich straffend.

Derhalben wir vnseren amtslüten befolhen, das sy inne nit von wegen sines wärbens beleidigind, ob er glich nit vnserer Religion, damit nit allerley gwärb vnd händel zu grundt gericht werdind. So er aber nüwe Leeren vnd von der Römischen kirchen verdampte vszgespreitet, vnd in vnsern Landen gelehrt, werdend Ir nit für übel vffnemmen, wann wir inne glychwie auch die vnsern büszendt und straffendt. In wellichem wir doch so billich wöllend handeln, das er innen werde, üwer Fürgeschrifft höchlich genossen haben. Datum zu Meyland den 7. Octobris 1562.

Eüwere Freund der Oberst und Rath
der Stadt Meyland.

Auf dem Couvert steht: Die Exemplar vnd original Brieff werdend denen von Genff zugeschickt durch Jacob Knoülen.

3864.

SOUBISE [1]) A CALVIN.

Nouvelles des opérations dans le Dauphiné et les contrées voisines.

(Bibliothèque Tronchin. Original avec souscription autographe.)

Monsieur Mousieur Calvyn.

Monsieur jay receu vostre letre par laquelle vous desirez que toutes noz affaires se portassent partout aussi bien que icy. elles se portent a la verite assez bien jusques a present mais non pas tant que la mesmes necessite quont les aultres ne nous assaillent aussi car pour navoir moien de paier noz soldatz nous les payons en drap en pain et en vin de sorte que cela nous accoursist merveilleusement noz vivres qui est le pis que nous scaurions faire Car noz ennemys ne sattendent de nous avoir que par faulte de vivres et ne font sinon nous ruyner et gaster le pais tout a lentour. Jattens au jour du jour le baron *des Adretz* [2]) qui est retourne

---

2) *von Pescara (Piscarius) der nun durch Gonsalvo v. Cordova ersetzt wurde. Mailand gehörte dem König v. Spanien welcher* 1563 *die Inquisition einführen wollte, aber durch die Opposition der Einwohner und den Statthalter bewogen wurde es zu unterlassen.*

3864. 1) Jean l'Archevesque Sgr. de Soubise, de la maison des Sgrs. de Partenay en Poitou, se déclara pour la réforme peu après l'entreprise d'Amboise et s'unit à Condé. Celui-ci l'envoya à Lyon pour y commander; il y arriva le 19. Juillet et sut adoucir des Adrets qui s'en retourna en Dauphiné (*Le Laboureur*, *Mém. de Castelnau* I. 770. *Hist. eccl.* III. 224.) Ce seigneur, qui joignoit à une illustre naissance une très-grande modération et une habileté peu commune, fit cesser les plaintes des bourgeois et les consola par l'espérance d'un meilleur temps. Il rétablit le bon ordre et il eut soin que la ville ne manquât de rien (*de Thou* III. 232).

2) *Hist. eccl.* III. 230: Pendant le seiour de Nemours à Vienne (*qu'il avait pris en Septembre*) les vivres devenoient fort courts à Lyon. Pour à quoy remedier Soubize tascha d'obtenir des habitans la solde de 2 ou 3 cornettes de Rei-

en dauphine querir toutes les forces quil y a pour jncontinant quil sera venu en tirer des nostres de ceste ville le plus que nous pourrons pour aller trouver Monsieur de *Nemours* affin de ne luy donner la peyne de nous venir chercher Dieu nous en donnera telle yssue quil luy plaira mais je masseure que ce sera le mieulx que nous puissions fere car il ny a rien qui nous soit pur que le temporiser Je croy bien quil se trouvera encores quelque marchandise en ceste ville mais non pas tant que lon esperoit et si ne se peult fere si diligemment pour ce que nous sommes desia a chercher de maison en maison les caches ou ceulx qui sen sont allez les ont mises qui est une longueur plus grande que vous ne pourriez croire. Joinct que ceulx de ceste ville y font dix mil trompeurs pour favoriser ou deffavoriser ceulx quilz veullent de sorte, Monsieur, que je ne fuz jamais si travaille en charge que jaye eue que en ceste cy veu les gens a qui jay affaire. Il est a cest heure arrive quelque nombre de marchandise a geneve ou je desirerois bien que lon eust loeil parce que a ce que jentens il y en a qui en font passer pour leur particulier avec les aultres et qui ne veullent estre comprinses a fere le fonds pour le secours de Mr. *Dandelot* mais je serois dadvis que Messieurs de Geneve les arrestassent toutes pour servir a cest effect sil vous plaist den communiquer a Mr. le M[•].* *obret* [3]) il vous pourra bien donner moien comme cela se doit fere. Si Mr. *dandelot* eust monte vers la bourgongne il eust pu branquetter * des villes desquelles il eust eu ung grand argent pour le payement de ses gens et si eussions eu moien de luy donner secours dhommes et dartillerie. Je ne veulx oublier a vous mander une seconde victoire que nous avons eu en languedoc qui a este que ceulx de Montpellier [4]) prindrent ung pacquet de Mr. *de Montluc* adressant a Mr. *de Joyeuse* qui est gouverneur en Languedoc par lequel il luy mandoit le besoing quil avoit de secours, [5]) et quil eust a luy en envoyer les nostres envoyerent ce pacquet par ung aultre messager fidelle et allerent attendre sur le chemyn les gens que ledit Sr. *de Joyeuse* envoyoit audit Sr. *de Montluc* et les ont deffaictz ou a ce que jentens il est demoure quinze ou seize cens hommes mais quant a la deffaitte dudit Sr. *de Montluc* quoy que lon vous ayt mande vous trouverez que ce na pas este si grand chose Je suis bien de vostre oppinion quil ne fault point envoyer le Sr. *de Çival* [6]) a la journee imperialle mais y allant comme de luy mesmes. Il me semble quil ne peult nuire et quil pourra de beaucoup servir pour fere entendre a plusieurs la tirannie de noz ennemys et la justiffication de nostre cause Quant a la requeste que me faictes pour la femme veufve a tours en faveur de vous je feray ce qui me sera possible pour elle mais il sera bien malaise quelle ne sen sente quelque peu et fauldroit quil y eust icy quelquun qui feist pour elle affin que les commissaires depputez a la recherche des marchandises ne prinsent touttes les siennes car personne ne men a point encores parle. Et en cest endroict apres mestre humblement recommande a vostre bonne grace je prieray Dieu, Monsieur, vous donner en sante heureuse et longue vye. De lion le xve Octobre 1562.

Vostre obeissant filz et fidelle amy
Soubize.

tres avec lesquels, ioints à sa cavalerie et autres forces, il se promettoit de pouvoir tenir la campagne et envitailler la ville. Ce qui luy estant refusé il escrivit à des Adrets *de venir à son aide. Mais celui-ci surpris en route fut obligé de se jeter dans Lyon. Soubise ayant vainement demandé du secours à Orléans et à d'Andelot, lequel était pressé de rejoindre le prince de Condé, pria des Adrets de rentrer en Dauphiné pour rassembler le plus de monde qu'il pourrait.* Des Adrets fit telle diligence qu'il assembla 4 à 5000 hommes de pied et environ 400 chevaux *avec lesquels il se dirigea sur Lyon sans avertir Soubise, et à Beaurepaire il fut* derechef chargé de toute l'armee de Nemours où il y eut grand combat pour quelque peu de temps. Mais une partie de l'infanterie de des Adrets et mesmement sa cavalerie ne s'opiniastra gueres au combat prenant la route de Lyon où ils donnerent un grand effroy.

3) *le banquier Obrecht N.* 3300 *sq. et* 3312.

4) *Montpellier fut assiégé par Joyeuse pendant les mois de Sept. et d'Octobre, mais sans succès.* (*de Thou* III. 309.)

5) *mot douteux.*

6) *Spifame ex-évêque de Nevers, fut envoyé par Condé à la diète de Francfort où il arriva le* 20. *Octobre. Hotman, Languet et Sturm y vinrent également pour l'assister.* (*Hist. eccl.* II. 155; *Popelinière I. fol.* 333 v., *Mém. de Condé* IV. 38; *Barthold* 417.)

3865.

BULLINGERUS CALVINO.

Cupit de statu rerum in Gallia certior fieri. Tradit epistolam Gregorii Pauli cui respondendum videatur. Nunciat Brentium novum librum contra Helvetios edidisse, et principes Germanos Tridentinum recusaturos esse.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117b, olim Scrin. C. Epp. Tom. II. fol. 476. — Simler. Vol. 105.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fido pastori domino meo observando et fratri longe carissimo.

Genff.

S. D. Diu nullas a tua humanitate literas accepi. Ac miror. Praesertim in tam variis et tristibus fere de rebus Gallicis rumoribus. Scribuntur quidem ab amicis quaedam: sed satis incerta. Tua semper sunt certa. Cuperem ergo, siquidem liceat per occupationes quibus te adopertum et tantum non oppressum scio, ex literis tuis Galliae intelligere statum. Vicini nostri [1]) (qui nuper iterum, si nescis, octo signa miserunt in Burgundiam) subinde gloriantur de victoriis et urbibus recuperatis papismique per Galliam restitutione. Dominum oro, ne nos deserat propter ingratitudinem, et ne adversariis perpetuo in impietate exsultandi petulantiam concedat.

Quum nuper significaveris, ignoravisse librum *Stancari* [2]) a me tibi missum esse, suspicor literas meas libro adiunctas tibi non esse redditas. In his enim me librum mittere significabam. Adiiciebam, fratres in Polonia rogare ut aliquid respondeamus. Nunc literas Gregorii *Pauli* [3]) ad te mitto, ut etiam ex his quid petant intelligas. Lectas remitte, una cum confessione fidei ipsorum, [4]) quam etiam nunc mitto. Eam Francofordia absque ullis literis, ita ut vides, accepimus. Utile foret, si saltem aliquid responderes *Stancaro*.

Scis, arbitror, *Brentium* contra *Martyrem* et me verbosum et plane ineptum, ut nihil aliud dicam, edidisse librum, quem inscribit: De maiestate Domini nostri Iesu Christi ad dexteram Dei, et de vera praesentia corporis et sanguinis eius in coena. [5]) Nihil in hoc differt a deliriis *Schwenckfeldii*, et ab impia doctrina Eutychis. Nam corporis Christi gloriam in coelis et copulam personalem naturarum ita praedicat ut proprietatem veri corporis Christi evacuet. Mirum est, si tot viri docti in Christi ecclesiis dissimulaturi sint hanc huius hominis audaciam. Mirifice exagitat *Bezae* et nostrum dictum: Quam altum a terra coelum sit, tam longe corpus verum Domini abesse a coena. Sed vidisti forte librum. Sub finem scribit quidam Alpheus *Valesianus* homo fictitius ad me, et obiicit mihi tuam ex commentario ad Ephesios interpretationem de dextera Dei, etc. Quum autem omnino illi respondere statuerim, a te peto, quid illi ad obiectionem tuam respondere possim. Scio enim, te nobiscum sentire, et non facere cum illis etc.

Lantgravius hisce diebus misit ad me literas, quibus significat, principes in futuris Francofordianis comitiis concilium Tridentinum recusaturos. Misit autem librum Caesari offerendum quo recusant. [6]) Dominum oro, ut illos confirmet. Vale una cum fratribus et symmystis omnibus. Nostri omnes te cum tuis salutant. Dominus servet te nobis diu incolumem. Quid effecerint nostri apud Mediolanenses [7]) adfert hic, opinor, tabellio. Habemus amicum in arce Mediolanensi: ei scripserat D. *Gessnerus* et commendaverat causam vincti. Quid responderit intelliges ex his impositis inclusisque literis. Cave ne nomen ulli prodas. Remitte autem literas una cum aliis hisce insertis. Iterum iterumque vale. Salutat te D. *Gessnerus*. 18. Octob. 1562.

Bullingerus tuus.

3865. 1) *Cantones catholici.*
2) *N.* 3848.
3) *N.* 3857.
4) *Exstat in Opp. Zanchi T. VIII. p.* 36.
5) *Francf.* 1562. 4. *Etiam germanice:* Von der Majestät unsres l. Herrn u. Heil J. C. auch v. d. wahren Gegenwärtigkeit des Leibs und Bluts im Nachtmahl, wider P. Martyr und H. Bullinger. Tüb. 1562. 4. *Antea contra Br. scripserat Bullingerus:* Gägenbericht uff den Bericht Hrn. Io. Brentzen v. d. Himmel und der Gerächten Gottes. Zür. 1561. 8. *et Martyr suum* dialogum de utraque Christi natura (*lat. et germ.*) *Tig.* 1561. 8. *Nunc prodiit Bullingeri:* Responsio qua ostenditur sententiam de coelo et dextera Dei adversaria D. Io. Brentii sententia non esse eversam. Tig. 1562. 8.
6) *De hac recusatione in conventu principum protestantium Fuldae a* 12 *ad* 18. *Sept. celebrato concinnata v. Neudecker, neue Beitr. II. N.* 114—121; *Kluckhohn, Briefe Fr. d. Frommen* I. 349; *Salig, Hist. des Trid. Conc.* II. 518; *Heppe, Gesch. d. dtsch. Prot.* I. 485.
7) *in causa mercatoris illius de quo N.* 3862. 3863.

3866.

SYLVIUS CALVINO.

Lismaninum fautorem haereseos Arianae eiusque asseclas Italos denunciat, fidei magis quam styli puritate ipse conspicuus, et Calvinum hortatur ut contra eos scribat. [1])

(Ex Cod. Genev. 109, fol. 118 autogr.)

Clarissimo doctrina et pietate praestantissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensi pastori domino et fratri reverenter colendo.

Gratiam et pacem per Iesum Christum.

Excellentissime vir, pro tua eximia prudentia facile parces orationi simplici, candorem vero chris-

---

3866. 1) *Cf. N.* 3857.

tiani pectoris simpliciter amanterque recipies. Candor enim verborumque eloquentia tibi semper commonis* est, nobis vero Sarmatis commonis[2]) .... Quum autem in negotio christiano sola veritas simplex requiritur, ea igitur sotia ausus sum ad te virum Dei his pauculis acclamare. Primo ut tibi caritatem meam commendem: veneror enim dona Dei in te largiter efusa et virum Dei te semper censeo, et oro Dominum Iesum Christum ut te indies et cumulet sua gratia et animet sua fortitudine. Item ut tibi naufragiorum satanicorum pericula, quae nos Polonos hic manent, declararem ad teque, virum Dei, appellarem, manus ut porrigas nobis tuas. Perimus enim pusilli ventis haereticorum quassati. Verum ut facilius pium pectus tuum ad commiserandum flectas, ex ordine tibi totum explico negotium.

Quum videam astutos quosdam et arrogantes homines nobiscum versantes in ecclesia Dei fraudulenter inter nos incedere, nosque ab illis in utrumque latus pungi misere, visum est omnino illis non communicare et obviam astuciis illorum cum armis Dei ire, populoque Dei illos ostendere, licet furiant odio satanico. Ut autem sciat tua Excellentia qui sunt isti, facile commonstrabo. *Lismaninus*[3]) quidam ex monachis Franciscanorum cucula et antris profitiens, versatus aliquantisper inter vestras ecclesias ad nos hic venit, vocatus a nostris, sed commendatus a vobis. Qui pacificus sine profectu ecclesiae delitescebat inter nostras ecclesias ut suo modo in otio ex Eleemozinis viveret. Parvo tempore elapso de minoritate filii Dei sententiunculas interim in medium provocebat. Deinde coepit damnare confessionem de uno Deo in Trinitate Romanistarum, dicens omnino fundamentum fidei apostolicae totum funditus eversum fuisse in tyrannide papistica. Et videbatur a nobis obviam ire Anabaptistis. Inde damnabat librum sententiarum de Trinitate. Sed neque in ea arena feliciter ubi cessit, repulsus est rude. Postea per Petrum *Statorium*[4]) Gallum impugnabat spiritus sancti invocationem, quasi a tergo incipiens hoc bellum Gribaldinum. Sed et in eo spatio confusus rediit ad silentium. Postquam vero *Stancari* bellum accessit, post multa vestra responsa instituit *Lismaninus* hac via vincere *Stancarum*, ubi filium Dei propter mediationem minorem patre in divina natura fecit, hic iam evomuit spiritum maledicti Arii scripto suo, et publica in synodo confessione, publicationeque sui Blandraticique erroris qui vere arianus est. Primo coepit eiicere rituales modos loquendi, quibus misteria unius Dei in Trinitate explicantur. Deinde unitatem divinae essentiae mirabilibus astuciis coepit discerpere. Item minoritatem filii Dei aequalitate quadam atributiva coepit inculcare. Hoc igitur malum multos cepit: singula nam quaedam membra ecclesiae ex nobilibus, qui iam defendunt blasphemias istas, tum et plurimos ministros et eos superintendentes, Gregorium *Paulum* maxime, qui agit Cracoviae ministrum, qui iam ecclesiam collectam Cracoviae magno numero dementavit. Eorum astucias, vir excellentissime, tibi ennarrare non possum. Habent suas infernales artes ad decipiendas mentes hominum. Verum per Dei gratiam servavit Dominus quosdam ex ministris verbi qui non consenserunt blasphemiis istis. Maxime vero D. Stanislaum *Sarnitium*, virum Dei, qui fortissime nobiscum obstitit hisce furoribus.[5]) Iamque publice catholicus consensus, qui vestris sanctis ecclesiis iunctus est, editus est, ut singuli sua conscribant nomina ad probandos spiritus. Puto per Dei gratiam hac via brevi detegentur istae astutiae. Verum hoc impedimentum ferocissimum est quod *Lismaninus* iam traxit totum nidum Gribaldinum ad nos. Iam prius *Blandrata* venit, seducens orbem terrarum sua hypocrisi: deinde quidam *Spinella*, postea periurus Valentus *Gentilis*, et Paulus *Alciatus*. Iam omnes isti sunt in Polonia, qui magnum negotium facessunt ecclesiis nostris et turbas ingentes iam excitaverunt.

Ideo, vir excellentissime, quum tibi Dominus potentissimum donaverit gladium ad debellandas viperas istas arianicas, obsecro per Dominum Iesum

2) *Omittimus vocabulum atramento deletum.*

3) *N.* 3649. *Stoinii Epit.* 185: In synodo Cracoviensi (10. *Dec.* 1561) Lismaninus cum Blandrata dixisse fertur: Relinquant mihi omnes doctores unum Deum, nec illum dividant: habeant mediatorem qualem sibi confinxerunt. — *Lubien.* 127: In Cracoviensi synodo, allaborante Sarnicio et aliis non pauci Lismanino et Blandratae vitio dabant quod illam de patris praeeminentia quaestionem moverint.

4) *De hoc adeas eundem Stoinium, qui teste Lubien. p.* 148. *Statorii nepos fuit, l. l. ubi inter alia hunc sic loquentem producit:* Nos omnes nescio quo pacto in haereseos suspicionem venimus qui cum Blandrata vivimus. Sed si haeretici sunt, qui Patrem Filium et Spiritum s. credunt ex S. S. praescripto, me ex illorum numero libens esse fateor. Nondum quievit illa de Sp. s. invidia, quam malus ille daemon mihi concitaverat, sed ego in bona mea conscientia acquiesco. — *Lubien. p.* 149: Budzinius adnotat Statorium in schola Pinczoviana docuisse, idololatricum quid esse invocare Sp. s. quum in universa S. S. nullum eius deitatis vel adorationis, imo nec fidei in eum appareat vestigium.

5) *Lubien. p.* 143: Qui ad synodum Pinczoviam convenerant (18. *Aug.*) confessionem fidei suae conscripserunt: hanc Sarnicius carpere, torquere et scindendae ecclesiae ansam arripere .... et synodo illi aliam opponere. Temerarium institutum in ipsa metropoli regni effectum dedit occasione exsequiarum Bonari d. 17. Sept. .... Ad quas multi magnates et nobiles, et aliquot ministri Sarnicii literis exciti confluxerunt, *et Sarnicius synodum cum illis habuit, confessionem suam edidit et ut a quibusdam subscriberetur effecit.* Erat quidem in urbe Gr. Paulus, sed a Sarnicii factione exclusus, imo haereticus iudicatus et ministerio privatus ac Sarnicius ei suffectus .... Stetere a partibus his Sylvius et Gilovius *etc.*

Christum ut iuves nostras ecclesias tum consiliis tumque exhortationibus, quas pro tua pietate proceribus regni nostri omni occasione scribas. Magni enim (ut phas est) semper aestimatur nomen tuum in nostra patria. Sin vero ad te aliquid scribent isti Lismaniniani, obsecro ne faciliter illi fidem des. Sciunt enim pios fallere, et habent ineptiarum suarum artes. Ego tibi fidem meam brevibus explico, eadem veritate Dei purgatissima niti qua fruuntur ecclesiae vestrae, eamque constantiam cum spiritu Domini habent. Hic standum esset usque ad extremum diem vitae hominis. Ames igitur, excellentissime vir, ecclesias nostras: curam habeto istarum. Dominus tibi fidelitatis et vigilantiae rependet coronam. Vale et ama tibi deditissimum. Olycseryciis 20. Octob. 1562.

Excellentiae tuae famulus deditissimus
Iacobus Sylvius
Iesu Christi servus Polonus ill. D. Martini a Zborow Palatini Posnaniensis minister.

3867.

CALVINUS MERCERO.

Denuo rogat ut ex cathedra sua Parisiensi depulsus Genevae operam navare velit.

(Ex apographo Cod. Genev. 107a, fol. 259. Alia exemplaria reperies ibid. fol. 258, et in Cod. 111a, fol. 212 et Bernae in Epp. Tom. VI. p. 1131. Simler. Vol. 105. Versio angl. IV. 341.)

Ornatissimo viro D. I. Mercero fratri et amico mihi observando.

S. Optassem quidem, quum te huc accerserem ante biennium, [1]) rationes tuas ita ferre, ut ecclesiae scholaeque nostrae tuam operam addicere non dubitares: sed mihi tunc non adeo molestum fuit voto frustrari, quam postea triste et acerbum fuit, in misera quae Lutetiae accidit dissipatione te ab officio docendi esse exclusum. [2]) Erat certe laboriosa et tenuis conditio, ad quam te vocabam: una tamen in re opinio te decepit, quod persuasus eras in celeberrimo theatro laborem tuum fore magis utilem ac fructuosum, quam in hoc obscuro recessu. Etsi enim exiguus est scholasticorum numerus, eos tamen nactus esses discipulos, quibus prodesse te plurimum iuvisset. Ac si huc te contuleris, ut spero, videbis non poenitendam fuisse provinciam. Ex quo autem calamitosa quae repente accidit tempestas omnia Lutetiae pessum dedit, valde miratus sum, te alibi perfugium quam apud nos quaesiisse, quia nusquam tranquillior ac commodior fuisset statio. Nec vero tamdiu a scribendo cessassem, si suspicatus fuissem ubinam te reperirent meae literae. Nunc quia amicus quidam facturum se recepit ut tibi redderentur, diutius supersedere fas non fuit. Est enim hic tibi paratus labor, quem aliis omnibus praeferendum iudico, etiamsi libera tibi optio detur. Nunc vero quum Deus te ab eo loco abstraxerit, ubi te putabas obstrictum, cur vel momentum unum differas non video, quin saltem ex praesenti intuitu iudices quid abs te flagitet publica utilitas. Singula distincte tibi exponere difficile esset: verum si quid apud te valent meae preces, rogo et obsecro ut saltem unum abs te impetrari sinas. Neque enim aliud in praesentia contendo, quam ut noster sis, donec alio te revocet officii tui necessitas. Quod si minus precibus movearis, consilium quoque interpono, cui si obtemperes, polliceor te ex hac profectione plus voluptatis capturum, quam tibi credibile sit, donec fueris expertus. Accelera igitur et quanta poteris festinatione te nobis siste. [3]) Vale, ornatissime vir, et mihi ex animo colende frater. Dominus te spiritu suo semper gubernet, itinera tua dirigat, ut te brevi incolumem cernamus.

Genevae 25. Octobris. [4])

Carolus Passelius tuus.

3868.

LE SÉNAT DE GENÈVE A CELUI DE ZURICH.

Au sujet de l'affaire de Milan.

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie.)

Magnifiques Seigneurs etc. Nous avons receu voz lettres par lesquelles nous avons entendu la

---

3867. 1) *imo iam antea N.* 2832.

2) *Haagius contra*: Mercier qui n'avait point été inquiété en 1562, fut obligé de quitter Paris et la France lorsque la seconde guerre de religion éclata (VII. 328).

3) *Quod tamen eum fecisse non constat.*

4) *De anno ambigi potest. Exemplar antiquissimum nullum indicat a prima manu, alia subscripsit* 1563. *quod exhibet quoque versio anglica. Apographa praebent* 1562 *quod Simlerus commendat.*

bonne diligence que vous aves faite envers les gouverneurs de Milan pour faire relascher Claude *laduise* [1]) nostre bourgeois, et ladessus entendu tout le discours de vostre messagier dont nous vous remercions fort affectueusement, vous priant de tousiours continuer la bonne affection et amitie que nous aves portee jusques jcy, comme aussi nous desirons de nostre part nous employer de bon cueur pour vous la ou nous en aurons le moyen. Au reste nous ne scavons pour le present autre remede sinon de remettre laffaire a dieu, Lequel nous prions magnifiques et treshonores seigneurs vous avoir en sa saincte garde. Donne ce xxvj. doctobre 1562.

3869.

CALVINUS OLEVIANO.

Scrimgero ut Heidelbergam eat persuaderi nequit. Consilium addit de disciplina instituenda.

(Ex apographo Cod. Genev. 107ᵃ, fol. 258, coll. c. Cod. 108, fol. 142, Epp. Bern. VI. 1101 et Simler. Vol. 105.)

Eximio et fideli Christi servo D. Gaspari Oleviano fratri et symmystae integerrimo.

Heidelbergae.

S. Quum literas meas putarem iam in itinere esse, nunciatum est puerum adhuc comites exspectare. Itaque *Scrimgerum* [1]) ad me vocavi, ut si animus eius ad suscipiendam quae apud vos oblata est provinciam, vel iam propensus esset, vel flecti posset, eum hortarer ac stimularem. Verum reperi quod suspicabar, non posse hoc tempore adduci, ut cuiquam loco operam suam addicat. Electus a nobis fuerat linguae graecae professor: [2]) conditio, quamvis exigua, fuisset tamen honesta et utilis. Respondit, si liber esset, se nobis obsequentem fore: sed quia fidem obstrinxerat Ulricho *Fuggero,* [3]) se vereri levitatis notam, si ullum publicum munus obiret. Quum rursus exciperemus, non amplius nos exigere, quam quod ab ipso *Ulricho* impetrasset, iterum excusavit, donec a pactione plane solutus foret, nihil sibi esse integrum. Eadem illa nunc quum repeteret, amplius urgere ausus non sum. Nam ut scholae vestrae maxime prospectum esse cupiam, simul tamen amici verecundiae consulere necesse est, praesertim quum nunc inhumaniter et contumeliose *Ulrichus* ipse a cognatis tractetur.

Quod de constituendae disciplinae ratione consilium meum postulas, vix occurrit quod respondeam, nisi optandum esse, ut duos princeps de consilii sui sententia nominet, duos universitas, quatuor autem commune urbis, qui una cum pastoribus ecclesiae praesint, ac sint morum censores. Hoc enim modo partes, quae alioqui suis ordinibus distinctae sunt, coalescerent in unum corpus, ecclesia ius suum retineret, nullus autem gravaretur. Modis quidem omnibus instandum est, ut mediocrem saltem disciplinam obtineat. [4]) Difficilis labor et molestus, fateor, addo etiam odiosus, sed ubi Christum habes ducem, non est quod unquam fatigeris. Si tibi cum iureconsultis certandum est, scias hoc hominum genus ubique fere esse Christi servis adversum: quia non existimant se gradum suum posse tueri, si qua vigeat ecclesiae autoritas. Constanter tamen pergendum, quod eo tibi facilius erit, quia adiutores nactus es non fidos modo, sed etiam animosos et strenuos. Vale, eximie vir et frater integerrime. D. Petro *Bocquino* multam salutem precor, D. etiam *Dilero, Mario* [5]) et reliquis amicis. Dominus vos omnes servet incolumes, sanctosque vestros labores benedicat. Genevae 27. Octobris 1562.

Ioannes Calvinus tuus.

3870.

CALVINUS TREMELLIO.

Tremellii commentarius in Hoseam Genevae imprimitur.

(Authenticum non exstat. Habent Turretinus in Cod. Genev. 108, fol. 142, Arch. Bern. VI. p. 1102 et Simlerus Vol. 105.)

3868. 1) *sic. cf. N.* 3849 *not. In nominibus propriis mirum quantopere negligenter calamo usi sint.*

3869. 1) *N.* 3856.

2) *Lapsus calami esse videtur. Philosophiae professio ei mandata fuerat. In graecis legebat Franc. Porto (Reg. cons.* 25. *Sept.* 1561.)

3) *Fuggerus Augustanus, a.* 1560 *Scrimgero mandaverat ut libros manu scriptos et impressos suis sumptibus coemeret, alios typis edi curaret, maxime per Henr. Stephanum qui se U. Fuggeri typographum in titulis librorum a se editorum appellabat. Verum iam m. Dec.* 1561 *patronus clientem in ius vocavit Scrimgero litem eius nomine persequente (Gaullieur p.* 154).

4) *sic. Lege:* obtineatis *vel:* mediocris disciplina.

5) *professori in collegio sapientiae.*

Ornatissimo viro D. Immanueli Tremelio, theologiae doctori, fratri et amico mihi colendo.
Heidelbergae.

Quod tuis literis hactenus non respondi, ornatissime vir, si impetrare nequeo quin pigritiae silentium meum ascribas, culpam agnosco, sed cum hac deprecatione, quam facile ut spero admittes, ne quid ex amore erga me tuo decedat. Nondum etiam de commentario D. *Buceri* [1]) egi gratias: unde colligere tibi melius licebit, me non contemtu eiusmodi officia praetermittere.

Nuper quum a senatu pro more petitum esset, [2]) ut tuos in Hoseam commentarios excudi permitteret, delata nobis fuit cognitio. Ego vero absurdum esse censui tanquam de re dubia iudicium facere. Nam si de conditione [3]) agitur, quis sibi censoris partes sumpsisset? fidei autem tuae sinceritas magis nobis comperta est, quam ut inquisitione opus sit. Liber itaque *Antonio* [4]) nostro redditus est, ut qua posset maxima dexteritate curaret imprimendum. Utinam ad alios etiam Prophetas explicandos [5]) adiiceres. Interea dignus fuit Hoseas a quo faceres exordium. Bene vale, ornatissime vir, et mihi ex animo colende, salutabis meo nomine diligenter amicos. Dominus vos spiritu suo semper gubernet, virtute sustineat, et incolumes tueatur. Genevae 27. Octobris 1562.

Ioannes Calvinus tuus.

3871.

CALVIN A L'ÉGLISE DE FRANCFORT.

Appréciation de l'état des choses et conseils relatifs à la situation.

(L'original français a été publié par J. Balth. Ritter, dans l'ouvrage: Evang. Denckmahl der Stadt Franckfurth etc. 1726. 4. p. 315 mais avec de nombreuses fautes d'impression et de copie. On le trouve aussi dans les Frankf. Rel. Handl. II. 207. Nous en devons une copie authentique faite sur l'original de la Bibl. de Francfort, Collection Uffenbach. Vol. 5, p. 369, à l'obligeance de Mr. le Dr. G. Ed. Steitz, premier pasteur de la ville de Francfort. — Trad. latine Gen. 333, Laus. 687, Han. 716, Chouet 458, Amst. 209. Relativement au texte latin on pourrait reproduire la question soulevée à propos du N. 3807. Il se peut que le latin soit de Calvin, mais le texte français l'est positivement, voyez notes 5 et 6. La note 2 semble trahir la plume de Bèze.)

Nous entendons, a nostre grand regret, bien aymes freres, qu'entre vous sont survenus des debats qui se sont enflambes jusques a des aspres contentions, comme si vous n'avies pas receu une asse grande playe par la dissipation de vostre Eglise, ce qui nous est tant plus grief, que nous ne voyons aucun moyen de vous reconcilier en fraternite vraye, [1]) ce que nous craignons, que fort difficilement se pourra obtenir de vous. Ce que dit le Poëte [2]) se voit par vostre lettre a scavoir qu'il se commet de fautes et au dedans et dehors. Une partie de vous estime, que non obstant la fermeture du temple [3]) l'on doibt neantmoins demorer en estat, jusques a la decision de la cause finale. Les autres maintiennent, au contraire, que c'est mal faict, [4]) qu'avec tres grande indignite et oprobre la verite soit opprimee, Et comme dechassee en exil. Quand a nous, nous ne scaurions aultrement iuger si non que ceux ont tres bien faict, qui incontenant apres la fermeture du temple et exercice de piete defendue, on trousse bagage et se sont transportez ailleurs, mais quant à ceux, qui n'ont point eu la commodité de le faire, nous estimons qu'ils sont plus tost dignes de compassion que de les vouloir poursuivre de quelque malveillance. Et de faict vouloir tenir attaches les estrangers au lieu de leur refuge comme des povres esclaves à la moeule, ce seroit une chose plus qu'indigne: car faignons, que l'eglise fut encor en estre l'on ne doibt estimer illicite aux personnes privees de changer de lieu, combien doncques plus doibt il estre permis à ceux ausquels on oste l'exercice de piete de se transporter ailleurs. D'autre part de vouloir reputer et diffamer comme traistres a la verite ceux qui ont este empesches et retenus par la necessité domestique de leurs affaires de ne pouvoir sortir et aller a un aultre lieu, ce seroit chose inhumaine. Quant a ce qu'on obiecte que ceux qui presentent leurs enfans au baptesme des adversaires exposent Jesus Christ en moucquerie, nous confessons, que si tels dissimulent et ne monstrent ouvertement, qu'ils detestent tant les erreurs

---

3870. 1) Praelectiones in ep. D. Pauli ad Ephesios habitae Cantabrigiae in Anglia a. 1550 et 1551. Ex ore praelegentis collectae et editae diligentia I. Tremellii. Bas. 1562 fol.

2) *Si quid tale in commentariis senatus relatum est, nos quidem fugit. Prodierunt Tremellii* Enarrationes in Hoseam *a.* 1563. (*Adami vitae theol. exter. p.* 72; *Gerdes Ital. ref. p.* 243.)

3) *Simlerus ex coniectura superscribit:* cognitione.

4) *Calvino. Gaullieur études sur la typographie Genevoise.* 178.

5) *Simlerus inserendum putat:* animum.

3871. 1) non alia occurrit ratio nisi utrinque propria sententia cedatis.

2) quod agnovit ille in Iliade Homeri. (?) *Iliacos etc.*

3) da ihnen nehmlich die gehabte Kirche verschlossen worden (*Uffenbach en marge*).

4) fas non fuisse diutius subsistere in eo loco ubi *etc.*

36*

que la tirannie et orgeuil barbare de ceux ausquels ils permettent de baptiser leurs enfans, ils commettent une faute, que ne se peut excuser ni tollerer, car il est certain que ces ministres plains de graise et vivants a leur aise,[5]) ne cherchent si non de triompher de Christ, et de sa verite, car nous ne pouvons nourir leur insolence sans faire injure continuelle a Christ. Mais s'ils y entrejettent une franche et entierre confession, par laquelle ils rabaissent l'arrogance de ces venerables,[6]) Je ne voy point, pourquoi l'on doibve du tout condamner ceux qui sont contraincts de permettre que leurs enfans soyent baptizes par ceux qui sont comme ordonnes et constitues a cela:[7]) combien qu'ils ne les approuvent point. C'est aultre chose de la Ste. Cene, lequell * nul ne peut recebvoir de leur main, qu'il ne renonce honteusement a la Ste. Doctrine.

Il ne nous a pas semblé expedient de passer plus oultre, a l'examen de toutes les parties de ceste controverse. Mesme n'avons trové expedient pour plusieurs raisons de toucher a ce que vous avez escrit de ça.[8]) Pourquoi nous vous prions et obtestons au nom de Dieu, qu'ayans quité toute affection des desbats avec toute amertume, vous vous embrassies fraternellement les uns les autres. Ceux qui sont oppresses de ceste dure servitude, qu'ils gemissent et congratulent a leur freres la liberte quils ont optenu en un autre lieu: que ceux a qui Dieu a faict la grace d'eschapper de ceste dure domination, ayent plustost compassion a leurs freres, que le * pressantz outre mesure leur facent perdre courage. Pardonnes nous cependant, ce que nous avons mieux aime tenir ceste moderation, que de complaire a tous vos desirs. Le Seigneur vous gouverne par son esprit de mansuetude et benignité avec une constance invincible et vous rassemble et maintienne unis ensemble en un corps par le lien de charité et dilection. A Dieu soyes recommandes, freres trescheres et bien aymes.[9]) De Geneve le 27. d'octobre Anno 1562.

Jean Calvin.

---

5) certum est umbratiles illos ministros nihil aliud venari quam ut de Christo et sana doctrina triumphum agant.
6) eorum.
7) quia ferre coguntur ut ordinarios ministros.
8) *add.* ne sedulitas nostra oleum camino adderet.
9) *Voyez sur la triste issue de cette affaire les notes du N.* 3852 *et Steitz, Hrtm. Beyer p.* 139 *suiv. Après le départ des Anglais en* 1559 *et celui des Wallons en* 1562, *il ne resta plus à Fr. que quelques-uns de ces derniers et des Flamands ou Neerlandais, qui devinrent la souche des deux communautés réformées, allemande et francoise, établies à Francfort. Ils eurent la permission de se réunir dans des locaux privés, permission qui leur fut retirée en* 1594 *et* 1596.

3872.

BULLINGERUS CALVINO.

Et in Gallia et in Helvetia res in peius vertuntur et ipse nunquam adeo omni spe excidisse sibi videtur quam hoc tempore.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 443. — Simler. Vol. 105.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fido pastori domino colendo meo et fratri longe carissimo.

Genff.

S. D. Valde me et symmystas meos affligit morbus ille tuus,[1]) vir clarissime et frater in Domino observande. Oramus Dominum, ut te nobis restituat. Gratias quoque ago maximas, quod ex lecto ad me scribi facias. Scribae quoque *Ionvilleo* meo maximas ago gratias. Plurimum autem metuo Rhotomagum iam esse captum:[2]) inde vero totam Normandiam misere affligendam et devastandam. Utinam in tempore veniant Angli.[3]) Vicini nostri valde triumphant: nil nisi caedes spirant. Claronensibus rursus sunt infensi.[4]) Metuunt nonnulli vix dirimi posse causam illam absque bello civili. Multa video, mi domine et frater, quae vehementer displicent, sed quomodo mederi possit rebus adeo desperatis non video. Dominum oro, qui est pastor bonus suae ecclesiae, ut oves suas liberet ex ore luporum et hypocritarum venenatissimorum. Dominus misereatur Galliae et nostrum omnium, et servet nos a malo. Nulla res unquam ita me per omnem vitam meam exercuit atque haec. Videor mihi in horas videre sanguinem innoxium fundi. Quousque tandem, o Domine? Serva invocantes nomen tuum. Optime vale in Christo, qui te restituat oro. Salutant te omnes mei, etiam D. *Martyr* et symmystae omnes. Tiguri 30. Octobris 1562.

Bullingerus tuus.

3872. 1) *A. d. v. Cal. Dec. Calvinus Trecio scribens loquitur de corpore suo debilitato et animi vigore imminuto. Colladon p.* 100*:* Au mois de Decembre il eut la goutte plusieurs iours, tellement que le 18, qui estoit iour des censures des ministres pour la Cene de Noel, ils firent leur assemblee en sa chambre luy estant au lict.
2) *a. d. VII. Cal. Nov. urbs vi capta et per totam hebdomaden direpta est.* (*Hist. eccl.* II. 647.)
3) *Dieppae appulerunt a. d. v. Non. Oct. Portum Gratiae occupaturi* (*ib.* 677).
4) *Lis ista pendebat usque, m. Oct.* 1564 *demum dirimenda.*

3873.

SARNICIUS CALVINO.

Antitrinitarios et Stancaristas Polonos notat et diris devovet. [1])

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 116. Quum eundem fere textum praebeat altera eiusdem ad Bullingerum, satis habemus variantes lectiones cod. Turicensis huius margini adscribere.)

Clarissimo doctrina et pietate praestantissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensium pastori domino et fratri reverenter colendo.

S. P. in Domino per Iesum Christum. Amen.

Quod de Methio Suffecio apud Romanos equis discerpto historia Liviana tradit, hoc idem, vir amplissime, de statu ecclesiarum minoris Poloniae dici in praesentiarum potest. Ita omnia per istos novos apostolos discerpta, sursum deorsumque permista, profanata et defoedata sunt, ut neque pedes, neque manus, neque caput in hoc mystico corpore Christi Domini agnoscas. Pars transiit ad Stancarum, pars ad *Blandratam* et *Lismaninum*, [2]) et pars, gratia Deo, adhaeret priori confessioni. Res est per se atrox et horrenda visu: sed, tamen magis movet et afficit quemvis pium et sincerum, quo magis ii qui maxime fallunt id agunt ut viri boni et honesti cives communis, hoc est [3]) tam nostrae quam vestrae, ecclesiae appareant, quum interea noctes diesque nil meditentur quam ut ab imis fundamentis catholicum consensum in articulo adorandae trinitatis concutiant. Haec omnia ex literis nostri *Trecii* [4]) tua pietas luculentius poterit agnoscere, quas etiam ut aperiat ac diligenter expendat permitto, imo etiam atque etiam rogo. [5]) Obsecramus vos, domini nostri et fratres colendissimi, ut et orationibus piis, quas certo scimus non esse vanum murmur coram Deo, et consiliis nos iuvetis. Et obligati quidem sunt omnes ii qui Christo nomina dederunt ut sese mutuis operis iuvent: sed vos, egregie domine *Calvine*, [6]) peculiari iure adigimini, [7]) ut ita dicam, quo nobis praesto sitis. Nisi enim *Lismaninus* a vobis commendatus fuisset nunquam haec factio hominum monstrosissimorum in nostris ecclesiis favorem talem sibi acquisivisset. Ille huc advolavit ut esset veluti choragus et antesignanus huic impietati. Ipso autore huc advenit *Blandrata*, quem deinde sequutus est quidam [8]) *Spinella, Alciatus, Gentilis* (omnes enim huc Pincoviam confluxere.) Eos commendant et eorum negotia promovent. Interea ad vos astute scribunt, ita attemperando stillum * et sese instar prothei transformando, ut saltem eorum dogmata quoquo modo comprobetis. Sed obsecro ne aliquo modo sub titulo istarum ecclesiarum imponant vobis: sunt enim [9]) artifices. Quanquam non dubitamus vos ita dono discretionis spirituum abundare, ut ex uno verbulo ipsorum, veluti ex ungula [10]) leonis ipsum leonem, facile agnoscatis ipsorum phraseis. [11]) Facile est intelligere eorum vafritiem quum non possent vobiscum conversando erroris sui patrocinium (ut illi asseverant ob id quod iam personae illorum erant exosae) apud vos impetrare, iam nunc per quosdam nostrates, qui nobis cariores erant, hoc idem rursum sub titulo istarum ecclesiarum obtinere tentant. Ita enim vos [12]) leves esse putant et incircumspectos, ut permutatis saltim personis vos quoque iudicium de hac causa permutaturos opinentur. Ac si vero nos ad condemnandum hunc illorum errorem merum odium et non causae iniquitas permoverit. O hominum detestandas fraudes. Videretis, domini mei, si saltim ut minimam dissimulationem, ne dicam assensum, a vobis obtinerent istis diabolicis suis artibus, quo pacto vos toti mundo propinarent, levitatisque accusarent. Nobis vero, qui vobiscum per Dei gratiam fraternam societatem sancte et constanter colere decrevimus, dici non potest quam terribiles apparere conarentur. Sed quid vobis nos haec ingerendo aures obtundimus? qui per Dei gratiam hoc genus animalium melius novistis, et nos ut cognosceremus eosdem et sibi * ab eis caveremus [13]) toties submonuistis: pro quo beneficio vobis gratias agimus. Ineffabilis vero bonitas Dei in hac et in futura vita vos coronet. Valete, fratres et domini colendissimi. Per Deum, *Trecium* nostrum nobis reddite et quam celerrime: cum responsione ut ad nos redeat extrudite. [14]) Male facit quod ecclesias nostras in iis angustiis positas, fortasse declinando crucem, iuvare non dignatur. Profecto debet castigari verbo Dei. Sed mihi ignoscat. Caetera ex literis *Trecii* vestra pietas [15]) intelliget. Quod autem ego scribo, omnium

---

3873. 1) *De Sarnicio v. N.* 3506. 3559. 3866.
2) Lismaninum *om. Tur.*
3) communis hoc est *om. T.*
4) *scil. ad Trecium scriptis cf. N.* 3740. 3851. 3875.
5) *Tur. add.* ac postea D. Calvino communicet.
6) Bullingere *Tur.*
7) cogimini *Tur.*

8) quidam *om. Tur.* — *Spinellam habuisti N.* 3866. *Alciatus et Gentilis postea in Moraviam concesserunt, hic deinde in Sabaudiam remeavit* (*Sand. p.* 26 *sq.*)
9) *Tur. add.* mille.
10) *sic.*
11) ipsos *Tur.*
12) vos Germanos *Tur.*
13) et si ab eis caveremus *Tur. Quod omnino ex errore scribae fluxit: altera lectio peccat in lege grammaticorum.*
14) una cum responsione ad nos eum extrudite *Tur.*
15) V. D. *Tur. i. e.* Vestra Dominatio, *sive* Dignitas.

qui nondum genua curvaverunt coram Baal fidelium nomine scripta [16]) esse putate. [17]) Literas de quibus *Trecium* submoneo, obsecro curetis ad nos transmitti. Opus est omnino istos proceres ita tractare. Data Cracoviae 6. Octob. [18]) 1562.

Stanislaus Sarnicius
servus Iesu Christi
tuae pietati addictissimus.

3874.

SARNICIUS BULLINGERO.

Eadem ac praecedens.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Scrin. C. Tom. 25, fol. 170. — Simler Vol. 105. Iterum eandem describere supervacaneum rati satis habuimus alterius textus margini variantes huius lectiones adscribere. Sola clausula plane alia est, quam ergo solam hic exhibemus.)

— — — — — — — — — — — — — — — — —

D. *Cykovium* Stanislaum, [1]) cuius pueros domi tuae foves, obsecro submoneas ut sibi ab hac peste hominum caveat. D. *Petrum Martyrem* obsecro velit T. P. officiossime nomine meo salutare. Datae Cracoviae vi Novembris 1562.

Stanislaus Sarnicius
minister verbi Dei
Vestrae pietati addictissimus.

Has literas aut saltem illarum exemplar curet Tua praestantia transmitti absque mora. Nescimus sub quo nunc coelo *Tretius* noster vivit: proinde quo ordine haec literarum istarum missio fieri debeat nescivimus, sed prudentiae tuae committimus. Satis erit nobis si de omnibus rebus quae hic geruntur in ecclesiis nostris viri illi pii tam Genevae quam alibi scire queant. Alteras hasce literas Iacobi *Sylvii* [2]) Praestantia Tua aperiat et relegat (hoc ipsum enim idem Iacobus optat) et postea obsignatas ad D. *Calvinum* transmittat.

16) scriptum *Tur.*
17) *Loco eorum quae hic sequuntur altera epistola plane alia habet.*
18) *imo Novemb. cf. seq.*
3874. 1) *Wissowatii narratio quomodo in Polonia a Trinitariis separati sint Unitarii* (*ap. Sand. p.* 211): Cracovianae ref. patrono Io. Bonaro castellano Biecensi repente exstincto locus congregationibus assignatus in domo Stan. Cikovii, qui tunc archicamerarius Cracoviensis post castellanus Biecensis et exercitus dux in bello Moschovitico fuit. *Cf. Lubien.* 143. *Cikovii posteri ad catholicismum redierunt* (*Salig* II. 784).
2) *N.* 3866.

3875.

SARNICIUS TRETIO.

Historia perturbati status polonicarum ecclesiarum propter introductum Servetanismum. [1])

(Excerptum est ex literis Tretio missis et ab huius amanuensi in Bullingeri usum descriptum. Exstat in eodem codice ac praecedens epistola fol. 151 et ap. Simlerum.)

Hoc ut melius intelligas ex miserabili statu ecclesiae nostrae, de quo iam tibi dicam, intelliges. In prioribus literis complexus sum ea quae hic in absentia mea, dum in thermis essem, acta sunt. Iam quid post adventum meum successerit, quibusve machinationibus usa sit adversa pars ita accipe. Quum vidissem fere omnes, excepto *Sylvio* nostro et *Albino*, [2]) hoc dogmate infectos esse, profecto cogitavi iam privatam ducere vitam. Quid enim facerem quum viderem hoc diluvio totam patriam nostram praeter maiorem Poloniam inundatam esse? Solus capitaneus *Maryenburgensis* [3]) una cum Castellano *Biecensi* [4]) mutatum genus doctrinae graviter tulerunt. Vocatus sum ab eis aliquoties et mecum expostularunt quod me ad vitam speculativam, ut vocant, componerem. Similiter *Albinus* noster cum *Sylvio* ad me toties scribunt, me obiurgant, hortantur, monent. *Sarnici*, obsecramus, inquit, ut tuam vitam ducas, quae non tua sit sed Iesu Christi. Talibus et similibus sententiis me exagitarunt. Et moverunt me ista aliquo modo, non tamen permoverunt, donec *Gregorius* [5]) publice pro concione coepit de conflato Deo disputare, et qui secus sentirent eos esse haereticos et Sabellianos. Non obscure autem nos notavit qui docemus patrem filium et spiritum sanctum esse unum Deum, servata tamen distinctione personarum. Hoc enim est eis conflatus Deus quum dicitur esse unus et tres. Haec res me plurimum, et alios quoque, commovit. Et ab illo tempore coepit haec quaestio ventilari passim, ita quod * nobilitas minoris Poloniae coacta sit propter pacificandos istos motus synodum generalem indicere. Ac ut penitus res pervestigari possit, utrinque delecti sunt sex ministri qui Baliciis, [6]) praesidente castellano *Biecensi* et capitaneo *Maryenburgensi*, ante synodum generalem debebant vel concordiam

3875. 1) *Haec inscriptio ex ipso Codice desumpta est.*
2) *Matthias Albinus v. d. m. Ivanowiczniae prope Cracoviam a.* 1565 *controversiam excitavit de baptismo quem nonnisi credentibus et poenitentibus administrandum esse dicebat* (*Lub.* 176.)
3) *Stan. Myscovius* (*id.* 133).
4) *Io. Bonaro, arcis Cracoviensis magno procuratore.*
5) *Paulus, v. d. m. Cracoviensis* (*N.* 3857. 3865. 3866. *Lubien.* II. c. 7. *p.* 133).
6) *d.* 12. *Aug. Lub.* 142.

tentare, vel saltem capita doctrinae in quibus partes dissiderent diligenter notare. Quumque eo ventum est vidimus eos procul a nobis esse, ita quod* de pace cogitare frustraneum erat*.[7]) Haec melius ex actu Balicensi intelligeres, sed quia longus est ad describendum, capita tamen doctrinae quae proposuerunt describam.

Articuli 12 Blandratistarum.

Fundamentum est omnium errorum dicere quod pater, filius et spiritus sanctus sit unus Deus. Ex quo sequitur, in papatu et alias doctrinam de Deo esse erroneam. Hunc articulum etiam in literis ad Tigurinos per Seb. *Pechium*[8]) missis retroactis temporibus exposuerunt ubi dicunt: Neque, inquit, uspiam trinitas confusa unus Deus dicitur, aut tres isti ut sint unus. Non dubito quod haec bene notarunt illi viri docti.

2. Qui invocat Deum absolute, hoc est unum in trinitate, hic habet Deum conflatum, Deum Turcicum, sine filio.

3. Ubicunque Deus absolute in scripturis ponitur de patre est accipiendum, ut Deut. 6. Marci 12 Esaia 18 etc.

4. Pater, inquit, maior est eo quod pater est, hic vero filius. Item quia pater est potentia assistens et causa ei causae per quam sunt omnia, h. e. filii.

5. Ideo filius est mediator ad patrem tantum. Hunc articulum nos non impugnaremus si in eo sensu ut D. *Calvinus* accipit*, sed illi mediatorem filium ad patrem faciunt tanquam ad maiorem Deum qui est proprie Deus.

6. Pater mittit, mandat, donat filio: filius vero mittenti paret, mandanti obedit ex praecepto, accipit a donante. Haec mi D. *Treci*, possent in sensu admitti, si illi nebulones haec ad deiiciendum filium non torquerent, ut ita patris eminentiam approbarent.

7. Spiritus sanctus procedit a patre et filio seu per filium ut, inquiunt, doctores graeci dicunt. Ita iterum illam graecam opinionem et controversiam cum Latinis, quae fuit iam sepulta, excitant. Videtur enim eorum sententiae comprobandae servire aliquo modo.

8. Item pro peccato ducunt prius invocare spiritum sanctum quam patrem, imo non auditur quod spiritum sanctum invocent.

9. Pater est solus proprie creator, ideo locum illum Eccles.: Unus est creator altissimus, de solo patre interpretantur.

10. Ubi dicitur in oratione dominica: Pater noster, de patre est tantum accipiendum. Haec omnia ad comprobandum Arianismum ab eis dicuntur. Quanquam haec possent in suo sensu admitti.

11. Trinitas, personae, essentia, sunt papistica vocabula. Etiam Vilnae sunt eiecta. Et Georgius ille *Simanus*[9]) publice in concione Cracoviae trinitatis vocabulum exagitabat et plena bucca figmentum esse papisticum vocavit cum scandalo plurimorum.

12. Quicunque cum eis non sentiunt sunt Sabelliani. Et interrogati, de germanicis ecclesiis quidnam sentiant, dicunt: Nobis sine dubio subscriberent, sed eos pudet libros suos retractare.

Haec sunt fideliter conscripta. Et *Simanus Gonesii*[10]) doctrinam de trinitate ibidem Baliciis omnibus audientibus comprobavit. De istis rebus colloquium habitum est Baliciis. De pace frustra erat colloqui. *Simanus* enim publice clamabat se malle sutoriam potius exercere artem et quidvis perpeti quam eam puritatem deserere. Sed ut melius intelligant illi viri quid apud nostrates *Blandrata* in mea absentia effecerat, addam hic verba nostri *Luzinii* episcopi Moldaviae penes Despotam. Sunt autem descripta ex eius literis quas ad te dederat.[11]) Quae causa autem, inquit *Luzinius, Blandratae*, quae mihi nondum perspecta et cognita est, propter ipsius materiae difficultatem et propter loci distantiam quae me ab illis discrevit. Tamen quid effecerit apud nos, hoc scias, quod praeter *Sarnicium*, Iacobum *Sylvium, Albinum, Glicnerum*,[12]) omnes ministri iam qui* nosti ad partes *Blandratae* defecerunt. Et haec res *Sarnicium* coegit ministerium relinquere et abire, hactenus nescimus quo vel ad nos, vel in Italiam aut Galliam. Quid postea sequetur nescio. Post hunc actum Balicensem debebant ex mandato nobilitatis synodum generalem convocare, sed non convocaverunt praeter ministros aliquot, ubi schedam quandam[13]) conscripserunt quam nomine omnium ministrorum invulgarunt. Movit haec res plurimum ordinem equestrem. Nam praeter hoc quod a synodo sint semoti et exclusi, multos illa scheda continet hiatus et imposturas, quae a mediocriter versato in sacris scripturis bene poterant animadverti. Et ab eo

---

7) *Haec nimirum est hominis latinitas. Nos Poloni non curamus.*

8) *Bibliopola. N.* 3217. 3245. 3249.

9) *Hunc credimus esse eundem ac illum qui alibi Schomanus dicitur. Fuit is Ratiborensis Silesius, pastor Pinczoviae sub patrocinio Nic. Olesnicii, post in Xianz et Cracoviae (Sand. p.* 47. *Eius testamentum c. vitae ipsius historia ibi.* 191).

10) *Petri a Goniadz in Podlachia (Sand. p.* 40. *Lubien. p.* 111 *et passim*).

11) *Sequentia corrupta videntur.*

12) *qui postea suas partes egit Sendomiriae.*

13) *scil. Confessionem Pinczoviae editam.*

tempore *Lismaninus* cum suis coniuratis fidem et autoritatem apud maiorem partem equitum amisit.

Audivisti, optime *Treci*, de partibus adversariorum: restat ut etiam quid hic Deus per nos agat, quove in statu sint res nostrae, explicemus. Quamdiu illustris castellanus *Biecensis* vixit, habebant sane quod subtimescerent. Ita enim apud illum cum sua doctrina exosi erant, ut vocatis senioribus coetus Cracoviensis in magna corona hominum hanc doctrinam detestatus sit. Et omnino interdixit eis ne *Gregorius* vel publice vel privatim huius doctrinae mentionem ullam faceret: alioquin se occlusurum domum suam minabatur. Malo, inquit, hanc domum igni comburere et coelum fumo in testimonium omnibus replere quam huiuscemodi blasphemiam domi meae pati aut quoquo modo promovere. O divinum pectus hominis, et ingentem zelum pro gloria Dei, si Deus ei vitam ulterius protraxisset. Sed ita visum est patri misericordiarum eum evocare ex hac misera vita ad beatorum sedes. Iam securi erant adversarii et respirasse videbantur, sed Deus excitavit iterum alios viros heroicos quos eis obiecit velut Gorgoneum caput. Ex horum numero est Palatinus *Posnaniensis*, capitaneus noster *Maryenburgensis, Safranecius,*[14]) *Sienicki* Nicolaus, castellanus *Osniecimensis* et omnes ecclesiae in ducatu Osniecimensi et Zatoriensi, qui xvi Octobris,[15]) quum funus peragebatur *Boneri*, synodum Cracoviae in magna celebritate peragebant, pedibus et manibus inierunt in nostram sententiam, ita quod xii ministri in illa ipsa synodo confessioni nostrae subscripsere, quam eodem consilio, sicuti Genevae factum erat, hoc est, ut ita constaret quos pro nostris reputare deberemus et qui sunt a partibus Blandratistarum, conscripseramus. Ex nostris, inquam, sunt *Gilovius,*[16]) Iacobus *Sylvius*, ego, *Albinus, Wisnievicius*[17]) et alii plurimi, ita quod iam iustum coetum habeamus, in quo praecipui ex magnificis numerantur. Cives etiam praecipui, et ii doctiores, iam renunciaverunt *Gregorio*, ex quibus est D. *Iostus*, D. *Echlerus, Valerianus*, D. *Vidzan* et alii. Isti iam nec concienes *Gregorii* frequentant, nec sacramenta ab eo percipere volunt. Istorum omnium nomine missa est legatio ad *Lismaninum* et illum *Felicem*[18]) infelicissimum, ne amplius sub titulo ecclesiarum minoris Poloniae homines tam extraneos quam domesticos deciperent, neve auderent synodos convocare et titulum sibi senioratus usurpare. *Gregorio* etiam huiusmodi est conditio oblata, ut vel omnino sibi ab hac doctrina temperaret, vel ne amplius in aedibus Bonerorum coetus fierent. *Gregorius* omnino, utpote sibi conscius, maluit conditionem illam de convocando coetu in illa domo commodissima reiicere, quam ab impia et blasphema contumelioeaque in Deum doctrina V. *Gentilis* resilire.

Vides, mi D. *Treci*, quomodo illam temeritatem et superbiam *Gregorii*, quam tu semper in eo observasti et coram me conquestus es, Deus punivit. Nonne habemus vivam imaginem et exemplum efficax ut qui se in familia Iesu Christi numerari velint in timore et omni submissione spiritus versentur, iuxta illud: Qui stat videat ne cadat. Iam omnino in hoc sunt omnes ut eum Cracovia eiiciant. Tantum agitur de alio ministro.

Sed quum superius confessionis mentionem feci, oportet me propter illos viros doctos hunc quoque scrupulum discutere. Nos non quaesivimus, dicas D. *Calvino* et D. *Bullingero*, novam confessionem, sed pro confessione nostra tria illa symbola, apostolicum nempe, Nicaenum et D. Athanasii accepimus, ac propter maiorem lucem, ne quis aliquas corruptelas adsuat, adiunximus illos xv articulos qui Tiguri novitiis, qui se ecclesiae illorum aggregare volunt, exhibentur. Ita enim D. *Bullingerus* nobis consuluit. Postmodum adiunximus confessionem peregrinarum ecclesiarum quam conscripserat D. Ioannes *a Lasko*. Tertio loco ponimus confessionem Genevensis ecclesiae, quam expressit D. Theodorus *Beza* in sua confessione statim ab initio, articulo primo. Ultimo loco apponimus sententiam confessionis Pinczoviensis, quam contra *Stancarum* promulgaveramus. Exstat impressa sed iam eam contemnunt. Postremo, ut omnibus constaret nos cum restitutis omnibus per Germaniam, Helvetiam et Sabaudiam ecclesiis hac in parte prorsus consentire, visum universo coetui ut publice omnes testarentur se in ea *Stancari* controversia cum D. Philippo *Melanchtone* et praedictis omnibus ecclesiis sentire. *Stancari* librum publice in foro comburi iussimus etc. In illa ipsa confessione manifeste detestati sumus nominatim doctrinam Valentini *Gentilis, Gribaldi, Gonesii, Alciati* et aliorum. *Stancari* etiam deliria ibi damnavimus. Haec confessio quum *Gregorio* proponeretur ut ei subscriberet, omnino noluit, sed dixit se firmiter sentire cum Ignatio illo, Irenaeo, Tertulliano. Plane enim easdem sententias in suam rem adducunt quas et Val. *Gentilis* et *Servetus*. Haec omnia designavit in hac pagella manu propria (nosti manum eius) descripta, quam tibi ob maiorem fidem mitto, et nota quid garriat de isto Ignatio.

Videant igitur illi viri pii et docti quid sibi deinceps de *Lismanino*, *Gregorio* et aliis eiusdem

---

14) *quem Lubien. p.* 133 *virum illustrem et magnanimum vocat.*

15) 1562.

16) *De eo adeas Lubien. p.* 143.

17) *s. Wisniovius ecclesiae Veliciensis minister.* (*Lub.* 141. *Salig* II. 652.)

18) *Crucigerum superintendentem ecclesiarum minoris Poloniae* (*Lub.* 133).

monetae hominibus polliceri debeant, et quomodo ipsorum literis deinceps credant. *Luthomirius*[19]) aperte dicit (habeo literas manu ipsius propria descriptas): Qui, inquit, dicit patrem filium et spiritum sanctum esse unum Deum, hic doctrinam satanicam habet. O vocem ex summa temeritate profectam, cum pari ignorantia coniunctam. Fac spem, optime *Treci*, illis viris quod Polonia Deo volente recordabitur societatis quam iniit cum illis ecclesiis. Modo ipsi amplius *Lismanini* et aliorum hanc sycophantiam, qua mirabiliter et hic et alias hominibus imponitur, non foveant sua conniventia. Certum est quod Polonia maior nobiscum est, ecclesiae in ducatu Zathoriensi et Osviecimensi, item in tractu Lublinensi Chelmensique excepto *Paclesio*.[20]) Hic etiam in vicinia Cracoviae omnes ministri nobiscum sunt, exceptis illis quos nominavi.

Felix *Cruciger* ille, ut hominem nosti, nescit quo pedem vertat. Inter neutrates reponi potest quanquam veneno non caret. Isti hic gloriantur de Bernardino *Ochino*, ac si eum suae impietatis fautorem deberent habere. Scimus quidem eos mentiri. Neque enim consentaneum videtur tantum hominem praesertim in hac ultima sua senecta, huiuscemodi deliriis contaminatum esse. Tamen ad convincenda eorum mendacia cura ut ab eo obtineas expostulatorias ad Lismaninum, ut tandem desinant eius aestimationem in iis regionibus violare. Ad quam rem utere opera D. *Petri Martyris*, cui me, obsecro, commendes velim. Hominem non novi, sed quum eius monumenta revolvo, apparet hominem esse talem qui cum quovis ex antiquioribus illis viris conferri debeat.

Literas et historiam actorum *Blandratae* hactenus nec a Palatino *Vilnensi* nec a *Lismanino* obtinere potuimus. Habemus quidem illa quae mihi Pataviae dederas, sed quia sunt absque sigillo et subscriptione ab illis facile contemnuntur. Obsecro igitur te, si adhuc istic es, si iam discessisti rogamus D. *Calvinum* et D. *Bullingerum*, ut absque mora curent nobis tam literas quam historiam actorum *Blandratae*, aliaque quae erant tradita illi Martino *Czechovitio*[21]), nuncio Palatini *Vilnensis*, cum subscriptionibus et sigillis publicis transmitti. Ita agunt nobiscum adversarii: quidquid volunt sub nomine ecclesiae ad illas ecclesias scribunt, et postea responsorias supprimunt nec publicant. Imo vero omnes eos qui huiuscemodi innovationibus ipsorum non favent, a concilio excludunt, et quid non? Novisti enim practicas *Lismanini* bene. Factio *Blandratica* semper mihi insidiatur, et quocunque vertunt pedem, non nisi de me et D. *Calvino* garriunt, blaterant et mentiuntur. Ac ego quidem non ita de viris hic praecipuis meritus sum, ut me aliquis ex animis illorum tam facile excutiat: tamen bonum esset me aliquo modo ornari per literas ab illis viris piis et doctissimis. Praecipue vero optarem in literis ad Despotam Palatinum *Valachiae*.[22]) Spargitur hic fama, eos cogitare quod si in angustias redacti fuerint (ut quidem nos certo speramus) quod ad Despotam, tanquam ad asylum transfugere velint. Quare et ad Despotam literas impetrabis in quibus mei et tui mentio fiat. Optarem etiam impetrari literas ad D. Stanislaum *Ostrorogum*.[23]) Praecipue vero ad Capitaneum nostrum,[24]) qui plane excelso et Samsonico animo progreditur in ea causa, et nisi ille vir divina bonitate nobis obtigisset, ego existimo quod actum esset de patria nostra. Ideo optarem eum scripto aliquo publice ornari, vel ut librum aliquem ei dedicent. Haec tuae prudentiae committo. Sic ad D. *Safraniecz* etiam impetrabis literas, item ad D. *Cikovium*. D. *Bullingerus*, obsecro, scribat: multum enim ei tribuit. Denique D. *Zuparium* etiam opus est suis confirment literis. In his epistolis ut diligentia tua appareat, operam dato etc.

Consensus catholicus tam primitivae quam recentioris ecclesiae cui se tota ecclesia Dei Zatoriensis et Oswieczimensis ducatus in sua particulari synodo Cracoviae xvi Oct. A. D. 1562 celebrata fideliter adiungit. Cui etiam alii viri honesti, quorum inferius nomina exstant, subscripserunt.

Quum videamus passim vagari in istis regionibus homines turbulentos et penetrare domos fidelium, eosque a cultu Dei vero semel in ecclesia Dei recepto avertere, confessionem fidei orthodoxam, voces usitatas, seu modos loquendi rituales, ut D. Athanasius vocat, ad explicandum ministerium trinitatis

---

19) *Stan. Lutomirski tractus Pinczoviensis senior, vir egregiae nobilitatis.* (*Lub.* 133. *Sand.* 42.)

20) *Stanislaus Paclesius pastor Lublinensis fuit.* (*Sand. p.* 53.)

21) M. Czechovicius Polonus vel Lithuanus praeceptor et minister eccl. Vilnensis post pastor in Cuiavia et tandem Lublini. Vixit adhuc a. 1608. Opinione de trinitate reiecta Christi praexistentiam sec. Gonesii placita propugnavit, verum c. 1570 Racoviensium et Socini sententiam amplexus est. Novum Test. e graeco in polonicum transtulit c. annott. 1577. 4. (*Sand.* 50. *Lubien.* 170.)

22) *Lubien.* 153: Hist. de Iacobo Heraclide Basilico Despota principe Valachiae qui in Polonia degens et veritatem christianam amplexus a Lasco Lasocio et Philippovio principatui avito restitutus a subiectis 1567 interemptus est.

23) N. 3121. *Salig* II. 585. 667.

24) *Myscovium, v. supra.*

pie observandos immutare ac reiicere, et contra figmentis suis ac deliriis Arianicis imbuere: necesse est omnino nos non esse mutos canes, nisi velimus esse proditores ecclesiae Christi Domini. Ad excludenda ergo et damnanda omnia deliria et vanas speculationes istarum furiarum, confitemur alta voce et praedicamus, nos nihil prorsus velle in puritate doctrinae innovare, verum semel receptam confessionem, sicuti ab initio sumus in consortium filii Dei vocati, tueri ac defendere. Novimus enim tales mutationes ex spiritu Dei non esse, sed ex spiritu vertiginis. Nos per Dei gratiam in hoc articulo adorandae trinitatis nolumus deserere ecclesias sanctas, Germaniam, Helvetiam, Sabaudiam, Angliam, Galliam, Bohemiam et maiorem Poloniam inhabitantes, per quas propaga: ε lucem verbi Dei in hac ultima senecta mundi consilium Dei fuit: cum quibus arctissimam unionem colimus et semper colere decrevimus, furoribus autem istorum tanquam clypeum opponimus confessiones ex verbo Dei depromptas quae sic eo ordine recitabuntur.

Symbolum apostolicum: credo in unum Deum etc.[25])

Symbolum Constantinopolitanum in quo recitatur fides Nicaena: Credo etc.

Symbolum Athanasii: Quicunque etc. — Et in hoc symbolo continetur perspicua expositio symboli apostolici, unde Lutherus propugnaculum fidei apostolicae vocavit. Et qui non tenent hoc ipsum symbolum frustra gloriantur de symbolo apostolico.

Articuli qui Tiguri exhibentur omnibus noviter volentibus se adiungere ecclesiae: 1. Deus unus est natura et essentia etc.[26])

Ex reformatione ecclesiarum peregrinarum in Anglia quam conscripsit D. Ioannes *a Lasco*, iuxta quam inaugurantur omnes ministri in minori Polonia: *Interrogatio*: Credis igitur et patrem et filium et spiritum sanctum esse unum vivum atque aeternum Deum? *Respons.* Credo omnino, ita tamen ut in una atque eadem divinitatis haenade[27]) distinctionem prorsus trium personarum etiam discrimen agnoscam, iuxta quod videlicet in nomen et patris et filii et spiritus sancti baptizamur. *Interrog.* Quomodo vero in una eademque trinitatis exsistentia trinitas personarum agnosci potest? *Respons.* Quum scriptura expresse testatur Deut. vi. Marci xii. Esaiae xviii. unum duntaxat esse Deum, qui hanc gloriam nulli extra se alteri dari vult, et hanc ipsam unius Dei gloriam eadem scriptura etiam tribuat Deo et patri et filio et spiritui sancto. Ergo reducto in captivitatem omni rationis meae iudicio iuxta scripturas certo et indubitanter credo quod sit revera unus duntaxat, iuxta suam divinam exsistentiam, et trinus nihilominus iuxta personarum distinctionem Deus, nempe pater, filius et spiritus sanctus.

Confessio *Bezae* de trinitate Art. 1. Deum unum esse. Credimus unam esse divinam essentiam, quam Deum appellamus, non eo tantum quia rerum naturalium contemplatio et aspectus id nos docet, sed multo magis quoniam scriptura sacra nobis eius rei testis est. — Art. 2. Unum Deum tribus personis non dividi sed distingui. Scriptura sacra perspicue nos docet hanc divinam essentiam in tres personas vere esse distinctam, nempe patrem, filium, spiritum sanctum. Quae tres personae sunt unus Deus, aeternus, infinitus, et in se ipso perfectissimus. Suntque hae personae consubstantiales et coaeternae, absque ulla proprietatum aut relationum confusione. Itemque absque ulla inter se imparitate sive inaequalitate, sicut diffinit ecclesia ex Dei verbo contra Sabellium, Samosatenum, Arrium, Nestorium, Marcionem, Eutychetem, et reliquos eiusmodi haereticos, quorum furores toto corde exsecramur.

Ex confessione Pinczoviae a. 1561 impressa quam conscripserat D. *a Lasco* sub mortem suam et omnium tam nobilium quam ministrorum nomine invulgaverat: Postremo autem ut omnibus constare posset, nos cum restitutis omnibus per Germaniam, Helvetiam, Sabaudiam ecclesiis hac in parte prorsus consentire, visum universo coetui ut publice omnes testarentur se in ea *Stancari* controversia, cum D. *Melanchtone* et praedictis omnibus ecclesiis sentire, *Stancari* vero doctrinam eo loco a nobis haberi, quo loco ipse nostram haberet, idque ut palam fieret, exemplaria exordii illius famosi collecta pro templi foribus, redditis causis, in medio universi coetus exussimus, atque ita demum invocato Dei nomine et actis pro successu colloquii gratiis coetus in pace dissolutus est. In summa detestamur tam novas quam veteres haereses, et nominatim damnamus *Serveti, Gribaldi, Gonesii*, de trinitate, et Valentini *Gentilis* totam doctrinam: item Sabellii, *Stancari*. Paulum *Alciatum* et alios eiusdem monetae phanaticos detestamur.

25) *In singulis formulis plura verba descripta hic leguntur quam nos transscribenda duximus.*
26) Vide hos articulos in MSS. meis ad a. 1574. *Simler.*
27) *sic.*

3876.

LE SENAT DE GENÈVE A VIRET.

On le presse de revenir à son poste.[1])

3876 1) *Saepissime hoc anno de eius reditu in senatu actum fuit v. Reg. Sept.* 4. 10. *Nov.* 10. 15. 26. *et quae in annalibus passim occurrent. Cf. etiam N.* 3809. 3813.

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie.)

Proveu que le plus long terme qu'eusse demande leglise de Lyon est desia expire et que les choses ne vont pas si mal Dieu mercy que vostre [*presence*] y soyt fort requise mesmes quilz ne sont pas depourveus de gens, nous avons advise vous exorter par la presente de retourner jcy le plus tost quil vous sera possible. Car comme nous avons mieux ayme en leur necessite destre prives de vous, combien que ce ne fust pas sans regret, que de ne point secourir ceux desquelz le salut nous estoit pour recommande Aussi comme bien raison quilz ayent esgard a ce que nous ne demeurions pas tousiours deproveus. Vous scaves davantage comme nous avons este contraintz de renvoyer encor Monsieur *de beze* Ainsi jl y a desia passe longtemps que voz freres ont este charges plus que dordinaire nous vous prions doncques de remonstrer cecy a leglise de Lyon et ayant pris honeste conge vous mettre en chemin a ce que nous puissions jouyr de vous a nostre tour Ce quattendans nous prierons Dieu vous maintenir en sa saincte garde. Donne ce xij de novembre 1562.

3877.

PAULUS MINISTRIS TURICENSIBUS.

Stancarum notat et illis castigandum tradit, ipse tamen pro puritate doctrinae ex verbo Dei derivandae adeo ambigue loquitur et scholasticorum placita perhorrescit ut facile perspicias quid in mente habeat. [1])

(Exemplar authenticum cum subscriptione autographa exstat in Arch. Turic. Plut. VI. Vol 168, olim Scrin. C. Epp. Tom. 25 fol. 179; aliud manu I. Wolphii scriptum ibidem Vol. 116, olim Epp. Tom. IX. fol. 3601. — Simler. Vol. 105.)

Clarissimis viris D. Petro Martyri, Heinrycho Bullingero, Bernardino Ochino, ministris Christi fidelibus Tiguri fratribus in Domino colendis.

S. in Domino. Paulo ante tum publico nomine tum privato ad vos, fratres in Domino venerandi, literas dederam, quibus de Stancaricis turbis hic motis significavi, quin et libellum *Stancari* [2]) misi, ex quo ipsi diiudicare potestis eum nihil aliud spirare quam Sabellium Iudaeum de trinitate et Nestorium de mediatore. Plerique sunt qui eum de trinitate errare non agnoscunt, quin cum illo sentiunt: de mediatore vere volunt videri nobiscum pie sentire, verum hoc non vident, dementati eius praestigiis, ut qui cum illo unum caput amplectuntur reliqua quoque communia habere [3]) Accedit quod se vestro nomine tuentur et *Stancarum* vestro pallio tectum introducere annituntur, atque ita plerosque decipiunt miseros. Vestrum ergo erit ut *Stancarum* procul a se [4]) depellatis, eius Sabellianismum detegatis, et eos qui vos veluti auroram prodeuntem intuentur sublevetis, ne in eius casses incidant et illaqueantur. * Quidam etiam se contra nos sub vestro nomine armant, ut sanguinem nostrum fundant: vestrum omnino, quantum in vobis est, haec sedare, et quidem propere, ne sit mora multis bonis piisque noxia. Non dico ut sine bona deliberatione respondeatur, sed ne quid vos retineat ullus respectus hominum, vel gloria, vel aliquid tale, quod nos saepe a bono avertere solet. Scio a plerisque erratum esse in explicatione locorum multorum scripturae quos pro se isti *Stancari* discipuli trahunt. Sed nos meminerimus esse homines, solos prophetas, Christum, apostolos, sine omni exceptione coelestem et verissimam doctrinam habere, alios errare posse qui ab hoc fundamento recedunt. Quare etiam retractare non pigeat nec pudeat, si quid erratum est. Pluris sit nobis veritas Dei et gloria quam nostra fama, quae quoque nulla est, ubi Deus suum honorem non habet. Quod si etiam aliquos pudebit retractare sua, neque homines agnosci velint, non dubitent retractaturos esse alios, quemadmodum nos quoque scholasticorum nugas pedibus conculcavimus et patrum multa deliria abiecimus, cum eorum rubore transsubstantiationes cum aliis commentis ad inferos detrusimus. Hoc agent certe et alii in nostris scriptis, quae nos non expunxerimus vel notaverimus. Sunt certe multa in articulo de trinitate quae a sophistis et scholasticis recepta detinentur et defenduntur. Miror nobis non sufficere verbum Dei in articulo vitae aeternae, quum in omnibus aliis articulis sufficiat, verbo Dei solos * nos contentos dicimus, omnia in illo esse, nullo nos alio indigere. Interea nescio quid non arripimus ex scholasticorum doctrina, ut lucem apertissimam verbi Dei obtenebremus. Hic Deum essentialiter accipi, hic personaliter, et similia. Annon unus Deus est nobis, pater Domini nostri Iesu Christi? Annon unus filius Dei, i. e. Deus verus ex Deo vero, ut etiam filius hominis i. e. verus homo ex homine vero? Annon unus spiritus sanctus, qui utriusque spiritus est et Deus verus? — — — —

3877. 1) *cf. N.* 3857.
2) *N.* 3848. 3865.

3) *sic uterque codex. Simlerus emendat:* habeant. *Male. Error in particula:* ut *est.*
4) *ita iidem. Simlerus ex conj.* vobis.

Sed iam nolo plura, postquam vobis meum breve scriptum mitto quo refuto *Stancarum.*[5]) Illud iudicio vestro submitto, ita ut si quid melius ex verbo Dei proferatis, et me errantem revincatis verbo Dei, libenter sim cessurus vobis fratribus et patribus in Domino, per quos ad nos Dominus lucem veritatis suae transmisit. Interea moneo et hortor ut hic solius Dei gloriam intueamini, verbi Dei simplicitatem et puritatem, non hic intueamini quid aliqui scripserint et quam multa eos retractare oporteat. Humana sunt ista et non gloriae Dei sed hominum servientia. Non intueamini hostes, turbas. Ruat mundus, modo Dei sit gloria et filii Dei veritas quam tuemur. Pretiosior esse nobis debet unus apex verbi Dei quam totius mundi pax aut perditio. Per nomen Iesu Christi filii Dei vos obtestor, ne quid hic celetis, ne quid ambigue respondeatis: veritas sit nuda. Quod si vero vos ferre veritati testimonium detrectaveritis, aut obliquum tuleritis, dabit Dominus eos qui eius veritati subscribent. Vos vero cavete ne, qui nunc estis primi, postremi sitis, ne dissipet vos Dominus et nomen sanctum suum obliteret inter vos, et in opprobrium vos statuat gentibus, quod fecit antea Iudaeis, postea papistis et aliis. Iam hoc celari non potest vel contegi ullo modo: veritas iam, et quidem nuda, ab omnibus quaeritur. Iam spectat res ad dissidia et sanguinem. Cavete ne ullius sanguinis fundendi, confirmando adversarios veritatis, sitis rei: sanguis enim fusus clamabit in coelos.

Valete, fratres in Domino honorandi. Quae scribo, Deus testis est, ex vestri studio et observantia facio. Amo enim vos, revereor, admiror: si quid plus liceret, facerem. Quare nihil de me suspicemini sinistri, rogo. Omnia enim quae intus sunt descripsi et nunc et ante, et nihil hic prae oculis habeo quam Dei gloriam. Dominus vobis benedicat, vos servet in gloriam suam et fortiores indies reddat veritati suae defendendae. Amen. Cracoviae 17. Novembris Anno 1562.

Frater in Domino totus ex animo
Gregorius Paulus
minister Cracoviensis.

---

5) *Sandius p.* 43 *laudat Epistolam ad Bullingerum in qua sententiam suam de praerogativa Dei patris contra Stancarum proponit* 1562, *et quidem manu scriptam, ita ut de hac nostra cogitandum esse vero simillimum sit.*

3878.

SARNICIUS BULLINGERO.

Denuo queritur de Antitrinitariis, Trecium in Poloniam revocat, literas ad proceres scribendas flagitat, Gregorii Pauli schedam transmittit.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Scrin. O. Epp. Tom. 25, fol. 173. — Simler Vol. 105.)

Doctrina et pietate praestantissimo viro Henrycho Bullingero, fidelissimo et constantissimo veri cultus Dei apud Tigurinos instauratori domino et fratri mihi reverenter colendo.
cito, cito, cito, fideliter.

Gratiam et pacem per Iesum Christum et salutem plurimam. Misi, credo, binas literas superioribus ad te, vir clarissime, quibus curavi omnia quae hic aguntur vobis describere. Quae si sunt ad te perlatae, non dubito vos omnia exacte intellexisse, et quibus itineribus diabolus ad expugnandam ecclesiam progrediatur facile videre potuisse. Si autem sunt suppressae, opera istorum novorum apostolorum id factum esse arbitror. Sunt enim mirabiles dolobellae, * et nihil absque dolis agitur. Quo autem certiores sitis, ea quae ad *Trecium* scripsi ita se habere, mitto iam nunc hanc schedam, in qua omnia evomuit *Gregorius* et evulgavit. Dico autem eum omnia evulgasse ea quae ex re ipsorum, hoc praesertim tempore, evulganda et in vulgus spargenda putarunt. Nam eorum quae in sinu suo occultant monstrorum nullus est finis. Per nomen Dei rogamus et obtestamur, ut *Trecius* quam primum ad nos redeat, sed instructus a vobis: cui etiam literas ad eos viros, qui sunt hic alicuius momenti tradite. Sed quia retroactis temporibus de omnibus istis rebus diffuse satis et luculenter perscripsimus, proinde nunc pluribus persequi non video esse operae pretium. Oro autem Dominum Deum ut vos sanos et incolumes in gloriam nominis sui sanctissimi conservet. Datum Cracoviae 19. Novembris anno Domini 1562.

Stanislas Sarnicius
verbi Dei minister deditissimus frater.

3879.

BULLINGERUS CALVINO.

Vermilii mors, Brentii commenta, Tridentinorum consilia secreta, Rotomagus capta, Calvini dubia valetudo, omnia tristia et minis plena.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117b, olim Scrin. C. Epp. Tom. II. fol. 477. — Simler Vol. 106.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori domino meo colendo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Fama, opinor, attulit ad vos virum sanctissimum et doctissimum *Martyrem* nostrum migrasse ad Dominum. [1]) Sum alias moeroribus tantum non confectus, et tamen doloribus meis hic omnium maximus accidit et opprimit fere. Fuit hic vir incomparabilis et mortalium mihi carissimus. Iacturam in eo fecit non modo nostra sed universalis ecclesia irreparabilem prope. Multa ille mecum contulit dum decumberet. Vix viii dies decubuit. [2]) Morbus oppresserat ipsum mox ab initio: sed animo fuit intrepido, fide sincerissima et robustissima. Sedens in sella migravit Novembris 12 hora pomeridiana tertia aut paulo post. Doluit ei quod *Brentio* respondere non potuit, sed hanc quoque rem commisit Domino. [3])

Ego pergo illi respondere prout possum. [4]) Vellem etiam alios viros bonos se foedis eius opponere erroribus. Negat coelum esse locum, contendit esse ubique. Affirmat Christum in ipsa conceptione fuisse mox glorificatum, ac Christi corpus gloria sic evectum supra creaturam ut iam non sit in ullo loco, sed simul ubique, perinde ut divinitas. Ad *Schuenckfeldii* dogma prorsus accedit. Comminiscitur mirificas regulas, quum torquet scripturas, et humanitatem Christi non minus obscurat quam *Servetus* divinitatem. Dominus misereatur eius et reddat ei oculos.

Vicini nostri mira cum patribus Tridentinis consilia tractant. Aiunt et *Lotharingium* venisse Tridentum. [5]) Dubium non est quin arma nobis inferenda sint quam primum conclusum fuerit in concilio, nisi malimus decreta istius adorare. Vehementiores et celeriores erunt si adversa pars vicerit in Gallia. Magno cum dolore audimus Rothomagum esse captum [6]) et tantam editam stragem piorum. Mirantur omnes quid Angli faciant et Germani. Vana est spes quae figitur in hominibus. Speremus in Dominum et indefessis precibus petamus auxilium eius. Utut suos sinat opprimi, aderit tamen nobis in tempore.

Diu nullas a tua humanitate literas accepi. Quae tu non scribis de rebus gallicis nescio. Apud nos duntaxat sparguntur funesta, maxime a vicinis quinquepagicis, qui iactant se subinde literas accipere de suorum victoriis. Ego semper meliora spero et certa a te audire cupio. Utinam nobis restitutus sis, ne tua morte moerorem nobis conduplices et intolerabilem reddas. Vale cum omnibus piis, cum *Ionvillaeo*, *Budaeo* et caeteris. Ubi est *Beza* noster? [7]) Dominus protegat illum et benedicat ei. Tiguri 22. Novembris 1562. Heri completus est annus quo *Martyr* noster rediit ex Gallia. Salutant te fratres. Orate pro nobis. Non relegi.

Tuus Bullingerus.

3879. 1) *Iam inde a reditu ex Gallia stomacho laborabat. Nonis Nov. vero subito epidemia quadam tum Turici grassante correptus statim supremum diem approquinquantem sensit et a. d. III. Id. testamentum condidit. Natus erat a. d. VI. Id. Sept.* 1500. *Superstes ei fuit vidua, cui nata est filia posthuma prid. Non. Mart.* 1563. *Bibliothecam et manuscripta sua amico suo Santerentiano testamento tradita a.* 1565 *Genevensis magistratus redemit. Cf. Senebier hist. litt. de G.* I. 60; *Besae Icones* 1580 *p.* 11; *Schmidt. Verm.* 289. *Ios. Simler, oratio de vita et obitu D. P. Martyris. Tur.* 1562. 4: Fuit iam ante valetudine tenui et infirma, quum ob affectam iam aetatem, tum quod curae et sollicitudines variae, et praesertim magni dolores quos ex afflicto statu eccl. Gallicae accipiebat, vires eius sensim consumerent . . . . Oculos morienti compressit Bullingerus eumque sepulcrali veste induit et amicus homini amicissimo ultimum hoc pietatis officium praestitit.

2) *Sic omnino legendum. Siglum numeri quum ipsi Bullingero difficile lectu videretur etiam per literas;* octo *adscripsit. Duplicem numerum non intelligens Simlerus scripsit:* ante octo.

3) Et huic quidam se libenter et ex animo ignoscere dicebat, optasse tamen, si ita Deo visum fuisset, illi respondere, quum infirmiorum causa, tum ut falsissimas contra se calumnias refutaret (*Simler*).

4) *N.* 3865.

5) *Idibus Nov. advenit cum* 40 *episcopis et doctoribus et ad portas urbis obvios habuit legatos papae et principum* (*Thuan.* III. 265.)

6) *N.* 3872.

7) *Argentoratum ierat ad Andelotum et cum eo Baccaratum, postea Aureliam postr. Non. Nov.* (*Hist. eccl.* 186) *ubi de tristi fato Rotomagi certiores facti sunt. Quae deinceps evenerunt leges ab ipso Calvino scripta infra ad* 14. *Dec. et ap. Baum.* II. 669 *ss.*

3880.

CASTELLIO INCERTO. [1])

De persequutione haereticorum sententiam suam a sueta praxi alienam exponit.

(Illustrium et clarorum virorum epistolae selectiores vel a Belgis vel ad Belgas scriptae ed. Bertius. L. B. 1617. 8. Centuria prior N. 70. p. 364.)

Sebastianus Castellio N. amico Belgae S.

Quod istic sic passim saevitur in Anabaptistas doleo et persequutoribus sanam mentem opto, non quod erroribus faveam Anabaptistarum, sed quod et ipsi persequutores et erroribus non minus, credo, gravioribus et sceleribus laborant gravissimis: et si neutrum esset et caetera abessent, vel hic error et hoc scelus esset quovis Anabaptistarum errore gravius quod homines ob religionem interficiunt et putant interficiendos. Nam omnino hic persequutionis spiritus alienus est a Christi spiritu, et qui eo impelluntur nesciunt cuius sint spiritus. Et tu frater cave, per Deum te quaeso, cave ne te vel imprudens ulla persequutionis societate contamines. Non ego de sententia tua loquor quam ab istis persequutionibus abhorrere mihi persuasum est: sed de eventu qui vel invito te consequitur tuas cum Anabaptistis disputationes. Audivi enim eos a te in gratiam Principis advocato refelli, deinde quum refutati tamen in sententia perseverent puniri. Si ita est malim te in ipsis principum erroribus et peccatis castigandis et refellendis occupari, quibus eos scatere non ignoras, eisque hoc primum omnium persuadere, non esse homines ob religionem interficiendos. Ita demum liceret nullo Anabaptistarum (non dicam enim principum) periculo disputare. Nunc dum principibus illo errore infectis refellis Anabaptistas, idque ab ipsis principibus advocatus, ut quos volens refellis iisdem nolens noceas neque ipsis principibus quidquam prosis (neque enim redduntur profecto tua de alienis erroribus disputatione meliores, sed duntaxat in suo iniusto facto, ne quid dicam asperius, confirmatiores) sanctius esset Deoque acceptius te tuo periculo principibus refellendis operam dare, quam ex tuto disputantem miserorum miseriam augere. Neque vero errores refellendos esse nego, sed sic refellendos non iudico.

Haec a me benevole amiceque dici non dubitas. Movet me et illorum miseria et tuum periculum. Scis quid saepe audiente me dixeris: Ne nos inducas in tentationem. Callidus est Satan et paulatim trahit quoscunque potest in societatem sanguinis a qua nos ita procul abesse debemus ut vel a veste abhorreamus sanguine polluta. Denique ut officii nostri quid sit sciamus, sic cogitemus: Quid faceret Iesus si hic esset? Et statim responsum in animis nostris audiemus.

De Gallia nihil nisi meros furores audimus. Rhotomagum captum esse fama est et utrinque cecidisse plurimos, et expugnata urbe ita esse saevitum in oppidanos, ut matres quo hostium manus evitarent, seque suosque natos in flumen demergerent. Denique tota Gallia nihil miserius cogitari potest. Vae autoribus, vae sanguinariis, vae incendiariis et principum instigatoribus. Hi sunt fructus doctrinae de persequendis haereticis. Amarunt sanguinem, et sanguinem, o iuste iudex coelestis, eis dedisti.

Sed finem faciam, nam nihil proficio: tantum iustissimum meum dolorem in fidelissimi optimique amici sinum effundo. xxiii. Novembr. MDLXII.

Seb. Castellio.

3880. 1) *amico Belgae ut habet impressum.*

3881.

VATELLUS CALVINO.

Mombelgardensia. [1])

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 198.)

[*P*]io et erudito viro fidelique Christi servo D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori vigilantissimo patri meo in Domino carissimo ac venerando.

S. P. Pater in Christo carissime et venerande. Quod noti tibi veritatis hostes adversus sanam et orthodoxam de aeterna Dei praedestinatione doctrinam [2]) cuniculis et fraudulentis artibus ac technis in hac ecclesia antehac struebant ac moliebantur, id ipsum iidem illi hodierno die omni pudore deposito aperto marte struunt ac moliuntur. Istorum enim os tandem aliquando ex abundantia cordis sic est loquutum ut insidiae omnes pateant et diu occultatum ὑποκρίσεως virus ante omnium oculos allatum sit et statutum. Obstupui certe initio non minus quam si cornua e capite meo nata essent. Nunquam enim putassem hypocritarum rabiem eo evasuram impu-

3881. 1) *cf. N.* 3853.

2) *Haec quoque ostendunt comitatum Monsbelgardensem ad Lutheranismum pertrahere tutoribus principis propositum fuisse.*

dentiae ut tam aperte saevirent. Sed tamen Deo volenti ita accidit. Dictitant quidem suo more se insciis omnia gesta esse, ut se culpa carere vulgi auribus persuadeant. Sed surdis (quod aiunt) fabulam canunt. Nam *Tossanum* huius tragoediae choragum èsse iam est in ore omni populo.[3])

Mitto ad te tumultuariam apologiam supremo senatui a me exhibitam in qua legere poteris totius tragici impetus doctrinae causa in me facti progressum et ordinem. Mitto etiam farraginem quae hinc in Germaniam composito missa et e Germania huc remissa veluti fecialis bellum indicens fuit. Statim autem atque in medium prodiit, apertas insidias mihi strui, et in ministerii mei abdicationem ex professo incumbi subolfeci. Nam sciebam farraginem illam sex circiter abhinc annis,[4]) quum adhuc fiebam consiliorum *Tossani* particeps, in eum finem collectam et conscriptam fuisse, ut ministris omnibus, tanquam e Germania missa, approbanda et subsignanda proponeretur, ut, si eam approbarent et subsignarent, fraenarentur et os tantum semiapertum haberent: sin minus, abigerentur. Ego decipulum ignorantiae meae tempore saepius manu mea descripsi et probavi. Errabam, fateor. Quid vero? Tandem erroris mei poenas merito dedi. Nam aucupes negotium mihi facessere studentes illud idem decipulum, ut me si possent caperent, mihi tetenderunt, atque ita perplexum et anxium aliquamdiu reddiderunt. Laus tamen sit Domino Deo, qui non passus est adhuc me capi, ut ex illa mea apologia discere licebit.

Mitto insuper ad farraginem illam meam extemporaneam responsionem, qua praesertim significo me non passurum fraenum mihi iniici, quasi histrionum more id tantum loqui debeam apud populum quod in aurem mihi ab homine aliquo infundetur. Nolui cum *Luthero, Melanthone* et aliis manum conserere, sed ad prudentiae tuae exemplum me componens, quod de *Melanthone* in praefatione in locos illius communes scripsisti,[5]) id de omnibus pluraliter loquens scripsi.

Si quid interea egerim quod agendum non fuerat, aut non egerim quod fuerat agendum, denique si tacenda dixerim aut dicenda tacuerim, oro te ex animo ut illud mihi significes, quo mature et primo quoque tempore omni malo (si quod est) remedium adhibeatur. Ego hactenus tanta cum modestia et prudentia, divina opitulante gratia, veram eamque integram de praedestinationis doctrina veritatem proposui, ut satis demonstraverim, me nihil aliud quam Dei gloriam et ecclesiae aedificationem quaerere. Nam usum doctrinae semper addidi, et eiusdem utilitates potissimum quatuor, de quibus tu sub initium operis adversus Pighium et alibi, in medium adduxi. Unde factum arbitror ut in hac tragoedia nemo me de praedestinatione disserentem audire voluerit. Sed tamen scis rem mihi esse cum callidissimis hostibus (de iis loquor qui frigidam suffundunt, non de iudicibus). Itaque non dubito quin omnem moturi sint lapidem ut me si possint abigant. Nunc itaque vide, obsecro, mi pater, hoc si consequuti fuerint, quidnam agendum mihi erit: an protinus cedendum et hinc migrandum, an ad principes dominos tutores eorumque theologos provocandum. Ut quod in animo habeo vere et sine fuco aperiam, sic Dominus sua benignitate affectus meos temperat ut sim in utrumque paratus, seu remanere, seu migrare. Quod si utrum malim ex animo dicendum esset, faterer ingenue me cupidiorem esse migrandi quam remanendi. Si tamen provocando veritatis negotium et Dei gloriam promovere ecclesiaeque amplius prodesse possem, nullis laboribus aut sumptibus hoc unum praestandi gratia parcere vellem. Habes D. *Sulcerum*[6]) Basileae et alios in Germania amicos et nominis tui studiosos, qui hac in re aliquid fortasse possent efficere. Praefectus seu Ballivus noster, Pancratius *de Roust*, *Tossano* totus addictns, vir est simplex et meo quidem iudicio bonus, qui D. *Sulcerum* plurimi facit. Si itaque D. *Sulcerus* ad illum hoc de negotio scriberet, posset fortasse oculos homini aperire. Quod si semel contingeret, non dubito quin hic res omnes melius in posterum iturae essent atque hactenus. Ita quidem mihi videtur. Facies quod rectissimum esse iudicabis et quam optimum poteris consilium mihi dabis. Si ad D. *Sulcerum* scribere velles, commode id per hunc tabellarium nostrum facere posses. Nam eundem Basileam mitterem, sicque literas tuas primo quoque tempore reddendas curarem.

Aliud est in quo tuo quoque consilio egeo. Dubito enim quibus conditionibus debeam ad intermissum ministerii munus redire, si forte suspensio nulla declaretur rursusque verbum Dei et sacramenta administrandi potestas mihi fiat. Itaque doce me, obsecro, quanam ratione autoritas de meo illo ministerio detracta quam optime reponi poterit. Insuper vereor ne novum aliud decipulum mihi obtendatur, nempe *Brentii* catechismus, qui in linguam nostram magistratus iussu ab uno symmystarum

3) *Hunc tamen non purum putum Lutheranum fuisse ex eo patet quod munere abdicatus fuit a.* 1571 *quia Concordiae subscribere resüsavit.*

4) *Ergo iam a.* 1556 *ante mortem Comitis Georgii munere suo fungebatur, scil. ab huius consiliis mediam quandam viam persequentibus non abhorrens.*

5) *in praefatione ad versionem gallicam* 1551.

6) *Vide sequentem.*

nostrorum conversus est ut excudatur.[7]) Laudo quidem *Brentium* in apologia mea, et illius scripta me plurimi facere affirmo: et vere affirmo, nam plurimi illa facio. Nunc timeo ne meum de toto illius catechismo iudicium requiratur. Scio autem illum de ascensu Christi in coelum nobiscum non sentire. Ita enim in suo illo catechismo ait: Non est sentiendum quod Christus sic ascenderit in coelum ut commoretur in hoc externo et visibili coelo et habitet ibi localiter. Dicit enim Paulus Eph. 4: Ascendit super omnes coelos ut impleret omnia, videlicet tam supera quam infera. Haec ille, quae ubiquitatem statuunt. Ex te nunc scire velim rationem, si quam nosti, qua hinc salva mea conscientia me evolvere possim, repulsis et confusis si qua fieri potest captationibus.

Multi hic sunt symmystae mei qui idem mecum prorsus de omnibus doctrinae articulis et locis sentiunt,[8]) qui tamen in oculis suis passi sunt me concuti, agitari, et tandem damnari, nec interea quisquam illorum vel mutire vel hiscere visus est. Nunc a me petunt quidnam agere debeant. Remitto illos ad suam conscientiam, nec de eo quod me deseruerint cum illis expostulo. Non desunt tamen qui illos perfidiae insimulent. Unde fit ut eosdem illos suae pusillanimitatis tandem aliquando pudeat ac poeniteat. Si consilium habes cuius ductu quod imprudentia et pusillanimitate peccarunt sarcire possint, rogo te ut illud nobis des. Sic enim corde compungi mihi videntur, ut illorum vicem non possim non dolere. Non equidem existimo illos diu tacituros, sed cuperem nihil ab illis attentari quod provisae et prospectae ecclesiae aedificationi non serviat.

Quotquot hic sunt Galli iniuriam confessioni gallicanarum ecclesiarum et suae omnium illatam gravissime ferunt. Plerique ideo illorum a concionibus abstinent, etiamsi ea lege in urbem sint recepti ut conciones frequentare debeant. Hic ego turbis et scandalis occurrere studens hoc illis dissuadere quibus potui modis sum conatus, saepeque citavi locum: Quae dicunt facite, adduxique exemplum tui, qui semel Geneva iniustissime pulsus Genevenses literis saepe literis hortabaris ut suos concionatores audirent, quanquam ventres essent qui messi alienae falcem admovebant. Sed frustra laboravi. Fateor equidem rem eandem prorsus non esse. Istic enim de disciplina, ut opinor, hic autem de doctrina agitur. Sed tamen ita agitur ut adversarii publice nihil dicant quod verbo Dei repugnet. Nisi quod consilii Dei partem subticent et subticendam iudicant quum de reprobandi consilio ne verbum quidem a quoquam fieri pati possunt. Ad haec licet ministerium meum pendeat, quia cum ecclesiis gallicanis de praedestinatione sentire me dixerim, non tamen inde colligendum est, gallicanarum ecclesiarum confessionem hic condemnatam esse, quum in illam, imo neque in me, ulla adhuc finalis sententia sit lata. Itaque, ut ad Gallos nostros revertar, dispice quaeso num bene agant nec ne conciones non adeundo, ut si peccant mature id resciscant et peccatum agnoscant. Nam expellentur omnes nisi ab incepto destiterint.

Haec sunt in quibus opera tua et consilio plurimum egeo, de quibus idcirco audacius ad te scripsi, quia certo scio te mihi non defuturum, sed quantum poteris auxilium laturum. D. *Quadratus*,[9]) consiliarius et tabellio Mirecurtensis, plurimam tibi salutem dicit per Iesum Christum Dominum nostrum. Si quid nunciorum bonorum de rebus Galliae audiveris, fac nos si placet participes inque tuis ad Deum precibus commendatos habeas, Dominus Deus spiritu suo sancto te perpetuo regat et corroboret, ecclesiaeque tuae incolumem quam diutissime conservet per unigenitum filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, cui benedictio honor gloria et potestas in aeternum. Amen, amen. Dabat Mombelgardi Calendis Decembris

Tuus omnino obediens filius
Matthaeus Vatellus Christi servus.

7) Catechismus pia et utili explicatione illustratus Io. Brentio autore. Frcf. 1552. 4. *De hac versione eiusque usu in ditione Mombelgardensi nobis aliunde non constat.*

8) *Praeter quatuor illos qui olim dimissi fuerant et de quibus toties in epp. Farelli querimonias anti-Tossanas legisti nominantur Io. Thelusson Lugdunensis v. d. m. in Blamont, et Andreas Floret qui postea Calvinistis adscribebantur* (*Goguel p.* 66).

9) N. 2859. 3280.

3882.

CALVINUS SULZERO.

Excusato diuturniore silentio Galliae statum ancipitem imo deploratum deflet et acerrime in Tossanum invehitur.

(Ionvillaei manu scripta et a Calvino correcta exstat in Cod. Genev. 107a, fol. 259; Turretinus habet in Cod. 108, fol. 144, Bernae reperitur in Tom. VI. epp. p. 1103 et ap. Simlerum Vol. 106. Inscriptio in fronte adest nulla, ad calcem Calvinus propria manu adiecit: *Sulcero.* Vers. angl. IV. 280.)

Si rarius ad te scribo quam velles cessationi meae dabis veniam, eximie vir et venerande frater.

Nam et moeror constrictum me tenet, ut segnis sim ad omne officii genus, nisi quum urget necessitas et quasi invitum trahit, et in rebus adeo turbatis quae dubia sunt piget scribere, ne mox cum pudore sit retractandum quod verum esse credideram. Non enim credas quanta sit mentiendi licentia. Quare ex taedio iam fere hebetudinem contraxi, ut nullis rumoribus movear. Iam vero sex mensibus itinera sic fuerunt occlusa ut nihil certi perferatur. Hodie quid agant nostri proceres nescimus, nisi quod circiter finem proximi mensis adhuc erant Corbelii. [1]) Oppidum est exiguum nec valde munitum, Lutetia distat quatuor tantum horarum itinere. Fecerat loci opportunitas ut hostes modis omnibus illud retinere contenderent, quia ponte intercluditur transitus annonae quae ex Burgundia advehitur. Itaque sedem illam occupaverat *Santandreanus* [2]) cum valido praesidio: sed ante expugnationem aufugit. Regina ad solitas pacificandi artes redierat. [3]) Nostri vero nimis erunt hebetes si toties fallacibus blanditiis decepti rursus se in plagas coniiciant. Eorum legati humaniter excepti sunt a Caesare, eius filio et Electoribus, sed responsum non datur. De Turca quod apud vos sparsum est suspicor vanum esse, nam certe verbum in suis literis fecisset alter ex legatis, cui familiariter aperiunt principes quae nostra scire interest. Regina Angliae [4]) nimis liberaliter sua auxilia iactavit: eius vanitate perditum fuit Rotomagum. Dux *Nemorsus* inducias pepigit cum Barone *Adressio* [5]) quae iam finitae sunt. Quia praefectus Lugdunensis aegrotabat, petiit eius colloquium: negatum est. Lugduni quies, sed nummorum penuria. Literae tuae quum e suggestu descenderem mihi redditae sunt. Iam Dani aliunde sciverant, non fore sibi commodum apud nos hospitium. Quum ergo dicerent se cras reversuros, longa excusatione opus non fuit et certe urbs miseris exsulibus magis quam antehac unquam referta est. Confluunt turmatim fortunis omnibus exuti, multi orbi, multae viduae. In his angustiis non facile hominibus linguae alienae reperitur conditio. Verum antequam verbum facerent, statuerant usque ad Pascha Basileae manere.

Nunc transeo ad aliud argumentum. Saepe de scelerata perfidia et crudelitate Petri *Tossani* admonitus iudicium suspendere maluisti quam de opinione semel concepta discedere. Et ille crocodilus miris ad fallendum blanditiis pollet. Nunc collegam suum [6]) novis insidiis adortus effecit ut a suo munere ad tempus supersedere iussus sit. Nolo in re manifesta longam disceptationem ingredi. Agitur de praedestinationis doctrina ad cuius abiurationem cogere bonum virum voluit. Quid iam Christi causam tibi commendem? Ne tamen suspiceris aliquid temere elapsum esse quod offensionem pareret, videbis ex tota actione nimis fuisse verecundum, qui tumultuose ab illo piorum omnium hoste impetitur. Doctum et pium virum nobis conniventibus indigne vexari minime convenit. Quia vero opitulandi ratio mihi nulla est, fidem tuam imploro. Apud Balivum vel praefectum rara gratia et autoritate polles. Eum quamvis *Tossanus* suis praestigiis fascinaverit, nullo tamen negotio in viam reduces. Nolo ut te ingeras in obscurum certamen. Fratrem hortatus sum ut actionem suam ad te deferret. Re probe perspecta pro tua aequitate et prudentia iudicabis quid factu sit opus. Saltem hoc abs te impetrare cupio ut praefectum mansuefacias, quanquam longius progressurum confido, ut vir alioqui cordatus piae iustaeque causae patrocinium ultro suscipiat. Audio enim nonnisi errore peccare ut tantum docendus sit. Ergo si serio adlabores, non dubitamus de prospero exitu. Vale, optime et ex animo mihi colende frater.

Nova lugendi materia ex morte *Petri Martyris* accessit. *Beza* noster in castris est. *Ribittus* ante sex menses Aureliam profectus est, ascitus illuc ad docendi munus. [7]) Dominus te servet incolumem, magisque et magis suis donis locupletet. Collegae mei te plurimum salutant. Genevae 8° Idus Decembris 1562.

3882. 1) *Condaeus receptis Andelotii copiis et reliquiis exercitus a Montlucio in Aquitania fusi cum* 8000 *peditibus et* 6000 *equitibus Aurelia relicta d.* 7. *Nov. Lutetiam contendit et captis oppidis Pithiviers et Etampes d.* 16. *Nov. ad Corbelium castra posuit ut Sequanae transitum sibi commodaret. Ibi plures dies cunctatus cum Regina tractando transegit, scil. fratre mortuo proximus reipublicae capessendae. Demum d.* 28 *Lutetiam usque progressus est.* (*Hist. eccl.* II. 190 *sqq.*)

2) *Maréchal de St. André.* (*Hist. eccl.* II. 191.)

3) *Vide ibid.* 193 *sqq. Guisiani et legatus Hispanus impediebant quominus aliquid perficeretur.* Cependant le Parlement condamna l'Amiral et Andelot d'avoir les testes tranchees en effigie comme criminels de lese maiesté, ce que toutesfois ils n'oserent executer.

4) *Triumviri Anglorum adventum metuentes neglecta Aurelia Rotomagum contenderunt, urbem minus munitam, qua potiti tractum maritimum facilius defendere poterant.*

5) *Adressius aegre ferens Soubisium ipsi praepositum inde a medio mense Nov. clam cum Nemorso paciscebatur, et induciis factis copias ex Delphinatu retraxit. Verum huius provinciae status eum ut proditorem d.* 10. *Ian.* 1563 *in vincula coniecerunt ex quibus pace mox sancita liberatus fuit. Postea denuo ad pontificios transiit.* (*Hist. eccl.* III. 233. 290. *sqq. Arnaud* I. 163 *sqq.*)

6) *Vatellum N.* 3881.

7) *Reg. du Cons.* 19. *Ian.* 1562. *cf. N.* 3673.

3883.

BOQUINUS CALVINO.

Heidelbergenses Vesaliensibus rogati consilium exhibent de formula quadam nuper a magistratu iis imposita.

(Ex apographo Cod. Paris. Dupuy 102, fol. 177.)

Singularis pietatis atque eruditionis viro D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori vigilantissimo.

Genevae.

Quae est apud Vesalienses peregrinorum ecclesia miserat ad nos nundinis superioribus formulam quandam confessionis, concinnatam, ut creditur, a quibusdam qui istic sunt Heshusianarum partium,[1]) quorum autoritas numerusque est tantus ut persuadere potuerint magistratui eam esse obtrudendam peregrinis, ut sua subscriptione approbent, alioqui sciant se urbe pulsum iri. Mittebant autem illi eam formulam ut nostram sententiam consiliumque exponeremus, quo quid ipsis in ea re facto esset opus certius scirent. Quo vero rectius consulere possemus aliquid quod e re ipsorum esset, simul nos commonefaciebant de civitatis illius statu et adversariorum suorum consilio. Civitatis porro status is esse dicitur: Consulem habet virum pium, doctum, nobilem, et cum peregrinis in doctrina consentientem, ac ideo ipsis amicum et faventem.[2]) Verum senatores is habet multos ea in re ab ipso plurimum dissentientes. Ministros ecclesiae habet civitas quatuor in totum:[3]) unum Iuliacensis, reliquos civitas constituit. Ille ex professo nostris adversatur, isti contra eis assentiuntur, et inter hos unus aperte doctrinam nostram defendit. Ad consilium adversariorum quod attinet, hoc esse creditur, ut peregrinos quo iure quave iniuria excludant. Nam metuere videntur ne quid tale atque vicinis Bremensibus ipsis accidat. In eum finem indicatur concinnata esse haec formula ambigua obscura dura atque ad illaqueandos ipsos composita. Ministri illi minime mali, dum isti malo occurrere cupiunt, locis durioribus interpretationem adhibent, neque a verbis formulae omnino alienam, neque a nostra doctrina dissentientem: et id quidem illorum quidam pro concione facere solent, velut articulo de baptismo, aiunt, damnari sacramenti contemptores, alios a salute minime excludi. Locum de Petro et Iuda in articulo de coena temperant interpretatione verbi *distribuitur* quo significari aiunt, corpus ex aequo utrisque offerri, nempe fidentibus et incredulis. Quod paulo post damnantur qui Christi corpus solum spiritaliter sumi asserunt, intelligi volunt de iis qui nuda cogitatione istud fieri dictitant et sacramentum pro nihilo ducunt. Quod postremo loco positum est in eodem articulo ad eos referunt qui ex ascensione in coelum absentiam a coena conficiunt. Absolutionem ad disciplinam pertinere volunt. Demum voce sacramentariorum damnari aiunt eos qui sacramenta vel repudiant vel contemnunt nudaque signa faciunt. Talibus interpretamentis boni isti ministri conantur mollire duritiem illam, ne ecclesia ab ea formula abhorreat et subscribere detrectet. Et nos quidem principio, dum rationem habebamus afflictionum quas pertulit ea ecclesia multum ac diu hactenus iactata, et calamitatum quae adhuc eam manent, si cedere urbe illa cogatur in tristissimis istis temporibus, suadebamus etiam, plerisque viris piis ac bonis nos hortantibus, ut formulae subscriberet, ea lege ut magistratus adscriberet interpretationem ex scripturis sacris petitam ei adhibendam esse. Verum ne hoc quidem placuit senatui urbis, quae multorum est pervicacia. Itaque secundo nostrum consilium petivere missis in eam rem duobus viris bonis qui monuerunt ut, quando formulam velut suspectam nequaquam simpliciter accipiendam iudicamus, ostenderemus formulae verba non id sonare quod ministri dicunt, sed sensum gignere cum pia sanaque doctrina pugnantem, id quod fecimus ego et collegae mei qua potuimus fide et diligentia, quantum res postulare nobis videbatur. Monuimus tamen fratres ut, prius quam istas rationes proferrent, tentarent an senatui satisfieri posset subscriptione in Augustanam confessionem, quae nobis ratio compendiosior esse visa est ac minus invidiosa. Quod si ea via placari senatus nequeat, consuluimus ut scriptum proferrent nostrum, quo isti intelligerent eos non temere detrectare ipsorum imperium. Ista ut tibi exponerem monuerunt collegae mei, et qui a Vesaliensibus missi fuerunt me rogarunt, quo plenius rem totam intelligeres et pro tua singulari eruditione atque pietate in summa anxietate constitutis consuleres: id quod te factu-

---

3883. 1) *Notatur hic maxime primus consul Didericus Groen Heshusii affinis* (*N.* 3711), *cui hic dicaverat librum suum* Von der Gegenwart des Leibs Christi im Abendmahl 1561. *Ipse a. d. IV. Cal. Nov.* 1561 *novam confessionem promulgandam curavit pro puriore Lutheranismo, quae coetui Gallorum imponeretur, et quam Marbachius m. Oct.* 1562 *approbavit. Galli negata subscriptione a. d. XIII. Cal. Mart.* 1562 *Hyperium et Heidelbergenses theologos adierunt quorum consilium sibi expetebant: Hi omnes talem confessionem recipi non posse declararunt* (*Wolters, Ref. v. Wesel* 236 *sq.* 456). *De ipso consule, olim Melanchthonis hospitio uso dum Wittebergae iurisprudentiae operam navabat, v. ibid.* 139 *et passim.*

2) *Haec iam aliter sonant.*

3) *Erant Tho. Plateanus, Rollius, Iman, et Io. Heitfeld qui et Pabst dicebatur. Quorum primus Heshusii armiger erat, caeteri mitiores, ultimus postea primas egit in urbe ad Calvinismum traducenda.*

rum non dubitamus, quantumvis te et plurimis et gravissimis negotiis distrahi potius quam occupari non nesciamus. Caeterum te etiam obiter monendum duximus, nos certiores esse factos, *Heshusium* rursum esse Magdeburgo pulsum,[4]) idque multo durius et cum maiore probro quam Heidelberga. Causam esse aiunt seditiosas conciones et occulta consilia eodem pertinentia. Respondi homini pro mea mediocritate, sed mihi deest typographus. Nostra et schola et ecclesia non omnino habent male, verum non ita bene atque optamus. Deum opt. max. precamur ut tibi per suum spiritum adesse velit et te corroborare adversus tot tantosque Satanae insultus quibus te assidue exerceri audimus. Ego et collegae tibi omnia fausta optamus, et ut te Deus, Domini nostri Iesu Christi pater, te * suae ecclesiae incolumem servet precamur. Bene vale. Heydelb. 14. Decembr.

Tuus ex animo
Boquinus.

3884.

BEZA CALVINO.

Relatio rerum gestarum a Nonis Novembris ad Idus Decembris.

(Duo exstant huius epistolae apographa manu Ionvillaei scripta, alterum in Cod. Genev. 117, fol. 69, alterum in Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 177, olim Scrin. B. Epp. Vol. 47, fol. 359 cum post-scripto Calvini quod infra separatim addemus. Reperies recentiora exemplaria in Cod. Genev. 119, fol. 65, Bernensi VI. p. 1030 et Simleriano 106. Edidit Baum II. app. p. 196.)

S. Ternas ad te dedi, sed primas scio interceptas, de alteris [1]) dubito. Has autem ad te perventuras spero. Valeo prout tempus et locus ferunt. Omnes salvi et incolumes, sine ullo prorsus incommodo Pulverios [2]) pervenimus, quod oppidum Aurelia distat decem milliaribus. Ibi copias coniunximus. In summa equitum millia sex, peditum novem: sed nullae unquam visae sunt copiae instructiores vel alacriores. Oppidum cum septem peditum signis se dedidit post sex horarum oppugnationem, milites inermes dimissi, duo ex ducibus suspensi propter infinita scelera: [3]) sacrifici, quotquot deprehensi sunt, interfecti. Ex nostris tres tantum desiderati, quoniam tormentis duntaxat pugnabant. Sequuta mox est Stamparum,[4]) et omnium vicinorum oppidorum deditio. Carnutes statim capi poterant: sed vicit eorum sententia, qui Corbellii pontem censuerunt potius occupandum.[5]) Itaque eo defleximus ad laevam, sed infelicibus auspiciis. Quum enim urbs repentino impetu facile capi posset, accepto nuncio de Navarreni obitu [6]) et missis a Regina internunciis coeperunt nostri duces de pace, et nostri Principis dignitate, nescio quibus rationibus obtinenda, somniare: militibus quidem frementibus et nobis reclamantibus: sed frustra. Sic elapsi sunt dies quatuor, et optima omissa occasio, autore praesertim istius mali *Genlio*[7]) perfidiosissimo proditore. Itaque intromisso validissimo hostium praesidio, et crassis tormentis eo convectis, urbem tentare non placuit. Inde igitur Lutetiam itum, sed lento itinere, et passim occurrentibus legatis qui obiecta spe pacis nos retardarent. Vix tandem ita quatuor diebus, omissa spe pacis, vel illo potius somnio discusso, in Lutetiae conspectum venimus, castris in

---

4) *a. d. III. Non. Oct.* 1562 *postquam urbem turbis replevit et totum magistratum excommunicavit.* (*Salig* III. 935.)

3884. 1) *non exstant.*

2) Pululerios 117. Pulvierios *Tur. Hist. eccl.* II. 190: Le 7. et 8. *Nov.* l'armee sortit (*d'Orleans*) et le Prince apres, tirant à la ville de Pithiviers (*Pyviers*) où il y avoit 4 compagnies de gens de pied qui delibererent d'attendre le siege besongnans à leurs rempars et ayans mis le feu à leurs fauxbourgs. Mais apres quelques coups de canon qui eurent tantost fait bresche ils se rendirent à discretion le lendemain du siege, qui fut le 11. Le prince donc y entra avec 4 enseignes de Gascons donnant la charge à Genlis et à Granmont de se saisir des munitions et vivres qui y furent trouvés en grande quantité. . . . .

3) *Ibid.* Quant aux soldats qu'on y trouva on les fit resserrer dans le temple où ils furent tous desvalisés mesmes de l'espee et de la dague, avec serment de ne porter iamais les armes contre le Prince et la religion. Quant aux prestres, on en tua autant qu'on en put rencontrer d'autant nommeement qu'ils avoient esté seuls cause que la ville ne s'estoit rendue à la premiere sommation. Deux capitaines, à savoir un Italien nommé Francisque (lequel ayant esté pris auparavant et amené à Orleans avoit esté relasché sous promesse de ne porter plus les armes en ceste guerre) et un nommé Maturin Garnier capitaine et marchand de Paris, des plus meschans et seditieux et coulpable de mille extorsions et cruautés furent pendus et estranglés le lendemain en la place du marché.

4) *Ibid.* 191: Le mareschal de S. André, qui s'estoit retiré de Sens à Estampes en intention d'y faire le magasin du camp du Triumvirat, se retira en toute diligence laissant 2 enseignes dans la ville laquelle, y estant arrivee la cavalerie legere du Prince, luy ouvrit les portes, s'estans les gens de pied retirés au chasteau et rendus le lendemain.

5) *Ibid.* 192: Si on fust allé droit à Paris distant seulement de 14 petites lieues, le Prince pour le moins pouvoit surprendre tous les fauxbourgs de deçà, donnant un tel effroy aux Parisiens qu'ils eussent apporté la carte blanche ou bien eussent souffert une perte inestimable. Mais il pleut à Dieu de bander les yeux à tant de capitaines et gens d'esprit pour prendre le chemin à costé par la Ferté Alaix et à Corbeil.

6) *obiit* 17. *Nov. in Andely.*

7) *Hist. eccl.* II. 193.

duobus pagis, Gentiliaco et Arculio [8]) collocatis. Hostes cum Germano et Helvetico peditatu fossa circumducta et impositis tormentis in suburbiis se continebant. Nostri eo usque prorupere. Et certum est ita fuisse inter hostes trepidatum, ut *Guisius* ipse postea fassus sit victoriam in nostris manibus fuisse. Noster Princeps pergendum censebat et ipse fortiter urgebat, sed quibusdam aliter visum: ita reducti sunt in castra milites. Uno postea die interiecto instructa acie hostem provocavimus, sed frustra. Prodierunt tantum aliquot pedites equitibus permixti, quos nostri nullo negotio intra vallum repulerunt. Tormentorum ictibus paucos gregarios equites et equos aliquot amisimus. Noctu postea tentata res est. Sed *Genlii* proditione [9]) et interveniente rursus pacis mentione, res evanuit. Reliquum tempus induciis et vanis colloquutionibus datum, maximo quidem meo sed inutili dolore. Tandem patefacta fraude, quamvis eorum fossis iam ad extremum perductis et valido Hispanorum et Vasconum subsidio in urbe intromisso, placuit tamen nostris suburbia tentare. Sed *Genlius* repente ad hostes transfugiens consilium nostrum prorsus abrupit. Postridie igitur motis castris, Carnutes pergere coepimus, ut in Normandia cum Anglis coniuncti consilium novum capiamus. [10]) Hiems interea nobis minatur et hostium vires augentur. Utinam Deus avertat quae metuo. Nihil nunc est me uno miserius, qui neque hic magno cum fructu esse neque hinc abesse possum. Sed Deus mecum est. Fratribus multam salutem. Ex pago S. Arnulphi 14. Decembris 1562.

De *Passio* nostro et oblata confessione nihil adhuc accepimus. [11])

---

8) *Ibid.* 196: Se contentant d'avoir fait peur aux Parisiens chacun se logea en son quartier (28. *Nov.*) à savoir l'infanterie en la plaine de Monrouge et de Vaugirard, le prince Portien a Gentilli, Genlis à Monrouge avec les villages circonvoisins, le Prince et l'Amiral à Arcueil et les Reitres à Cassen et autres lieux, estant toute ceste armee composee au plus de 8000 hommes de pied et de 5 à 6000 chevaux, deux canons, une coulevrine et 4 pieces de campagne et non plus.

9) *Ibid.* 215. *Transiit ad hostem postridie Non. Dec.* Chacun iugeoit qu'il avoit proietté ceste lascheté de long temps . . . . . Le lendemain il fit entendre au Prince qu'il ne s'en estoit allé que pour le grand bien de luy et pour luy servir de soliciter envers la Royne pour terminer ceste guerre par une bonne paix plustost que par quelque sanglante bataille.

10) *Sic Ionvillaeus in utroque codice. Sed in Genevensi a prima manu legitur:* paratiores simus in hostem.

11) *Hoc post-scriptum legitur in solo Cod. Genev. Spifamius in Germaniam missus fuerat cum confessione.*

3885.

CALVINUS BULLINGERO.

Mittit ei praecedentem Bezae.

(Est quasi post-scriptum Ionvillaei manu exaratum, ad eandem, in Codice Turicensi, in quo solo exstat errore fortasse bibliopegi praecedit ipsam Bezae epistolam fol. 358.)

Citius has missurus eram nisi vehementer rogasset *Trecius* ut in suum abitum differrem. [1]) Putavit enim suum ad vos adventum fore gratiorem si ipse perferret. Non erat quidem ad manum alius nuncius, sed potius in animo erat conducere qui Bernam usque iret. Forte apud vos quoque volitabit rumor, quem hic sparserunt Germani, de occisis in Campania legatis: quem tamen existimo vanum esse, [2]) quia consilium dederat D. *Spifameo* principis legato illustrissimus comes *Palatinus* ne urgeret de mittenda legatione. Ita res interrupta fuerat. Quod autem dicunt unum fuisse ex familia *Luneburgensi*, alterum vero Comitem *Mansfeldensem*, nullo modo credibile est.

Iohannes Calvinus. [3])

3886.

CALVINUS BULLINGERO.

Praeter res Gallicas maxime militares, attingit quae ad Concilium pertinent et obiter occasione quorundam recentium libellorum in Germania editorum paucis suam sententiam de praesentia corporis Christi exponit.

(Ex Cod. Genev. 107ª, fol. 276 et 286 et Cod. 108, fol. 153. coll. c. Simleri Vol. 108. Vers. angl. IV. 282.)

S. Etsi nunc quoque de rebus parum certis scribere ad te piget, venerande frater, quum tamen hic bonus adolescens operam suam mihi in literis reddendis offerret, hanc occasionem praetermittere nolui. Quid cogitet princeps *Condensis* coniicere nobis est difficile. Circiter initium mensis huius ad muros usque Lutetiae copias admoverat, [1]) pau-

---

3885. 1) *Fuerat ergo nuper Genevae. Cf. N.* 3873.
2) *ut revera erat. De ipsa legatione v. N.* 3864. *Hist. eccl.* II. 155. *Mém. de Condé* IV. 38. *Barthold* 417.
3) *manu propria.*

3886. 1) *A. d. IV. Kal. Dec. Tum postridie Kal. prope suburbium S. Marcelli cum regina matre conferebat etc. Vide*

corum dierum obsidio urbem prope inedia confecerat. Bis milites Guysiani egressi fuerant extra aggeres, sed acriter repulsi coeperant quiescere. Hinc regina mater ad solitas artes. Princeps pro sua facilitate tempus fallacibus colloquiis terere, quod magis rebus gerendis impendere decebat. Vulgo putabant de pace esse transactum, quum praeter spem adveniunt Hispani et Britones in subsidium hostium, quibus statim crevit alacritas. Princeps exercitum suum longius reduxit.[2]) Sequuti sunt Guysiani. Decima quinta huius mensis castra utrique habebant in Beltia versus Carnutes et Cenomanos.[3]) Scriptum fuit Lutetia et certis indiciis confirmatum, levi proelio conflixisse et cecidisse septingentos Hispanos. Nuncius autem ideo verisimilis est quoniam multi vulnerati plaustris et vehiculis in urbem allati fuerant. Hostes a peditibus melius sunt instructi. Princeps equitatu longe superior. Rumor qui de Rotomago a nostris recepto volitavit nunc vanus deprehenditur: nec tamen puto de nihilo exortum, sed quod occultum esse debuerat quorundam futilitate ante tempus longius manavit. Si verum est quod probabili ratione mihi persuadeo, sex Anglorum millia coniuncta esse Principi, non poenitenda erit accessio. Certe nisi obviam illis progredi voluit quo eos animaret, pudenda ignavia cursum retroflexit. Parisienses ipsi furiosius quam hactenus ruunt. Solent privati homines veniam aetatis impetrare a principibus ut sint sui iuris. Curia veniam aetatis Regi dedit et pronunciavit maiorem ut loquuntur. Interea tanquam pupillo dati sunt curatores. Consiliarii, qui recusarunt *Admiraldum* et fratrem *Andelotum* damnare, coniecti sunt in carcerem. Haec sunt ultimae desperationis signa. Contra Lugdunum dux *Nemorsus* nihil iam vi et armis tentat, quia sperat paulatim fame et rerum omnium penuria confectum iri. Baro *Adressius,*[4]) qui antehac strenue se gessit, illectus eius blanditiis eum praefectum admiserat, sed victus nobilium et civitatum consensu destitit. Si Vienna, quod speramus, brevi recuperata fuerit, largam annonam suppeditabit regio linguae Occitanae, quae tritico et vino maxime hodie abundat. Turma equitum, quae a Principe dimissa Lugdunum tendebat, intercepta fuit. De Barone *Adressio* iam bene speramus, et pollicitus est se bonis et sanis consiliis obsequentem fore. Certe non perfidia sed errore stultaque credulitate lapsus erat. Si *Cursolius,*[5]) quem praefectum crearunt linguae Occitanae urbes, fraenum serio momorderit, extra periculum erunt Lugdunenses. Vereor ne comes *Bellovacus,* qui ante erat cardinalis *Castillionensis,* nimium lentus sit ac sua cunctatione eum moretur.

De legatione Turcica idem quod tu scripserat *Sulcerus,* sed confictus fuit rumor. Erat Francofurti[6]) familiaris noster D. *Passius,* olim Neodunensis episcopus, legatus a principe *Condensi* ad Caesarem et Principes. Quia me non admonuerat putavi rem esse vanam. Sed nunc ipse appulit et confirmat nihil esse. Narravit quam humaniter exceptus fuerit ab Imperatore, quantam vero benevolentiam ostenderit Rex Romanorum, qui familiariter apud ipsum deflevit Galliae dissipationem, praesertim quia purae religioni interitum machinentur hostes. De mutata iurisiurandi formula arbitror formam ad vos esse perlatam. Se enim defensorem fore promisit non Romanae sed christianae ecclesiae, sanctos deinde et sanctas omisit, contentus unius Dei nomine. In concilio Tridentino quam personam egerit cardinalis *Lotharingus* ex eius oratione cognosces, cui deinde succinuit Regis legatus famosus apostata. Quanquam mendosa sunt exemplaria, facile tamen deprehendes eos valde perplexos, nec alium exitum invenire, nisi ut in Gallia libera sit religio.

Remitto epistolarum exemplaria quas ad Polonos scripseram: quia secunda responsio, qua satis copiose quaestionem explicueram intercidit, ab illa causa tractanda supersedeo. Suspicor *Bezae* negligentia vel oblivione fuisse perditam.

De tua valetudine aliquid laetius audire cupio. Deus me compedibus ligatum tenet.[7]) Cessarunt quidem acuti dolores, sed aegre per cubiculum reptando a lecto transeo ad mensam. Hodie concionem habui, sed in templum delatus. Vale, clarissime vir et frater ex animo colende. Multam salutem precor symmystis et fratribus. Salutant te collegae mei et amici omnes: inter alios scriba cuius manum agnoscis,[8]) Dominus te diu servet incolumem, virtute sustineat laboresque tuos benedicat. Genevae 27. Decemb. 1563.[9])

Quod optabas me cum *Brentio* congredi, mihi hoc tempore non licet. Adeo urgent aliae lucubrationes. Si paulo plus otii contigerit, plausibilis

---

caeteras huius mensis epistolas. (*Hist. eccl.* II. 197 *ss. Mém. de Condé* IV. 144 *ss.*)

2) *A. d. IV. Idus in Normandiam.*

3) *Hist. eccl.* II. 226: Le 13. le Prince vint au bourg de S. Arnoul sur le chemin de Chartres. On y sejourna deux jours. Le 15 le Prince campa à Ably et de là le 16 vint à Galardon. (Beltia, *Beauce.*)

4) *N.* 3882.

5) Dans l'assemblée générale des états à Nimes les protestants du Languedoc élurent Ant. de Crussol chef du parti (Nov. 2—11.) *Ménard hist. de Nîmes* IV. 342.

6) *N.* 3864. 3885. *Hist. eccl.* II. 155 *ss.*

7) *N.* 3872.

8) *Ionvillaeus scriptor erat.*

9) *Hoc fraudi fuit Simlero qui epistolam ex computo suo tempore usitato ad a.* 1563 *retulit.*

oblata nunc est opportunitas, quia ministri qui sunt sub ditione Comitum *Mansfeldensium* insipido libello Gallos ad resipiscentiam hortati sunt, quos fratres agnoscunt et nominant, excepto hoc uno capite. Si paululum ab aliis occupationibus levatus fuero et morbi etiam relaxationem dederint, aliquid experiar. *Brentii* hallucinatio breviter refelli potest, quia principium quod sumit de immensitate gloriae et potentiae Christi perperam ad essentiam carnis accommodat. Certe in hoc vertitur cardo: quamvis in coelo sit caro Christi, ea tamen nos vere pasci in terra, quia Christus pro immensa spiritus sui virtute et ubique diffusa se ita nostrum facit, ut locum non mutando in nobis habitet. In hac quaestione mihi semper satis fuit excludere tam immensitatem quam descensum localem vel praesentiam. Nihil enim absurditatis video si dicamus, vere nos et re ipsa percipere carnem et sanguinem Christi, adeoque substantialiter nobis esse in alimentum, modo conveniat Christum non externis tantum symbolis sed arcana quoque spiritus sui operatione ad nos descendere, ut ad ipsum fide conscendamus.

Ioannes Calvinus tuus.

3887.

BEZA CALVINO.

Proelio ad Dreux in epistola aliqua deperdita relato nunc accuratiora refert.

(Plura ad manus habuimus exemplaria, autographon in Cod. Genev. 117, fol. 82, Ionvillaei ibid. fol. 84, duo in Cod. 119, fol. 55 et 67 recentiora, quintum Turici in Bibl. civica F. 80, olim Epp. Tom. 45, fol. 53 et hoc Ionvillaei, sextum et septimum Bernae in Cod. F. fol. 65 et 68, denique Simlerianum Vol. 106. Edidit Baum II. App. 202.)

A Monsr. Monsr. D'Espeville
a Villedieu.

S. Mi pater, non repetam quae nuper ad te pluribus scripsi, quoniam certam spem habeo meas literas vel iam tibi redditas vel mox reddendas. [1]) Noster equitatus est integer, exceptis equitibus ad summum centum quinquaginta, partim captivis, partim interfectis. *Rognacus* et *Saniermierus* pro mortuis habentur. De *Chandeo* et *Maliano* adhuc dubitamus, sed tamen peremptos potius arbitramur quam captos. [2]) Apud hostes vero infinita sunt vulnera et caedes longe maxima. Captivos insignes habemus ad centum sedecim. Caesi sunt fere ad internecionem Helvetii, [3]) trucidati paene omnes equestrium turmarum duces et signiferi. Marescalus a *Sancto Andrea*, [4]) *Monbronus* [5]) filius Conestabilis, *Givraeus*, *Listenes*, *Desbordaeus*, *Brossaeus*, omnes infensissimi veritatis hostes. *Nivernensis*, miser apostata, languet moribundus. [6]) *Macropolitanus* [7]) proelio non interfuit, Pharao [8]) tamen ipse evasit, ut qui certaminis duntaxat spectator fuerit.

Conestabilis vulneratus in inferiore maxilla, iam noster est civis. [9]) Nihil aliud habet in ore quam pacem quam tamen nondum possum sperare. Anglicus legatus, cum *Perocelio*, dum sese fugientibus adiungunt, devenerunt in vicinum oppidum, quod Nogentum regium vocant. [10]) Ibi mox detecti sunt et captivi

---

3887. 1) *Proelium factum est d.* 19. *Dec. Epistola non exstat. Adeas Baum* II. 687 *ss.*, *Soldan* II. 87, *Hist. eccl.* II. 230, *Castelnau ed. Le Laboureur* I. 119. *Add. p.* 66; *Mém. de Condé* IV. 178 (*aut. Coligny*), *et* IV. 685 (*aut. Guise*).

2) *Hist. eccl.* II. 242: Du costé du Prince moururent les Sieurs d'Arpaion, de Chandieu, de Liencourt, de Ligueris, de la Fredonniere, de la Carliere, de Rougnac, de Mazelles, S. Germier . . . . . (*Chandeus erat frater cel. ministri.*)

3) *Hic paulo maiora canit. Exstat enim ducum Helvetiorum relatio ad suos magistratus statim post proelium scripta* (*Baum* II. *app.* 198 *ss.*) *qui caesos recensent, proceres nominatim, reliquos summatim ad* 300.

4) *Hist. eccl.* II. 240: Le mareschal S. André chef de l'avantgarde ayant esté pris prisonnier advint qu'un nommé Baubigny, qui avoit autrefois receu à la cour quelque grand outrage de luy, le tua d'un coup de pistole au travers de la teste. Ainsi mourut l'un des trois autheurs de ceste malheureuse guerre. Plusieurs autres seigneurs du costé du Triumvirat y moururent: d'Annebaut, de Givry, La Brosse, grand favori de Guise, et qui avoit commencé le massacre de Vassy, y receut aussi son salaire avec un sien fils.

5) *Gabriel de Montmorency, quartus Connestabilis filius,* fut tué par un escuyer du Prince qui le luy avoit promis devant Paris (*ibid.* 234).

6) *Hist. eccl.* II. 241: La mort du duc de Nevers est remarquable entre autres choses advenues en ceste bataille. Ayant esté ce jeune seigneur tellement suborné par deux siens tres mauvais serviteurs, à savoir Desbordes gentilhomme de Nivernois et d'un sien secretaire Vigenaire, qu'oubliant le devoir qu'il avoit à la religion dont il avoit fait profession et les promesses qu'il avoit faites au Prince son oncle, outre les grandes cruautés exercees en son gouvernement de Champagne . . . . . il monta ce iour là à cheval, mais ainsi qu'on estoit sur le poinct de la premiere charge ce mesme Desbordes maniant mal une pistole le blessa en une cuisse . . . tellement qu'il ny avoit aucun moyen de le garentir de la mort.

7) *Le duc de Longueville.*

8) *Le duc de Guise.*

9) (*Hist. eccl.* II. 235: Quant au Connestable son cheval luy fut tué et le Sr. d'Oraison se trouvant là fort à propos le remonta sur le sien. Mais tost apres il fut tellement blessé d'un coup de pistole à la mâchoire d'embas dont il perdit une dent et tellement enveloppé qu'il se rendit au Sr. de Vezines, auquel toutesfois les Reitres survenans l'arracherent luy ostans son espee et recevans sa foy.

10) *Ibid.* 242: Trocmarton (*sic*) ambassadeur d'Angleterre et Peruccl ministre du Prince pensans que tout fut perdu

facti. Hostis nunc demum fertur castra movere. Nostri hodie apud Bogenciacum erunt quibus iterum cogor me adiungere.[11]) *Princeps* ipse hactenus in hostium castris honeste fuit asservatus. Nunc eum putamus ad *Reginam* deducendum. Dignus est omnibus modis, cuius salus sit omnibus ecclesiis quam maxime commendata. Nam est certe extra nostrarum cunctationum culpam et eximia animi fortitudine omnium spem superavit. Plena erat victoria si Dominus eum nobis servasset. Consultum esset fortassis legationem statim mitti a nostrarum partium Helvetiis qui Regem ad eum liberandum, et aequas pacis conditiones ineundas hortarentur. Idem enim et Anglos et Germanos facturos existimo. Sed tamen de nostris copiis adhuc optime spero, quibus si adiungi possint Angli, quod ut fiat omnem operam dabimus, spero nos hostibus maiori quam unquam antea terrori futuros. Iam intelligis quantis tempestatibus hic iactemur, et satis scio ad vos usque pervenire has procellas, praesertim si vera sunt quae accepimus de *Adr.*[12]) inconstantia. Sed tamen si fieri posset longe mallem istic mori quam hic periclitari, et parum abest quin, ut olim ille, supra modum cupiam de hac provincia decedere, ubi tamen manere constitui, quamdiu me non inutilem fore existimabo, neque me, favente Deo, ulla pericula ab officio abducent. Bene vale, mi observande pater, una cum dominis collegis, fratribus et amicis omnibus.[13]) Utinam vos conservet Dominus et ecclesiam ex his extremis angustiis liberet. *Badius* mense Octobri ex peste interiit.[14]) Aureliae 27. Decembris.[15])

Tuus Beza.

se sauverent en la ville de Nogent (*le Roy*) prochaine où estoit Mde la douairiere de Bouillon qui avoit donné à gouster au Prince le iour precedent, laquelle leur ayant fait bonne mine les livra le lendemain.

11) *Ibid.* 264 *pluribus narratur Admiralii cum exercitus reliquiis reditus Ligerim versus et in fines Biturigum. (Fluvium traiecerunt in Beaugency d.* 30. *Dec. et d.* 2. *Ian. substiterunt in Selles en Berry.)*

12) *Baron des Adrets cf. N.* 3882.

13) *Ionv. et Tur. inserunt hic:* Idem Tiguri praestabis quum scribes.

14) *Hist. eccl.* II. 149: Dieu frappa la ville d'Orleans d'une peste aspre et longue, y estans morts en peu de mois plus de 10000 personnes . . . . comme aussi moururent trois ministres, à savoir le Plessis, Badius avec toute sa famille sans en excepter un seul, et Cosson. — *De Badio haec habe: Conradus Badius fuit filius Iodoci Badii Ascensii (d'Asch) typographi Parisiensis. Circa* 1549 *religionis causa Genevam se contulit ubi Io. Crispini socius fuit et postea Rob. Stephani, qui eius sororem Perrettam duxit. (Galiffe, notices gén.* III. 199.) *Gaullieur, Typogr. genev.* 140: Les livres qu'il imprimait sont enrichis de préfaces de sa façon dont plusieurs sont citées comme des modèles de précision et d'érudition. On a de luy plusieurs ouvrages. Il fit de l'Alcoran des cordeliers un ouvrage nouveau en l'augmentant d'un second livre. *Iam pater eius satyram scripserat:* Stultiferae naves P. 1498 *etc.*

15) *Ionv. add.* 1562, *quod per se patet.*

3888.

BULLINGERUS CALVINO.

Sunt lacrymae rerum Gallicarum, Rotomagi capti, Marlorati enecati, Condensis blanditiis circumventi. Interea theologicum quoque bellum contra Stancarum renovandum censet quasi militare illud non sufficeret.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 444. — Simler. Vol. 106. Inscriptio desideratur.)

S. D. Diu quidem excruciavit me fama incerta de capto Rhotomago,[1]) quam tamen nimis veram esse timebam quod felicia fere semper vana, infelicia certa esse soleant. Nunc vero tantum me non conficit vera et crudelis illa narratio de truculentia plus quam scythica[2]) in occupato Rhotomago exercita et de optimo fratre nostro *Marlorato* ad foras templi suspenso.[3]) O Domine usque quo? Nunc nova nos fama misere exercet. Audimus enim *Condensem* credere Guysianorum blanditiis pacem offerentibus, quum prudentissimi quique hoc tendere existiment ad interitum optimi Principis *Condensis*[4]) et ad perniciem omnium per Galliam fidelium. Dominum oro ut dirigat *Condensem* et servet a malo. Heri sparsus est rumor de pugna,[5]) in qua nostri vicerint, mox diversum affirmatur. Domino rem committere cogor.

Ego pro iis quae scripsisti per *Linerum* maximas ago gratias et oro te inprimis, deinde *Ionvil-*

3888. 1) *Capta fuit urbs d.* 26. *Oct. De obsidione et expugnatione v. relationem legati Hispani in Mém. de Condé* II. 91 *seqq. ubi inter alia:* A la fin la ville ha esté ce jourdhuy prinse par assault par une mine qui a faict saulter la pourte de St. Hilaire. Mais toutz les Chiefs tant de gens de guerre que du gouvernement de la ville se sont saulvez. *Cf. Mém. de Castelnau éd. Le Laboureur* I. 105. *Add.* 832. *Hist. eccl.* II. 637 *ss.; de Thou* III. 328.

2) *Hist. eccl.* II. 647: Chacun se peut ici representer la desolation d'une telle ville qui est la seconde de France, exposee à la rage de tels ennemis tuans tout ce qu'ils rencontroient, forçans les maisons, violans filles et femmes et exerçans leur rage sans aucun respect d'aage ni de sexe.

3) *Ibid.* Plusieurs et entre autres les ministres qui lors estoient dans Rouen, se sauverent dans une place nommee lé vieil Palais et furent sommés le jour mesme de la prise de se rendre leurs vies sauves. Mais Dieu en delivra une partie la nuict suivante quelque songneuse garde qu'on fist . . . . Marlorat fut mené au palais *avec plusieurs magistrats, auxquels on fit le procès qui aboutit à un arrêt de mort.* Ils furent le 30. Oct. trainés sur une claye au vieil marché, Mandreville president en la cour des Aydes eut la teste tranchee, trois autres (*parmi lesquels Marlorat*) furent pendus et apres leur teste tranchee et mise sur une potence.

4) *Condaeum eo temporis momento de pace cogitasse minime verum est. Vide N.* 3882, *not.* 1. *Imo quum videret Lutetia se potiri non posse in Normandiam contendit Anglis manum porrecturus.*

5) *Primus rumor de pugna ad Dreux* 19. Dec.

laeum nostrum, ne unquam scribere desinatis. Vix creditis quantopere vestras literas desideremus, et cum animi gratitudine accipiamus. Non admodum firma nunc sum valetudine attamen diu et multum perquisivi quid habeam rerum tuarum. Nam nihil perinde vellem quam ut aliquid responderes *Stancaro*. Sed fatigatus diligenti perquisitione, nihil aliud inveni quam quod in praesenti mitto. Oro autem ut remittas. Nam tua mihi communicata dudum remisi. Tunc haec exscribenda curavi. Alia non habeo, nec scio quod unquam quidquam de *Stancari* rebus aliquid ad me miseris. 24. Novembris electus est in Regem Romanorum *Maximilianus*, coronatus 29 eiusdem. Missa dicitur eo legatio Turcica, quae iactat Turcarum Imperatorem auxilia laturum contra rebelles Galliae. Ego mihi persuadeo illa conflata esse arte Pontificis, Imperatoris, Ferrariensis et Lotharingii. Dominus dissipet consilia impiorum et servet invocantes nomen eius. Vale, una cum *Ionvillaeo* et bonis omnibus. Omnes nostri te salutant. Saluta etiam fratres et symmystas omnes. Tiguri 31. Decembris 1562. Non relegi. Salvus sit *Trecius* Polonus.

Tuus Bullingerus.

3889.

CALVINUS TRECIO.

Roganti ut ad proceres quosdam Polonos scribat quo in recta fide confirmentur, respondet se Poloniae pertaesum non una de causa nihil tale facturum.

(Describimus exemplar Ionvillaei in Cod. Genev. 107a, fol. 83, coll. c. Cod. 108, fol. 9, Cod. Paris. Dupuy 102, fol. 25 v. Cod. Bern. VI. 364.)

Ornatissimo viro D. Christophoro Trecio amico et fratri meo colendo.

S. Literis tuis, integerrime frater, iterum exacerbatus fuit dolor quem ex infaustis Poloniae dissidiis conceperam. Quanquam nonnihil mihi solatii attulit quod intellexi ex fratribus non malis, qui inconsiderate ad defectionem prolapsi erant, quosdam nunc de integro coalescere in sincerae doctrinae consensum. Rogandus Deus ut malo prorsus exitiali remedium inveniat. Nam ut has partes suscipiam adduci nequeo. Et quoniam propius me urges cogor libere et familiariter tibi dicere, satis antehac molestiarum mihi a patria vestra fuisse exhibitum. Saepe etiam testatus sum, quum mea adversus *Stancarum* responsio maligne et fraudulenter sepulta fuerit, [1]) nihil minus consentaneum esse quam armis spoliatum in certamen trahi. Ignosce igitur quia frustra a me postulas quod nunquam impetrabis. Neque tamen interea animus est orthodoxae fidei, quam impii nebulones apud vos concutiunt, patrocinium deserere. Sed ratio quam mihi iniungis nescio quomodo a moribus meis et consuetudine abhorret. Non libenter ad homines ignotos scribo. Atqui *Lismanini* [2]) importunitate victus sum ut apud plurimos operam perderem. Porro quia meae facilitati minus feliciter successit, hac experientia divinitus admonitus videor, ut mihi in posterum temperem. Adde quod, si ad sex vel decem scripsero, apud alios aemulatio nascetur qui putabunt pari se honore fuisse dignos. Ita si vobis obsequi studeam nullus erit finis. Ad haec corpore debilitato sic imminutus est animi vigor ut, si vel maxime enitar, non tamen ad subeunda quaelibet onera vires sufficiant. Quod si vacaret mihique et otium et facultas suppeteret, cavenda tamen est ambitionis species, qua in parte non satis forte consideratus fui quum indulgerem potius aliorum votis quam iudicium meum sequerer. Et certe nisi satisfaciant literae communes, causam merae vanitati adscribam, quando rem ipsam dilucide complecti studui et addito exhortationis stimulo omnes ad strenue pugnandum animare conatus sum.

Quod ad Despotam [3]) spectat, quid coloris obtendam non video, vel quo praetextu temeritatis notam effugiam, ad eum scribendo cuius nomen quoque mihi est ignotum. Studium quidem tuum laudo, sed meum est dispicere ne scripta mea non sine ludibrio in aerem proiiciam. Quare pro amicitia nostra rogo ut zelus tuus aliquem meae moderationi locum relinquat. Nam quo minore prudentia sum praeditus, eo timidior sum et ad cavendum attentior esse debeo.

Iam vero, mi *Treci*, quum patriam videas luctuoso incendio flagrare, tuarum partium esse existima non celeriter tantum accurrere sed etiam advolare si fieri possit. Ornatissimum virum D. Ludovicum *Decium* meo nomine plurimum salvere cupio. Vale, ornatissime vir, et mihi ex animo colende frater. Dominus te spiritu suo regere pergat atque omni donorum genere in dies locupletet ac brevi incolumem patriae reddat. Genevae. [4])

3889. 1) *Contra Stancarum scripsit a.* 1560 *et* 1561. *De scripto suppresso questus est saepius in epistolis ad Polonos.*
2) *N.* 2350. *Iam et Sarnicius* (*N.* 3873) *petebat ut Calvinus ad proceres quosdam scriberet.*
3) *Walachiae* (*N.* 3875).
4) *In codicis* 108 *margine haec leguntur:* Scripta videtur a. 1554 eodem tempore quo ep. ad Regem Poloniae scripta quam hic memorat. *Quae vir doctus, quisquis ille*

3890.

CALVIN A L'ÉGLISE DE .....

Sévères réprimandes et pressantes exhortations au sujet de l'état moral de la communauté.

(Copies Bibl. de Genève Vol. 107ª, fol. 375. Vol. 115a, fol. 1. Bonnet II. 476. Trad. lat. Gen. p. 268, Laus. p. 554, Hanov. p. 622, Chouet p. 367, Amst. p. 167, Trad. fr. Berl. p. 364.)

Treschers freres, je vouldrois bien, si c'estoit le plaisir de Dieu, avoir argument plus joieux a vous escrire que je n'ay, et par ce moien que vous peussiez prendre plus de plaisir en mes lettres. Parquoy vous ne prendrez point mal si je vous contriste pour ung peu de temps, veu que c'est le seul moien pour vous faire resiouir en Dieu. J'aymerois bien mieux s'il m'estoit loisible de louer vostre foy, charité et patience, en vous exhortant de continuer de bien en mieux. Mais d'aultant que vostre salut m'est cher et recommandé, je suis contrainct de vous remonstrer que vostre vie, selon qu'on en parle, ne respond point a la congnoissance que Dieu vous a donnee de son Evangile. La necessité porte son excuse avec soy. Defaict, nous voions que S. Paul qui estoit d'ung esprit si bening et humain, accuse les Corinthiens de ce qu'il fault qu'il use de vehemence et rigueur envers eux, et apres qu'il en a usé, il dict qu'il ne s'en repent point, moiennant que la tristesse, qu'il leur a causee par ses letres, les amene jusques la de pleurer leurs faultes et retorner a Dieu. J'entens bien que de prime face cecy vous semblera dur: mais quant vous aurez bien pensé a voz maladies, vous congnoistrez qu'il n'y a point de plus doux remede pour les guairir. J'en parle selon que j'en ay entendu par gens dignes de foy, et qui vous ayment. Et pour ne vous faire long circuit, je vous dy en ung mot que le train que vous menez est un grand scandale a beaucoup de gens de bien, et ouvre la bouche aux iniques pour blasphemer contre Dieu et sa parole. Il fault que je parle ainsi pour descouvrir le mal, lequel il est besoing qu'on vous face sentir pour y donner remede. Je sçay bien qu'on ayme tousiours mieux les medecins qui adoulcissent le mal par huiles et emplastres, le laissant couver au dedans, que ceux qui le sondent a bon esciant pour le purger. Et quant a moy je vouldrois bien qu'il fust bon et propre pour vostre salut que je tinsse ung moien plus gracieux. Mais que gangneray je a dissimuler les choses qui sont tant congneues, et de moderer des choses tant enormes qu'il n'y a nul propos? Ainsi je vous prie d'escouter patiemment les plainctes qu'on faict de vous, affin que nous cherchions guairison des vices, qui ont desia par trop dominé.

Premierement le bruit commun est que vous estes fort refroidiz de l'affection que vous avez montree par cy devant a la parolle de Dieu, et qu'on veoit cela parce qu'il ne vous chault gueres d'y profiter. Apres on dict que vous estes desbordez en blasphemes, et dissolutions et paillardises, voire de telle qualité que j'en ay honte et horreur: qu'au lieu d'edifier les ungs les aultres en bons et sainctz propos, vous estes fort adonnez a gaudisseries, vous picquans et brocardans sans fin ne mesure: que haynes, detractions et envies regnent entre vous, mesmes debatz et noises jusques a coups ruer. Ce sont les fruictz qui proviennent du mespris de la doctrine qui nous doit estre comme une bride pour nous tenir en toute honnesteté et saincteté de vie. Et c'est aussi le premier poinct que j'ay touché, qu'il n'y a plus tel zele en vous de profiter en la parolle de Dieu, comme on l'y a veu par cy devant. Qui est ung mauvais signe. Car ceux qui la digerent bien, pour en tirer substance, n'en sont iamais saoulez. Au contraire celuy qui en est saoul monstre qu'il en est desia faché pour desgorger ce qu'il en avoit prins. Je sçay bien que vous n'avez jamais esté purement instruictz en predications, comme jl eust esté a desirer. Mais encores valloit jl mieux que vous eussiez quelque petite portion du bien, que rien du tout. Or on dict que vous ne tenez gueres compte d'estre plus enseignez, ny en publicq ny en particulier. Quant vous auriez entendu cent fois plus que vous n'avez, toutesfois la sagesse de Jesus Christ est si ample et si haulte que vous y trouveriez tousjours quelque chose davantage. Mesmes il fault que les plus grans docteurs soient disciples en ceste eschole, pendant qu'ilz vivent au monde. Mais encores que la doctrine ne vous fust point necessaire, regardez combien vous avez besoing d'estre picquez par exhortation, et qu'on vous remonstre tant de vices qui ne cessent de pulluler entre vous. Quand jl n'y auroit aultre chose, c'est mal allé quant on recule au lieu d'advancer. S'il n'y avoit aultre mal que cestuy la, il seroit ja trop grand. Car ce n'est point une ingratitude a pardonner, quant nous n'avons point les aureilles du coeur ouvertes pendant que Dieu ouvre sa bouche. Or puis qu'il ne le

fuerit, non nisi per somnium edere potuit, quum Calvinus hic de suis ad Polonos scriptis epistolis ita loquatur ut luculentius non potuisset declarare illas ad tempus dudum praeteritum pertinuisse. Trecius anno demum 1560 *Argentoratum et Helvetiam invisit et ipsum adeo Calvinum adiit. Genevae adhuc erat anno* 1561 *exeunte* (*N.* 3672.) *Illinc Turicum se contulit ubi Sarnicii literas* (*N.* 3875) *accepisse putandus est, quae ei occasio fuit ad Calvinum scribendi epistolam cui hic iam respondet.*

faict pas pour ung jour, mais durant toute nostre vie, jl nous convenoit journellement luy donner audience: comme aussi S. Paul nous admonneste que ceste doctrine de salut aict sa residence en nous richement et en abondance. Parquoy congnoissez que c'est desia une grande faulte en vous, de n'avoir aultre desir d'aprendre tousiours de mieux en mieux quelle est la volunté de Dieu, et de n'estre plus diligens a vous conformer en sa congnoissance, tant par lectures que par aultres moiens. Car s'il appert que le corps est mal disposé, quant on est desgouté de la viande, jl est certain que l'ame est encores en pire estat, quant on a perdu le goust et saveur de la parolle de Dieu.

Mais on peult juger de la grandeur de ce mal par les fruictz qui en sont procedez. Ce que j'en dy n'est pas pour augmenter la playe, mais pour vous monstrer le danger ou vous estes, affin que vous acceptiez le remede de tant meilleur courage. C'est chose estrange que le nom de Dieu, qui nous doit estre si precieux, soit ainsi prophané entre vous. Car a ce que j'entens, non seulement on s'y donne liberté de jurer sans propos, mais aussi les blasphesmes y sont fort desbordez. Si vous croiez en Dieu, comment ne tremblez vous, oiant la sentence quil prononce que celuy qui aura prins son nom en vain, ne demourra jmpuny? S'il ne peult porter ung jurement leger ou frivole, pensez vous qu'il endure que son nom sacré soit ainsi vilipendé, qu'il n'en face une horrible vengeance? Le corps et le sang de Iesus Christ ne vous couste il non plus, que de le mettre en avant ou par despit ou par risee? Si vous n'y pensez de plus pres, jl vous monstrera a voz despens combien jl les tient honorables. Et desia jl l'a monstré en partie. Car les diffames, [1]) qui sont sur vous, ne sont qu'aultant de punitions qu'il vous envoie, pource que son nom n'y a point esté mieux honoré. Vous oiez ce que dit S. Paul, d'aultant que les hommes, apres avoir congneu Dieu, ne l'ont pas deument glorifié, qu'il les a mis en sens reprouvé pour s'abandonner en toute vilennie. Il dict cela des payens mesmes qui n'ont pas esté jllumінez comme vous. Ainsi d'aultant qu'il vous a donné une telle clarté de l'Evangile, je ne m'esbay point s'il se courrouce amerement contre vous, de ce que son nom y est ainsi dechicquetté par pieces. Voila d'ou vienent les confusions que vous avez: comme entre aultres les paillardises, voire si jnfames que les jnfideles les ont en horreur. Je ne vous en condamne point, comme estant asseuré du faict: mais le scandale en est si commun que rien plus. Si vous aviez bien retenu ceste leçon de S. Paul, qu'il nous fault abstenir de toute apparence de mal, vous seriez plus soigneux a vous en donner garde. Mais jl semble qu'aucuns se delectent a nourrir la maulvaise opinion qu'on a d'eux, et donner maulvais exemple. Il seroit bien a desirer que le maulvais bruit, qui en est trop commun, fust du tout estainct. Mais le principal est que le faict soit purgé. Car nostre Seigneur permet que la turpitude se descouvre, affin que ceux qui aymeroient de se flatter en leurs vices cachez, en ayent honte, les voians amenez en clarté. C'est ung moien par lequel jl nous attire a repentance. Vous sçavez, mes freres, ce que l'Escriture nous dit des paillardises communes, c'est qu'elles sont mauldites de Dieu, qu'a cause d'jcelles sa vengeance se desploie sur les jncredules, que ceux qui s'y adonnent sont banniz de son Royaulme, qu'elles sont tenues comme ung sacrilege, d'aultant que noz corps qui sont temples de Dieu en sont polluez, que ceux qui s'y abandonnent sont separez du corps de Iesus Christ, et que celuy qui paillarde reçoit une macule speciale en son corps, plus que d'aultres vices. Mais ce qu'on dit de vous passe plus oultre. Regardez quelle honte c'est qu'on vous jmpose d'avoir prins une licence que les payens ont en detestation, pource que nature les enseigne, que ce n'est point uug crime a supporter que l'jnceste.

Quoy qu'il en soit, advisez en premier lieu que vostre conscience soit pure et nette devant Dieu quant a ce cas, et que les hommes n'ayent occasion de penser ne parler mal de vous. S. Paul dict que s'il trouve en Corinthe des paillardz et dissoluz qui n'aient point eu repentance de leurs forfaictz, qu'il fauldra qu'il en face le deuil, et porte la confusion pour eux. Par plus forte raison ceux qui ont failly ont bien dequoy pleurer et s'humilier. Ceste humilité vous devra servir a mettre plus de peine que vous n'avez faict, de vous edifier tant par bon exémple de vie qu'en parolles. Car vous avez maulvais nom aussi, que d'aulcuns sont par trop desbordez a se picquer en railleries. Vous oiez que dict S. Paul, que ce n'est pas chose decente a Chrestiens que brocarder et plaisanter. Ainsi jl fault que cela soit loing de vous et ce d'aultant plus que les mauvais propoz donnent liberté de mal faire, d'aultant qu'en jceux on oublie toute modestie. Il y a puis apres les haynes et envies qui monstrent bien que Dieu ne regne pas en vous, veu qu'il est le Dieu de paix et de concorde. Il y a les detractions qui monstrent bien que charité n'y a point de lieu, laquelle couvre grande multitude de pechez. Et en cest endroit je ne me puis assez esbair de ce que vous ne pensez point a tant d'ennemys qui vous environnent et ne cherchent que vostre ruine. Les Italians mesmes [2])

3890. 1) deffances *Bt.*

2) Etiam Guelphis cum Gibellinis convenit ubi tertius hostis emergit. *B.*

qui sont plus qu'jnexorables en leurs rancunes, s'accorderont tousiours quant ung ennemy troisiesme se ruera sur eux. Vous n'estes qu'une petite pongnee de genz hayz de tous voz voisins, et toutesfois vous ne laissez pour cela de vous entremanger comme chiens et chatz. Vous sçavez qu'il y en a tant qui font le guet pour trouver a mordre sur vous, et vous mesmes leur donnez l'occasion qu'ilz cherchent, en vous diffamant l'ung l'aultre, comme si vous aviez deliberé d'aiguyser le cousteau pour vous faire coupper la gorge.

Il a fallu que j'aye usé de telle vehemence pour vous resveiller. Car si vous n'eussiez esté par trop endormiz, vous ne vous fuissiez pas tant flattez jusques icy en des vices si grans. Il y a des infirmitez par tout, mais vostre mal est par trop excessif. Toutefois mon jntention n'est pas de vous descourager, mais plus tost de vous donner esperance que Dieu est prest a recevoir a mercy ceux qui retornent a luy. Quant aux remonstrances que je vous ay faictes de voz vices, c'est assez que vostre vie, qui ne vous peult maintenant apporter que honte et opprobre, serve a la gloire de Dieu, tellement que vous aiez dequoy vous glorifier en luy a bon droit, et que vous ne pretendiez point son nom a fausses enseignes. Incitez vous doncques a recevoir jnstruction de Dieu pour vous reduyre. Soiez plus diligens a la lecture et aultres exercices que vous n'avez esté. Ostez du millieu de vous toutes pollutions. Portez telle reverence au nom de Dieu, que vous n'en parliez sinon pour l'honorer. Que chacun s'entretiene chastement en son mesnage, ne donnant aulcune suspition maulvaise d'jmpudicité. Que toutes vanitez et dissolutions jndecentes a Chrestiens soient retranchees. Pour bien desraciner les haynes et debatz, ostez premierement les causes: C'est que vous soiez purgez de toute desloiaulté et malice. Et au reste que l'orgueil ne domine point tant que chacun tire a soy. Sur tout advisez de prier Dieu qu'il luy plaise avoir pitié de vous, tant pour ensevelir voz faultez passees, que pour vous bjen reformer et reduire a soy. Car jl fault qu'il y besongne de sa main, ou jl ya danger que vous ne soiez en exemple a tous aultres, pour monstrer que ce n'est point ung maistre auquel il se faille jouer. Et gardez de vous endurcir a cest advertissement, depeur de tomber en la condamnation de ceux qui apres avoir reiecté sa grace, ont allumé le feu pour se consummer. Mais j'espere mieux de vous, desirant ouir nouvelles en brief, comme je suis maintenant contristé. Et de cela je prieray nostre bon Dieu, le suppliant qu'il ne permecte point que la grace qu'il avoit mise en vous soit estainte et aneantie, et combien que vous soiez decheuz, qu'il vous restaure tellement que vous soiez comme mirouers de sa bonté jnfinie, et que par ce moien son nom soit exalté en vous mieux qu'il ne fut jamais. [3])

3891.

MORELLANUS [1]) CALVINO.

De disciplina exercenda et iudicio de Guisiano duce ab ipso prolato cum ducissa Ferrariensi verba minus amica ultro citroque dicta sunt: quibus permotus iam stationem suam relinquere cupit.

(Authenticum habetur in Cod. Genev. 109, fol. 221 sine inscriptione et subscriptione.)

S. Etsi te gravioribus semper studiis occupatum aut morbo implicitum non libenter interpello, ne ad caeteras molestias haec quoque accedat, tamen hoc tempore necessario te certiorem faciendum esse duxi de meo ecclesiaeque meae statu. Nemo est enim apud quem malim officii mei rationem constare quam apud te, cuius admonitu missuque potissimum huius gregis procurationem suscepi. Quod si literae quas ad te dabam ante decem menses Niverni interceptae non fuissent, non esset tam alte repetendum principium huiusce narrationis. Dabis igitur veniam et aequo animo perleges quae scripsero.

Quum Possiaco rediissem [2]) anno superiore, multum cum Principe nostra egi de disciplina ecclesiastica, cui constituendae volebam autoritatem eius intercedere, ut si quis iugum detrectaret, quod futurum suspicabar in aula, coerceretur eius gravitate insolentia. Quod quum multum probasse videretur, delegimus diaconos ac seniores aliquot, feliciterque procedere videbatur negotium, quoad quidam familiaris deprehensus in stupro citatus est ad ecclesiam. Ille refractarius, etsi particeps coenae dominicae fuerat, tamen ferociter nostra monita contemnere: ego contra instare ut se sisteret. Tum quidam e senioribus arcis, (nam ternos ex arce, totidem oppidanos institueramus) id quod postea deprehendi, arcane apud Dominam pastores omnes criminatur affectatae in nobilitatem atque adeo in

---

3) *Bèse y a mis la date* 1562.

3891. 1) *Sic nos ex mera coniectura. Constat saltem eum a.* 1562 *in Monte Argi ap. Renatam ministerio functum fuisse. De disciplina etiam in epp. m. Ian.* 1563 *scriptis satagit, etsi de Renata ibi aliter loquatur, etiam quantum ad res politicas.*

2) *ubi Morellanus adfuit teste Hist. eccl.* II. 465.

principes autoritatis. Atque me nominatim perstrinxit quod ea inconsulta auderem contra reliquarum ecclesiarum, atque inprimis contra Lutetiae morem, in alienos famulos ius dicere. Non enim licere quemquam Lutetiae in senatum ecclesiasticum vocare nisi de voluntate dominorum. Quare me multum arrogare mihi qui in alienos famulos ditionem usurpare auderem, nec tantae principis familiam immunem haberem. Se quidem posse, ac reliquos aulicos, Dominae ferre imperium, vel etiam oeconomi cui summa familiae credita fuerat: tot autem dominis servire periniquum ducere. Et quoniam negligentia seniorum aulicorum quartum addere visum erat, priusquam publice probatus esset ex instituto Genevensi quod hic sequimur, calumniator intulit de seniore illo, quem e sua familia vocatum ad aliud ministerium incusabat ipsa inscia. Mihi vero, etsi non necessario videbatur iterum appellanda de ea re quam mihi ultro concessisset, tamen ad eam referre constitueram. Sed commota illius sycophantae calumniis antevertit, mecumque stomachosius expostulare coepit ac eadem obiicere quae calumniator suggesserat. Paucis refelli calumniam. Me non discedere ab instituto Gallicarum ecclesiarum: quod diceretur, non nisi admonitis dominis famulos non solere vocari Lutetiae in senatum ecclesiasticum, falsum esse: calumniosum, quod de usurpando in principes dominatu obiiceretur. Denique conquestus sum quod praeter exspectationem meam, et praeterquam quod promisisset, moram et impedimentum obiiceret ecclesiasticae disciplinae, qua eversa nec aedificari, nec adolescere, nec consistere diu posset ecclesia. Quod si animo obfirmato vellet censurae nostrae obsistere, mihi certum esse regredi potius unde veneram, quam ultro sacramenta verbumque Dei apud canes porcosque polluere. Quum aliquoties eadem obtestatus essem, tandem satis iracunde concessit ut meo more agerem. Arripui quod concedebat, ne nascens ecclesia tot procellis minitantibus disiiceretur. Sub haec cooritur atrocissimum bellum scissaque Gallia est ut cuiusque studium tulit. Disserebatur passim de horribili caede quam *Guisius* apud Vaccium ediderat. Sed quum ab iis quos minime decebat factum illud excusari viderem, culpamque tantae stragis in plebem insontem indignissime conferri, me ipsum continere non potui quin admonerem, diris apud Iesaiam devoveri qui malum bonum esse dicerent etc. Itaque confidenter nefarium facinus improbavi, obtestans ne quis tantum sanguini aut affinitati deferret, ut in eius gratiam sanctos Christi martyres, quorum iniuriam misereri deceret potius, falsi criminis traduceret. In caeteris laudabilem esse in necessarios caritatem, sed quum de Christi gloria bonorumque innocentia ageretur, non tanti sanguinem esse debere. Tulit ea verba Domina acerbius quam germani Christiani soleant. [3]) Paulo post quum Gennabo occupato a nostris manus utrinque contraherentur, animadvertebam voces amarulentas in optimos quosque, quos non alio quam latronum aut defectorum loco habebat. Hic ego rursus admonui, *Condaeum* nunciis literisque reginae commotum, deinde communi ecclesiarum periculo, denique caede piorum lacessitum arma cepisse: contumaces et rebelles esse qui edicta regia tam petulanter conculcarent, non qui placide iis parerent. Illa contra contendere, me factiosum esse qui *Condaeo* potius quam regi studerem. Ego a rege *Condaeum* esse affirmabam, non qui per vim regem occupasset. Postremo addidi, ut videret quomodo haec tam diversa coniungi possent, studium pietatis quam profiteretur, et studium impiorum, qui in ecclesiam sanctumque Christi evangelium incurrerent, qui de eius internecione consilia cepissent, quique in ea delenda prorsus occupati essent. Ea res magis magisque Principem exacerbavit, adeo ut toto vultu odium in me proferret. Sperabam tamen animum eius tempore leniri posse: ac fortasse fuisset, nisi nuper *Subisius* [4]) advenisset, quocum gravem iamdiu simultatem exercet. Quae quum audisset me cum ipso colloquutum, novam odii materiam invenit. Est enim hoc ingenio praedita ut eos omnes oderit quos putat aut affinitate aut necessitudine aliqua coniunctos cum iis quos perosa est. Sed iam aliud simulat. Fingit enim me tanta invidia apud oppidanos laborare, ut incassum abeant omnes meae conciones, quum alioqui non contemnendam doctrinam nostram esse fateatur. Quod de papistis deploratis verum est, de reliquis non item. Causatur etiam me non libenter sibi operam dare, quod secus habere ipsa res nuper comprobavit. Quum enim Rochellenses [5]) ab ea contendissent, et literis et nunciis, ut quoniam duos praeter me habebat qui officio docendi fungerentur liberum mihi faceret Rochellam adeundi, quo maximo cum fructu pervenire possem, multoque magis si illic aliquamdiu habitassem, nolui Principem relinquere. Quae quamvis tentandi gratia potestatem discedendi faceret, suspicareturque allegatos esse a me clandestinis literis Rochellenses, tamen nec a me ortam fuisse istam legationem, nec mihi unquam in mentem tale quidquam venisse confirmavi. Itaque quoad eam mei officii non poeniteret, liceretque ex verbo Christi ecclesiam agere, me ab illa non discessurum

---

3) *Guisius eius gener erat.*

4) *in transitu puta, nam m. Iulio Lugdunum missus est a Condaeo* (*Hist. eccl.* III. 224).

5) *De his alibi nihil. Conferri possunt H. eccl.* II. 824. (*De Richemond*) *Origine et progrès de la réf. à La Rochelle P.* 1872 *p.* 71; *Delmas, l'Egl. réf. de La Rochelle, Toulouse* 1870.

spopondi. Paulo post, nescio quomodo, confessa est apud tres fratres primarios huiusce regni nobiles, se non valde officio meo delectari. Quibus de rebus prolixius te admonendum existimavi ne, si forte aliquid ad te scripserit, omnium istarum rerum ignarum deprehendat. Scio quibusdam negotium fuisse datum ut circumspiciant si quem concionatorem nancisci poterunt modestum et lenem, scilicet qui conniveat omniaque omnibus indulgeat. Quod ad me attinet, non ingrato animo ab ingratis discederem nisi me huius gregis salus commoveret. In quo parturiendo atque educando quam sedulus fuerim, aliorum esto iudicium. Gravissime profecto angerer, si venter aliquis subrepens biennii opus,[6]) quod mihi plenum molestiae periculique fuit, horae momento subverteret. Dominus tantam calamitatem avertat teque salvum et incolumem diutissime suis ecclesiis servet.

6) *quod tu pressius exigere nolueris* (*cf. N.* 3495.) *Verum sufficiet ad demonstrandum hanc ad finem anni* 1562 *referendam esse, nisi fortasse conieceris eam post mensem Ianuarium* 1563 *scriptam fuisse. Quod tamen minus placet si exordium consideramus. Vide quoque supra not.* 2.

3892.

CALVINUS MORELLANO.[1])

Respondet ad praecedentem.

(Manu scripta non exstat. Servavit Beza suppressis nominibus in ed. Genev. p. 264, Laus. p. 546, Hanov. p. 613, Chouet p. 361, Amst. p. 165. Gallice versam praebet ed. Berol. p. 319.)

Literas tuas, integerrime frater, sero tandem accepi post mensem elapsum ex quo scriptae fuerant. Etsi autem mihi gratum fuit, ex te ipso intelligere quomodo valeres, ac multo magis quam strenue cordateque pergeres in obeundo munere, vehementer tamen dolui, certamina tibi moveri a quibus minime decebat, imo quos par erat fidos tibi esse adiutores. A professis hostibus oppugnari Christi servos, neque novum est neque mirum. Cum intestinis adversariis confligere molestius est atque acerbius. Quanquam ad hoc quoque pugnae genus nos assuefactos esse oportet: quia nunquam in ecclesia res adeo bene fuerunt compositae, quin e medio eius sinu prodirent remorae et obstacula, quibuscum nobis luctandum est. Optime vero factum quod inexpugnabili Christi virtute fretus hactenus perrumpere non dubitasti. Malo, quod mihi incognitum erat, citius mederi non potui. N. aliquid de nimia D.[2]) erga suos indulgentia retulerat. Serio eum[3]) admonui. Quia nihil respondit suspicatus sum non fuisse iucundum meum rigorem. Nunc quum et stulta credulitate et aliis modis eo usque progressum legerem, fere obstupui. Etsi autem remedium quod utile et opportunum censui afferre conatus sum prolixeque de praecipuis capitibus disserui, vereor tamen ne vulpes aulici diuturno taedio te macerent ac conficiant, nisi Deus mirabiliter occurrat. Locum deseri nullo modo placet, nisi obtigerit pius successor: praesertim donec tibi liberum erit manere. Nam si pro imperio te expelleret, tibi patienter ferenda vis esset. Nec vero a statione discedit qui cedit invitus. Quod si ecclesiae prospectum mediocriter fuerit, et eius permissu resignatus fueris alteri ecclesiae, forte nec publice nec privatim improbanda esset mutatio. Utinam quum te RR.[4]) postularunt, probus vir ad manum fuisset tuis partibus obeundis: modo sua populo relicta esset libertas. Unius enim arbitrio deligi pastores vel moveri, prorsus barbarum est. Interea te ad perseverantiam, quidquid acciderit, confirma: ac memineris non frustra admonitos esse a Christo discipulos, ut sibi caverent a fermento Pharisaeorum et Herodis: quia semper aulicis solenne fuit suis corruptelis simplicem evangelii doctrinam inficere. Ignosce si tam ampla materia mihi suggesta breviter et succincte tibi rescribo. Quanquam vere tibi affirmo, indignatione factum esse magis quam pigritia ut sim ita restrictus. Vale. M. D. LXI.[5])

3892. 1) *De nomine nulli dubitamus quum et praecedentis idem autor fuerit ad quam haec evidentissime respondet. Simlerus* (*Vol.* 102) *suspicatur fuisse ad Gallasium scriptam et laudat in eum finem huius epistolam ad Genevenses d. d.* 21. *Ian.* 1562 *quae nobis non innotuit. Sed omnino erravit vir doctus. Caeterae enim Gallasii* (*N.* 3596. 3680) *plane aliter sonant. De tempore quidem nihil certi affirmare audemus; nisi quod Beza a.* 1561 *adscribens egregie falsus est. Caeterum conf. praeced. not. ult.*

2) Ducissae.

3) *Vide an hoc Bezae tribuendum sit, quum Calvinus* eam *scripserit, et porro:* progressam.

4) Rupellenses.

5) *sic. Vide not.* 1.

MDLXIII.

3893.

CALVIN A L'ÉGLISE DE WESEL.

Exhortation à la constance en face des vexations qu'elle essuie de la part du magistrat, et critique de la confession luthérienne qu'on veut lui imposer. [1])

(Ancienne copie. Bibl. de Genève Vol. 107, fol. 146. — Bonnet II. 484.)

La dilection de Dieu nostre Pere la grace de nostre Seigneur Iesuschrist soit tousiours avec vous par la communication du S. Esprit. Amen.

Treschers freres, devant que respondre à voz lettres jl fault que soyez advertis que nous ne les avons receues qu'au bout de quatre mois apres sa datte, au moins jl ne s'en fault qu'ung jour. Ce que nous disons afin que vous cognoissiez qu'il n'a pas tenu a nous que nous n'ayons plustost satisfaict à vostre demande. Or pour venir à la matiere il nous fait bien mal que vous soyez ainsi agitez sans fin et sans cesse et quelque part que vous veniez que le diable trouve tousiours des moyens pour vous fascher et molester. Vray est que la condition de noz peres n'a pas esté meilleure, comme S. Paul dit que luy et ses semblables n'ont eu nul arrest. Combien donc que vous ayez à changer souvent de lieu et que vous soyez muables quant au corps, apprenez d'estre fermes et constans en esprit et practiquez ceste doctrine que les enfans de Dieu doibvent estre estrangiers en ce monde, laquelle appartient à tous fideles. Mais Dieu l'a faict sentir par experience à d'aulcuns plus qu'aux aultres, en les pourmenant ça et la. Cependant nous ne sommes pas sans compassion et vouldrions bien, s'il nous estoit possible, vous donner quelque soulagement. Mais quoyque nous ayons pitié de voz afflictions, si n'est il pas en nous pourtant de vous dispenser, et quand nous le ferions, ce ne seroit que vous decevoir en vaines flatteries, et n'y gaigneriez rien. Mesmes vous savez, d'autant plus que nous essayons d'estre absoultz des hommes, nous redoublons nostre condemnation devant Dieu. Parquoy il me reste sinon de vous declairer en pure simplicité et rondeur ce que nous pouvons juger du faict par vous proposé.

En premier lieu nous avons este fort esbahiz d'ouïr ce mot que vous ne trouvez rien en la confession de foy qu'on requiert de vous qui soit directement contraire à la parolle de Dieu, en quoy nous voyons que la crainte vous ha par trop esblouy les yeux. Car en l'article du baptesme notamment ceulx qui estiment les enfans estre sanctifiez des leur naissance, sont condamnez. Quant à la cene, Judas est aussi bien faict participant du corps de Jesus Christ que sainct Pierre. Et puis il est dict que nostre Seigneur Jesus Christ est partout en sa nature humaine comme il luy plaist, puis qu'il est Dieu et homme, comme si l'unité de sa personne mettoit une confusion en sa divinité et humanite. Ce que vous alleguez que ce n'est pas une confession à parler proprement n'est soubz correction qu'ung subterfuge pour desguiser le mal ou le cacher. Or Dieu n'est point sophiste, et ne se laissera point moquer par telles cavillations. Nommez le contenu de vostre escript comme bon vous semblera. Si est ce que vous protestez avec serment solennel que vostre foy est telle. Et quand

---

3893. 1) *Les réfugiés Wallons et autres établis à Wesel avaient présenté au magistrat de cette ville, le* 4. *Février* 1545, *une confession de foi rédigée d'après un projet du Surintendant Busch, à l'effet dobtenir la permission de séjour.* (*Wolters, Ref. Gesch. v. W. p.* 110.) *En* 1561 *le parti luthérien à la tête duquel se trouvait Groen avait fait promulguer une autre confession que les étrangers devaient signer* (*ibid.* 284). *Perrucel soumit cette pièce à Calvin pour en avoir son avis. C'est à cela que se rapporte la présente lettre* (*ibid.* 248). *Nous la ferons suivre des textes mêmes dont il vient d'être question, ainsi que de celui que la communauté Wallonne adopta définitivement* (*Wolters p.* 455 *ss.*)

on ne viendroit pas jusques à Dieu, si vous estes doubles en telle promesse, vous serez à bon droict redarguez de desloyaulté devant les hommes. Prenons le cas que l'intention qui induit Messieurs du conseil de Wezel soit bonne, si fault il bien regarder de ne point tendre à bonne fin par moyens illicites. Parquoy nous vous prions au nom de Dieu, si vous avez esté endormiz pour ung peu de temps, de vous resveiller à bon escient. Car pour vous dire franchement ce qui en est, nous trancherons ce mot que d'accorder l'escript tel qu'il est, c'est ung renoncement oblique de la verité de Dieu, laquelle nous doibt estre plus pretieuse que tous les logis du monde, voire nostre vie propre. Le remede nous semble tel que vous accordiez simplement le premier article. Au second quand ce viendra à ces motz: Pensant que le baptesme ne soit point necessaire aux enfans, d'autant qu'ils sont sainctz, etc., qu'au lieu de cela vous mettiez: Pensans que le baptesme soit superflu aux enfans, d'autant qu'ils sont sanctifiez par la promesse, veu que le sacrement est une confirmation necessaire à l'jnfirmité des hommes, et ainsi que la promesse doibve plustost tirer avec soy le baptesme que de le faire mespriser. En l'article de la cene, au lieu de ces mots: Avec le pain et le vin: La substance du vray corps etc., que vous mettiez la substance du vray corps et sang de Jesus Christ qu'il a prinse de la vierge Marie est presentee à tous tant à bons qu'à mauvais. Et combien qu'il n'y ait que les fideles qui le reçoivent vrayement et d'effect, toutesfois que les jncredules ne laissent point d'estre coulpables tant du corps que du sang de Jesus Christ, pource qu'ils polluent le sacrement. Item, au lieu de ce mot: Nous reiectons la doctrine de ceulx qui enseignent qu'on ne le reçoit que spirituellement, que vous mettiez: Qui enseignent qu'on ne reçoit que son esprit en voulant exclurre la chair et le sang. Car il est dict: Ma chair est vrayement viande, et mon sang vrayement bruvage. Et combien que telle reception soit spirituelle, ce n'est pas a dire qu'elle ne soit reelle, et non pas en phantasie ou opinion. Item au lieu de ces motz: Que Jesus Christ selon la nature humaine est assis, etc. nous confessons, combien que Christ selon sa nature humaine soit au ciel dont nous l'attendons, toutesfois que selon sa vertu [2]) jnfinie jl est assis à la dextre de Dieu son Pere, laquelle s'estend partout. Ainsi que sans changer de lieu, il nous peut vrayement nourrir de son corps et de son sang d'une façon incomprehensible. Au penultieme article il sera du tout requis d'exposer [3]) ce mot Sacramentaires, assavoir ceulx qui aneantissent la vertu des sacremens ou en corrompent l'usage. Aussi quant à la Confession d'Auspurg, fauldra adiouxter suivant la declaration cy dessus mise. Si Messieurs du Conseil de Wezel ont une si bonne affection que vous escrivez, jls pourront bien estre appaisez par la remonstrance que vous leur ferez, que vous ne voulez point estre reprins d'avoir cerché nulle subtilité ni astuce ou eschappatoire pour les abuser. Touchant des ministres, nous voyons bien qu'ils vous ont tendu les filetz pour vous envelopper en ceste resverie que le corps de Jesus Christ est partout comme sa Divinité. Soyez donc sur voz gardes. Et pource, tres chers freres, que vous avez besoing que Dieu vous tende la main, nous le prierons qu'il luy plaise vous guider en telle prudence et fortifier de constance jnvincible, que vous ne decliniez point en façon que ce soit de la pureté de sa parolle pour complaire aux hommes, et en ce faisant qu'il vous tienne en sa saincte protection. De Genefve, ce premier de janvier 1563.

2) nature *Bt.*
3) de répéter *Bt.*

3893 bis.

A.

CONFESSION DE FOI

de la communauté wallonne de Wesel 4. Février 1545.

1. Premierement nous croyons le contenu au simbole des apostres, du concil de Nicene et de sainct Athanase, comme nous confessons quil est ung dieu et non plusieurs en trois distinctes personnes le pere le filz et le sainct esprit.

et croyons que Iesus Christ filz de dieu est conceu du sainct esprit nayz de la vierge Marie et que il est vray dieu et vray home et par sa mort et passion il nous a achete de nos pechez et par sa glorieuse et triumphante resurrection nous somes justifiez.

nous croyons aussy la resurrection de la chair, et que nous ressusciterons des mors en nostre propre chair au dernier jour, les bons a la vie eternelle et les mauvais en condamnation.

2. Davantage nous croyons et confessons que il y a ung baptesme en la remission des pechez, et que les petitz enfans qui sont conceuz et naiz en pechie doibvent estre baptisez car a eulx appartient la promesse de la redemption par Christ.

3. Aussy nous confessons que la cene du seigneur doibt estre celebree et communiquee a tous soubz deux especes assavoir pain et vin selon linstitution et lordonnance de Christ, aux bons comme

estoit St. Pierre et aux mauvais comme estoit Iudas. Et est veritablement baillie et distribue le corps de Christ soubz ou en lespece du pain et le sang de Christ soubz ou en lespece du vin.

4. Aussy des magistratz et de la puissance du glaive nous sentons et tenons quil fault honnorer et obeyr aux magistratz non seulement aux bons et modestes mais aux rudes et maulvais tant et si longuement que ilz ne commendent rien contre Christ.

Sy confessons aussi que les biens ne doibvent pas estre communs, contre les anabaptistes, car jl est escript tu ne desroberas point.

Nous confessons aussy que les femmes ne doibvent pas estre communes car jl est escript pour eviter fornication ung chascun ayt sa femme. Pour quoy nous reiectons et avons en execration toutes sectes qui sont contre la parolle de Dieu comme les anabaptistes, les sacramentaires, les libertins et aultres semblables qui se sont separez de la vraye eglise de Christ en laquelle on enseigne purement sa parolle et les sacramentz sont administrez selon son commandement.

Pour la fin nous croyons que par la seulle foy nous sommes sauvez par la misericorde de dieu pour lamour de son filz Iesus Christ nostre seigneur sans noz propres merites.

B.

BEKENNTNISS

der Stadt Wesel. 29. Oct. 1561. [1])

Wy geloeuen dat inhalt des symboli der apostelen des concilii van Nycenen vnd des heiligen Athanasii als wy beliedenn dat daer sy ein Gott (vnd nicht viell Gaden) jn drie verscheiden personen, der vader der soin vnd der heilig geist. Wy geloiuen oick dat Iesus Christus Gades soin ontphangen sy van den heiligen geist, vnnd gebaren van die junckfrow Maria, vnd dat hy is waraftich Gott vnnd mensch *die sin ware fleisch vnnd bloett van Maria heft angenommen*, vnd dat hy durch synen doit vnd liden ons verloist heft van onsen sunden, vnd dat wy durch syn herlicke vnd froilicke operstendniss gerechtuerdiget syn. wy gelouen oick die operstendeniss des fleischs dat wy sullen van der doit verriesenn mit ons eigen fleisch jn den jungsten dach die gude tho dem ewigen leuen, die boisse auerst thor verdammnis.

Darenbauen wy belieden oick enen doip tot vergeueniss der sunden vnd dat die kleine kinderen (die dair ontphangen und gebaren syn in sonden) gedoipt moiten syn, want hoirluiden behoirt die beloiftenisse van verlosung durch Christo, *vnd Christus selft die doip ein nyegebort numet, dardurch wir van aller tyranni des duuels (der wy sunder die doip nit erlediget noch kwit kunnen werden) aick der sunden des doits vnd der hellen, erlediget kinder des leuens vnd eruen aller guder gades vnd miteruen Christi werden. Willen aick hirmit verworpen vnd verdampt hebn alle wedergedoipte ader wederdopere, aick die ore kinder vngedoipt geuerlicher wiese tho verachtung der heiliger doip liggen laten vnd versuimen der meynong dat vmb angebarner heilicheit orer elderen onnen die doip vnnoidich sye.*

Wy geloiven oick dat dat auentmail des heren gehalden vnd vitgespendett behoert tho werden allen minschen onder twe gestalt nemptligen broit vnd wyn na der jnstellung Christi, *vnd dat ons mit den broit vnd mit den wyn die substantsi des waren vnd wesentligen lif vnd bloit Christi dat er van der reiner jungffraw Maria entphangen vthgedeilt werde*, den guden als dair was S. Peter *thor selicheit* vnd den boissen als dar was Iudas *thor verdamniss. verwerpen oick hirmit transsubstantiation der papisten vnd der capernaiten meynong, oick die dar leren dat sy ein bloite figur ader teicken des liues Christi vnd werde allein geistlich emphangen. oick die dar lheren datt Christus na syner minscheit sitte tho besunderer plats im himmel vnd darumb allein myt syner kraft vnnd nit wesentlich (wie der doch warer gott vnd minsch ist) jn den auentmail tegenwoordich sye.*

Achten aick vit hochwichtigen orsaickcn christlick vnd gutt dat ein jeder van vns wanne er tho dem nachtmail Christi sich bereiden vnd begeuen wille thouorn mit berowen vnd beclagen synre sunden den kerckendiener sich presentir vnd die priuat absolution gemelter kerckendieners beger vnd ontfange.

Wy halden vnd geuoelen van der overicheit vnd macht des swertz dat men der ouericheit mot horen vnd gehorsam syn nit allein den guden auerst oick den vreden vnd boesen biss der tit tho dat sy ietwess widder Christo gebieden. Alsoe bekennen wy oick dat dat guet nit en moet gemein syn widder den widderdoperen want dar steet geschreuen ghi en sult nit stelen. Wy bekennen oick dat die frowen nit behoiren gemein tho sin, want dair steet geschreuen een jder hebbe syn frow op dat ebrekerie gevloden werde. Derhaluen hebben wy jn vervloickung aller secten die dar dem worde gades wederstreuen als dar syn die wederdopere die sacramentirers die libertiner vnd andere der gelicken die sich affgesundert hebn van der gemeint Christi jn welcker men gades wort reinelick lheret vnd die sacramenten vitspendet na synem beuhell.

Summa wir gelouen dat wy salich syn allein

3893 bis. 1) *Wolters, p. 456. — Wir unterstreichen die Zusätze zu der früheren Confession.*

durch den gelouen durch die gnad gades om die liefde synes sones Iesu Christi onses heren sunder vnse eigen verdiensten.

Gelauen aick jn allen anderen puncten vns der auspurgischer confession, aick gene heimlige bykumpsten noch vergaderunge tohalden, sunder allen vnd jederen ceremonien christliger lehr vnd predigen beider kercken deser statt Wesell item derseluiger statt privilegien plebisciten vnd gewonheit gemeess tohalden vnd tho erzeigen, dargegen nit thodoin ader durch anderen gedain tho werden tho reizen weder mit warden wercken ader jenigerley wiess vnd manieren by penen na begangener dait jnwendich drien dagen deser statt Wesell tho entwickenn.

C.

CONFESSIO VESALIENSIS

cui coetus Gallicus adstipulari paratum se declaravit 9. Nov. 1563.

(Wolters p. 458.)

1. De divinitate et humanitate Domini nostri Iesu Christi.

Credimus ea esse vera quae continentur in symbolo apostolorum, concilii Niceni et S. Athanasii, sicut nullum confitemur alium esse deum quam unum solum et non plures deos, in tres distinctum personas, patrem filium et spiritum sanctum. Credimus etiam quod Iesus Christus filius Dei conceptus fuerit de spiritu sancto et natus ex virgine Maria, et quod idem ille verus sit Deus et verus homo, qui carnem suam accepit et suum verum sanguinem ex virgine Maria, et quod per mortem suam ac passionem redemerit nos a peccatis nostris, et per suam gloriosam ac triumphantem resurrectionem iustificaverit. Credimus etiam resurrectionem carnis et quod resurgemus a morte in novissimo die cum hac propria nostra carne, boni quidem ad salutem et vitam aeternam, mali vero ad condemnationem et mortem.

2. De baptismo.

Ad haec confitemur unum baptismum in remissionem peccatorum, et quod infantes (qui concepti sunt in peccato) sint baptisandi, nam promissio a deo facta redemtionis humanae per Christum ad eos pertinet, imo ipse Christus appellat baptismum regenerationem aut nativitatem novam per quam liberamur a tyrannide diaboli, peccati, mortis et inferni, et fimus filii vitae, imo haeredes omnium bonorum dei ac cohaeredes Christi. Et hac ipsa confessione improbamus ac detestamur omnes rebaptisatos aut anabaptistas et eos similiter qui despicientes vel contemnentes s. baptismum pueros suos non baptisatos manere patiuntur, aut qui per oscitantiam vel negligentiam voluntariam eosdem mori sinunt antequam baptisentur, existimantes et asserentes baptismum pueris esse superfluum *quia sanctificantur infantes per promissionem, quum sacramentum sit confirmatio quaedam infirmitati humanae necessaria, ut hac ratione promissio magis nos provocare debeat ad baptismum quam ad huius contemptum inducere.*

3. De coena Domini.

Credimus etiam quod coena Domini celebrari debeat et administrari omnibus hominibus sub duabus speciebus, nimirum pane et vino, iuxta ordinationem et institutionem Christi, et quod in hac coena substantia veri corporis et sanguinis Iesu Christi quam accepit de virgine Maria omnibus exhibeatur tam bonis quam malis. *Et licet soli tantum fideles sint qui vere recipiant, sunt tamen et ipsi infideles tam corporis quam sanguinis rei, quia sacramentum polluunt dum recipiunt.* Hoc confitentes reiicimus etiam transsubstantiationem papistarum et opinionem Capernaitarum, deinde etiam eorum doctrinam qui docent signum tantum esse et figuram nudam corporis et sanguinis Iesu Christi, quique docent nos *spiritum suum* tantum recipere, *volentes excludere carnem et sanguinem, nam dictum est: caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Et quamvis talis receptio spiritualis sit, id minime est dicere non esse realem ac multo minus imaginariam. Confitemur enim quod, quamvis Christus iuxta naturam humanam in coelo sit unde eum exspectamus, sedeat tamen secundum infinitam virtutem suam ad dextram dei patris sui quae ubique extenditur. Itaque sine descensu aut loci mutatione potest et vult nos vere nutrire suo corpore et sanguine modo incomprehensibili.*

4. De confessione et privata absolutione.

Existimamus etiam, idque propter rationes quae et laudem merentur et valere debent, christianum esse et bonum ut unusquisque nostrum se coram ministro ecclesiae sistat cum contritione et poenitentia peccatorum, antequam sacram coenam adeat, requirens et recipiens ab eodem ministro absolutionem privatam, *quam tamen ad salutem non statuimus esse necessariam.*

5. De magistratu et potestate gladii.

Censemus et credimus magitratus ac eos qui potestatem gladii habent audiendos esse illisque obsequendum, non solum bonis et benignis sed etiam malis ac severis, modo nihil praecipiant quod Christo

adversetur. Sic etiam confitemur (contra anabaptistas) bona non debere esse communia, nam scriptum est: non furaberis.

6. Feminae non erunt communes.

Confitemur etiam feminas non debere esse communes, nam scriptum est: ad evitandam fornicationem unusquisque uxorem suam habeat. Quapropter detestamur omnes sectas contrarias et verbum dei non sequentes, ut sunt anabaptistae, sacramentarii, *illi nimirum qui extenuant virtutem sacramentorum aut usum corrumpunt*, libertini et similes, qui sese separarunt ab ecclesia Christi in qua verbum Dei pure docetur et iuxta huius mandatum sacramenta administrantur.

In summa credimus firmiter nos salvos fieri per solam gratiam Dei ob amorem filii sui Iesu Christi domini nostri sine ullis nostris meritis.

7. Promissio generalis.

Promittimus etiam nos in omnibus aliis articulis sequuturos conf. Augustanam secundum declarationem supra factam, neque habituros clandestina conventicula aut congregationes, sed observaturos omnes et singulas caeremonias doctrinae christianae et institutionem tam unius quam alterius in ecclesia civitatis Wesaliensis. Pollicemur similiter nos victuros iuxta privilegia, plebiscita aut *leges et* consuetudines praedictae urbis Wesaliensis nec contra quidquam tentaturos neque alium quempiam incitaturos qui verbo vel facto vel alio modo aliud conetur sub poena eiectionis ex urbe Wesaliensi et abitu ex ea parandi spatio tridui postquam contrarium probatum fuerit.

3894.

ZERKINTES CALVINO.

Pessima quaeque ex Gallia nunciantur de internecione exercitus Condensis, an vera quoque?

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 115.)

A mon tres honnore seigneur et frere en nostre Seigneur Iehan Calvin ministre de l'eglise de Geneve.

Redditae sunt mihi *Bullingeri* literae quas ille ad te scribit [1]) et ego misissem citius si tabellarium nactus essem idoneum. Dum hunc ipsum ablego, exemplum literarum vidi a proconsule seu gubernatore Burgundiae *Tasvannio* [2]) Friburgensibus (ut fertur) scriptarum, quibus his significat ad internecionem deletum esse exercitum Condensem apud Carnutum, [3]) principem captum, *Admiraldum* caesum et partes eius esse penitus fractas. Nos hoc credere vix possumus suspecto scriptori, et veremur tamen ne quid tale acciderit: adeo nunc turgent isti. Cupio ex te scire, non nostras calamitates, quas fama citius quam velim publicabit, sed si res patitur et ista falso feruntur, prosperiora. Si hoc non fert rei eventus, feret nostra patientia fata quae Deo visa sunt rebus nostris convenire. Culpae satis superque est quae Dei iram in nos accendit, resipiscentia nulla. Id quod indies magno cum animi cruciatu experior. Memineris eorum quae ad te scripsi bellum *Carolo* cum Germanis gerente, pridie Calendas Ianuarii eius anni extremo quem mihi ultimum optabam, [4]) ut hunc quoque Calendarum Ianuarii primum postremum vitae nostrae esse optandum foret, si in tantam angustiam res nostrae sint redactae. Vale. Bernae Calend. Ianuarii 1562. [5])

Tuus Zerchintes.

De Claronensium causa disceptatur nunc Thermopoli. [6]) Vereor ne sinistro successu, si 5. pagi certi sunt de Guisianorum victoria, Sabaudi quoque erigant cristas. Dominus servet suas reliquias.

3895.

MORELLANUS CALVINO.

Multas et taedio plenas in aula suae ducissae habet tribulationes, tam ex illius suspicionibus derivatas quam ex aulicorum pravis moribus emergentes, quas sane silentio praeterire religioni ducit.

3894. 1) *Nisi aliqua intercidit hoc referendum ad N.* 3879 *nam de ultima nobis cognita N.* 3888 *cogitari nequit.*
2) Gasp. de Saulx-Tavanes.
3) *oppidum Chartres a Dreux abest circiter viginti tribus passuum millibus* (34 *kilom.*)
4) *Si hic, ut vero simillimum est, ad finem a.* 1547 *spectat, talis epistola desideratur.*
5) *Sic ex lapsu calami. De anno* 1563 *dubitari nequit.*
6) *Badenae. Et disceptatum quidem est usque ad m. Oct.* 1564. (*Ruchat* VII. 32.)

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 55.)

A Monsieur et treshonnoré pere Monsieur Passelius.

S. Nuper, optime pater, coortus est magnus in me tumultus, propterea quod frequenti concione in amatores invectus fueram, nullo tamen nominatim appellato ac ne designato quidem. Ex his qui ei concioni aderant nonnulli, sibi fortasse non bene conscii, nostram libertatem acerbissime ferentes apud illustrissimam Principem conquesti sunt quasi maculam turpitudinis familiae eius inussissem, alios perfidiae, alios furti, alios libidinis traducendo. Et quoniam palam accusassem, palam quoque me adigendum esse ad palinodiam, autores erant. Eiusmodi vocibus mirum in modum exarsit in me mulier, mihi alioqui parum propitia. Infit quaerere qua de causa postridie eiusdem tam amarulento sermone in familiam suam declamassem. Negavi me magis aulicis quam oppidanis ac quibusvis aliis loquutum esse: ubique enim esse satis causae ad expostulandum. Quum ultro citroque multa verba fecissemus, tandem eo perveni ut dicerem, etiam in arce non deesse qui ob nimis familiarem consuetudinem pessime audirent. Sensit illico de quibus intelligerem. Nam antea eius rei indicium ad eam pervenerat. Confirmavit dato cuidam ex nobilibus negotio se nihil mali comperisse. Quid, inquam, si cui commissa quaestio est magis admonitionis indiget quam illi in quos inquisivit? Et profecto ridiculum erat adolescentis feminae avunculo negotium observandi dare si quid ab ea peccaretur, quum procul dubio celaturus fuerit si quid culpae deprehendisset, ne neptis Dominae stipendiis excideret domoque cum dedecore abdicaretur. Praeterea non levioribus suspicionibus stupri laborabat quam neptis avunculus. Itaque suadebam ut per se ipsa dispiceret ut familiam non tantum nomine sed etiam re castissimam haberet. Idque in officio esse et principis et matris familias et eius quae in summa pudicitiae laude ad hanc aetatem pervenisset. Quapropter interrogati clam hostiarii et qui sunt Dominae a cubiculis aliique nonnulli, qui etsi non fuerint stupri spectatores, tamen oscula clandestina, papillarum contrectationes, secessiones aliaque meretricia referebant. Accessit his (quod rescivi postea, tum autem me latebat) cuiusdam ornati viri testimonium, qui se oculatum testem amatoriorum gestuum ferebat, colloquiaque audivisse asserebat sororis natu maioris cum eodem qui consuescere dicebatur cum natu minore, quae nihil praeter foedam libidinem spirarent. At ego adduci nequeo ut credam tantam incestus foeditatem. Verumtamen ut omnes occasiones Princeps provida praecideret, eum in quem adulterii suspiciones incumbebant exauctoratum dimisit domum. Mox etiam cum marito eam quae primum accusabatur, specie quidem exonerandae familiae, cuius sumptum Princeps ferre nequeat, re vero ne semper ab istorum timeret amoribus. Ea res ingentem invidiae flammam apud consanguineos et affines eorum qui dimissi sunt mihi conciliavit, praecipue apud maritum adolescentis feminae, quem insontem uxoris culpam, si qua erat, luere ego quoque dolebam. Sed is ab uxore delinitus est, et in me inflammatus nihil aliud quam caedem minabatur. Quem quum binis literis ad colloquium invitassem, nihil aliud quam convicia exsecrationes et minas retuli. His a Domina intellectis, per affines huius, quos eo nomine Lutetia huc miserat, curavit ut mihi cautionem chirographi traderent qua me tutum a se pollicerentur et maritus et is qui adulterii insimulabatur. Eius chirographi exemplar ad te mitto, ex quo thrasonica ingenia perspicias. Quorsum, inquies, haec omnia? Non placet virum gravissimis studiis occupatissimum istis naeniis obtundere. Sed quoniam ab istis calumniae traducor, quumque Domina te disceptatorem atque arbitrum huic causae dixerit, necessario admonendus eras. Caeterum an illustrissima Princeps recte patiatur me ab istis mearum concionum causa, aut de iis rebus de quibus eam summotis arbitris admonui, in ius trahi, sicut istis concessit, aut ad alias ecclesias neglecto domi consistorio aut vicina synodo transferri, aut ab eo loco ubi nullo negotio causa cognosci potest eo deflectere ubi difficilius cognoscatur, et qua ratione id fiat, velim pro tua prudentia aestimes. Ego nullius ecclesiae censuram, nedum consistorii nostri, recusavi, quae omnia isti fastidiunt et quasi ex alto despiciunt. Neque id eo dico quod te arbitrum moleste feram. Quis enim te mihi optatior potuisset obtingere? Sed ut intelligas haec comparata esse ut mihi apud te fratresque reliquos Genebenses invidiam faciant. Rimantur enim iam diu atque ansas aucupantur, quibus me ab hac familia arceant, sed cum aliqua si possunt specie dedecoris. Quae quum animadvertissem, accurateque a quibusdam amicis commonitus fuissem ut mihi caverem, multa, mihi crede optime pater, indignissima pertuli. Nam quum illustrissima Princeps non vulgarem operam civili bello piis quibusque conservandis navaverit, et officiosa benignaque in calamitosos exstiterit, etiamsi erant in ea eiusque familia quae emendata cuperem, tamen ne linum fumigans exstinguerem non pauca dissimulavi et in meliora tempora distuli. Ad lenitatem me dedi, neque ad severitatem nisi coactus descendi. Quod mihi crimini datur paucis habe. Negant me de culpa ulla ad Dominam referre debuisse priusquam seorsim qui incusabantur monuissem. Nam hinc se domo abdicatos et infamia conspersos conqueruntur. Profecto, nisi me Domina antevertisset, ultimo loco eam admoniturus eram et tanquam ad

extremum remedium ad eam confugissem, si nihil apud illos neque mea neque consistorii autoritas valuisset. Quum autem rem illi non ignotam fuisse comperissem, quid peccavi exhortando ut curaret quo pudicam haberet familiam? Sed ponant, me primum de negotio isto apud Dominam verba fecisse, an ideo flagitium a me commissum est? Nonne id pastorum interest patres matresque familias submonere si quid in eorum familiis devium esse videatur? Nam quod isto modo famae suae iniuriam factam clamitant, falsum est. Nemini enim ea de re postea verbum Domina fecit. Ipsi, dum passim quiritantur, existimationem suam in dubium vocaverunt. Quanquam quid de me queruntur, quum rumor de amoribus eorum percrebuisset et per ora multorum vagaretur, longe antequam cum Domina syllabam protulissem? Res igitur, uti putant, non erat privatae admonitionis (ut perperam ex Matthaei loco colligunt: Si peccaverit in te frater tuus etc.), sed ad consistorium vocandi fuissent, nisi tumultus iste obstitisset et *Tontinus*, qui impudicitiae incusabatur se ad consistorium venturum proterve mihi negavisset. Nunc ex his, observandissime pater, iudica an officio functus nec ne fuerim. Quidquid statueris mihi erit instar oraculi. Caeterum quae efferre, quae tacita ex his literis habere debeas, te singulari prudentia virum supervacuum esset admonere. Vale, observandissime pater. Dominus te omni genere bonorum etiam atque etiam locupletet. D. Bezam reliquosque fratres officiosissime salvere iubeo. Ex Monte Argi pridie Nonas Ianuarii 1563 ante pascha. [1])

Tui observandissimus * filius et ad
omne officii genus paratissimus
Franciscus Morellanus.

3896.

MORELLANUS CALVINO.

Redit ad suam cum Ducissa Ferrariensi concertationem de sermone contra aulicos habito.

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 57.)

A Monsieur et treshonnoré pere Monsieur Calvin fidele ministre de l'Eglise de Geneve.
A Geneve.

S. Nisi literae quas pridie nonas Ianuarii dedimus ad te pervenerunt, spero brevi perventuras. In his veram leges historiam concertationis quae mihi cum aulicis quibusdam nostris intercessit propter quosdam rumores qui de amoribus eorum disseminati fuerant. Et quoniam iisdem de rebus illustrissimam Principem ad te puto scribere, peto a te ut cum eius literis meas coniungas: ut an ab officio pastoris sicut illi clamitant necne discesserim, diiudicare possis. Tuam ecclesiaeque autoritatem nunquam defugiam. Plus in me levitatis quidam desiderant. Sed Dominus testis est, me in eam partem peccasse magis, quam immodica severitate, qua de re supplex veniam ab eo peto. O concionatorum aulicorum miserrimam conditionem: quibus nihil fieri potest odiosius ferocibus ingeniis, quae ambitioni, quae avaritiae, quae luxui, quae libidini sese penitus manciparunt. Vale, observandissime pater, D. *Bezam* reliquosque ornatissimos fratres etiam atque etiam salvere iubeo.

Ex Monte Argi 4. Idus Ianuarii 1563 ante pascha. [1])

Tui observandissimus
atque ad omne officii genus paratissimus filius
Franciscus Morellanus.

3897.

BEZA CALVINO.

Supplementum quoddam est epistolarum plurium antea scriptarum quae an Genevam pervenerint nescit.

(Ex autographo Cod. Genev. 117. fol. 80, coll. c. Cod. 119, fol. 143; Cod. Bern. Epp. VI. p. 1032 et Simler. Vol. 106. Edidit Baum II. App. 204.)

Monsieur Monsieur Despeville.
A Villedieu.

3895. 1) *Addit:* ante pascha *quia tunc temporis Galli annum d.* 25. *Martii auspicabantur. — Ex Hist. eccl.* II. 466 *disces Montem Argi post proelium ad Dreux factum magno in periculo versatum fuisse, quo tempore Guisius Aureliam obsidebat. Quum de hoc discrimine Morellanus nihil dicat, vel nondum institisse dicas oportet vel ipsum suis negotiis adeo districtum fuisse ut reliqua minus curaret.* (*Cf. sequentem.*) *Caeterum quae hic legisti optime depingunt tam aulicorum mores quam ministrorum Calvinianae partis morositatem. Haagius de Morellano post colloquium Possiacense nihil amplius affert.*

3896. 1) *Hic vero iam mireris eum de rebus publicis tacere, suis privatis unice intentum. Hannibal ante portas erat. Nam Guisius victor Aureliam petebat vel iam eo pervenerat,* d. 18. *Febr. moriturus.*

S. Ne forte interceptae sint literae quas ad te his viginti diebus ternas [1]) dedi, nactus hunc tabellarium, satis ut opinor idoneum, nolui officio meo deesse. Neque enim dubito quin hoc praesertim tempore langueas mearum literarum desiderio. Mitto igitur iterum aut tertium potius, duplicem rerum nostrarum descriptionem, quarum posterior est aliquanto emendatior ea quam spero te antea accepisse, quoniam non fuit ita facile in tam vario eventu vulneratorum et caesorum nomina statim pro certo rescire. Angli, ut spero, tandem aliquando se commovebunt. Dieppa iam ab eis occupata. [2]) *Navarrena* fortiter pergit. Rupella recepta est [3]) eius ipsius opera qui eam hosti tradiderat. Princeps [4]) Dei beneficio valet et animo et corpore, sed arctissima custodia tenetur. *Ferrariensis* [5]) de pace agit et spero intra paucos dies fore ut proceres utrinque conveniant. Verum quid sperare possim non video. *Regina* heri *Conestabili* significavit *Adressanum* cum *Nemorsio* transegisse [6]) de Delphinatu, atque etiam *Cursolium* captum ad eum adduxisse, quod nobis nondum persuasimus. Cuperem vobiscum esse quibusvis conditionibus, si salva conscientia possem in hoc rerum statu discedere, et si satis tutum iter esset. Sed ut nunc res sunt de perseverantia et quibusvis aliis rebus potius quam de discessu mihi cogitandum puto. Nullam ad te scribendi occasionem praetermittam, sed vereor ne frustra, in tanta itinerum difficultate. Bene vale, mi pater, et me si unquam alias Domino commenda. Dominus Iesus te incolumem cum tota civitate tueatur et conservet. Amplissimos dominos itemque collegas et amicos omnes iubeo plurimum salvere. Aureliae 12. Ianuarii.

Tuus Beza.

Monsieur *de Sainct Germier* [7]) est mort deux iours apres la bataille comme ie vous ay escrit. Nous n'oyons nulles nouvelles de Messieurs *de Chandieu* ny *de Rognac*, qui nous faict conclure qu'ils soyent plustost morts qu'aultrement. [8]) *Malian* est retourne de prison.

Monsieur *de Normandie*, ie prie Dieu qu'il soyt avec vous. Il s'est trouvé une grande quantité de voz livres en ceste ville, qu'on m'a dict y avoir este laissé par un nommé *Bernardin*. Il y en a beaucoup de gastez et si vous n'eussiez eu icy des amys le reste estoit volé tant il y avoit mal pourveu. Encor y perdrez vous, mais i'en feray comme pour moy mesmes.

3897. 1) *Unam tantum habemus intra viginti dies ante hanc scriptam.*

2) *a. d. V. Non. Oct.* 600 *appulerunt duce D. Dormesay.* (*Hist. eccl.* II. 678.)

3) *Rupella saepius ab utraque parte capta fuit, ultima vice a catholicis* (*ibid.* 824, 828, 833.)

4) *Condaeus.*

5) *Si Cardinalem de pace agere dicit, fallitur: is enim potius bellum urserat. Caeterum tunc Tridenti erat ubi Id. Nov. appulerat, prope Aureliam a Dampetraeo expilatus.* (*Thuan.* III. 256.) *Nam de duce Alphonso eum hic loqui nobis aegre persuademus, quem tunc in Gallia fuisse non constat. Vide an de Ducissa loquatur.*

6) *Hoc factum est m. Nov. et Dec. Sed a. d. IV. Id. Ian. a D. de Mouvans captus est ut proditor* (*Hist. eccl.* III. 290. 306. *Arnaud*, I. 163 *sqq.*)

7) *Hist. eccl.* II. 242.

8) *revera perierant.*

3898.

LE SÉNAT DE GENÈVE AUX CONSEILLERS ET ÉCHEVINS DE LYON.

Prolongation indéfinie du congé de Viret.

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie. Bulletin XXI. 74.)

Nobles et honorez Seigneurs, bons amys et voysins aians receu voz lettres par lesquelles vous nous priez de permectre et accorder que nostre bon et loyal ministre et pasteur, maistre Pierre *Viret*, demeure en vostre ville, comme estant du tout desdié et arresté pour servir a vostre Eglise, nous avons communicqué vostre requeste a noz ministres et pasteurs: car nous n'avons pas voulu rompre l'ordre qui doibt estre observé en l'Eglise de Dieu. Et de faict ce seroit introduire mauvais exemples de rompre les elections des ministres dont il ne se peult en suivre que confusion. Et oultre ce que la chose seroit de maulvaise consequence puis que Dieu nous a faict la grace d'avoir ung estat moiennement reglé, et que les aultres ont l'oeil sur nous pour y prendre exemple, nous ne voulons pas mal commencer pour donner occasion de nous ensuyvre. Or là dessus noz ministres nous ont respondu, combien quilz trouvassent une telle procedure estrange et d'aultre part qu'il leur faict bien mal d'estre privez de la compaignie de leur frere et compaignon qui a tellement servy à Dieu avec eulx et duquel ilz actendent encores à l'advenir grant soulagement, toutesfois qu'ilz ne vouldroient empescher le bien commung de la Chrestienté, quand il sera congnu que ledict maistre Pierre *Viret* puisse plus advancer le regne de nostre

Seigneur Iesus Christ estant en vostre ville que icy. Parquoy apres avoir ouy leur response, d'aultant que nous desirons que l'Evangile ait son cours par tout, et ne sommes pas tant adonnez à nous mesmes et à nostre bien particulier que nous ne preferions l'edification generale de toute l'Eglise, nous n'avons pas voulu simplement vous refuser vostre requeste. Seulement nous exceptons deux poincts. Le premier est que vous advisiez bien de n'avoir point tel esgard à vous que nous aions dommage ou preiudice. Car combien que Dieu nous ait pourveu auiourdhuy nous craignons bien d'avoir faulte de telz ministres comme ceste Eglise les requiert, veu qu'une grant partie de la provision de France en est sortie. Le second est que ledict maistre Pierre *Viret* le trouve bon et congnoisse que son labeur est tellement profitable par dela qu'il y doibt demeurer. Car il ne s'est point tellement porté envers nous que nous et ses compaignons ne desirions d'estre quictes de luy, sinon que la necessité requiere quil soit ailleurs.

Quant à ce que nous avons fourny pour entretenir sa famille nous n'entendons pas d'en estre remboursez: car nous vouldrions beaucoup plus faire pour le soulagement de vostre Eglise et des aultres, et aussy nous luy sommes redevables de beaucoup plus, comme pour l'advenir nous ne luy vouldrions espargner rien de ce que Dieu nous aura donné. Et pourtant ne vous en mectez pas en peine, cas advenant qu'il vous demeure. Sur quoy etc. Donné ce 12e janvier 1563. [1])

3899.

BULLINGERUS CALVINO.

Pessima quaeque audiuntur de proelio ad Dreux facto et fusis protestantium copiis. Responsio Brentio destinata iam sum prelo est.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 462. — Simler. Vol. 106.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo domino et amico meo colendo et carissimo.

Genff.

S. D. Vix dixero tibi quanto sim in luctu propter Galliae res deploratas. Misit Rex literas quibus praedicat *Guysii* virtutes et Helvetiorum, quorum magnanimitate et infracto robore vicerit, fuderit dissiparitque omnes Hugonothorum acies licet instructissimas. Addit *Condensem* Principem esse captum neque restare aliud quam ut deleantur reliquiae. Paria cum his scribuntur 7 Cantonibus a capitaneis Helvetiorum. Aliunde quoque adferuntur literae: captum quidem *Conestablium* sed mortuum,[1]) *Andelotum* graviter vulneratum, *Admiraldum* cecidisse et ipsum.[2]) Pauculos elapsos ex fuga Aureliam pervenisse,[3]) ubi nunc sint obsidendi et trucidandi ac delendi mox omnes qui invocant nomen Christi. Et quanquam sciam quanta sit insolentia hostium Christi et quam vana saepe ipsorum encomia, terruerunt me tamen et tuae postremae literae sub fine anni praeteriti datae,[4]) quae et ipsae continebant nostros esse fusos. Nunc quoque fama (licet incerta) spargit *Guysium* a 7 Cantonibus novum petere militem,[5]) qui ipsi et regno contra Anglos auxilium ferat. Quod si verum esset appareret nostrorum res nondum adeo esse deploratas, sicuti gloriatur pars adversa. Feceris ergo rem gratissimam si ad nos scripseris, ut res ipsa habet sive feliciter sive infeliciter. Veritatem enim ipsam scire maximopere cupimus.

Significa item an literas Polonicas acceperis cum charta Gregorii *Pauli*[6]) et quid censeas his esse respondendum. Ante mensem enim misi ad te literas illas quas et mihi remitti cupio. Festinavi enim, necdum illas aliis communicavi. Responsionem *Brentio* datam absolvi,[7]) per Dei gratiam. Ubi impressa fuerit, mittam ad te exemplum. Festinanter has scripsi quod invenerim iam nunc recta Bernam profecturum et iam abiturientem. Salutabis D. *Ionvillaeum* et fratres alios. Nostri te una

---

3898. 1) *Reg. du Conseil* 10. *Nov.* 1563: *Calvin propose au conseil de rappeler Viret, dont le congé est expiré. Nov.* 18: *Nouvelles demandes des Lyonnais pour obtenir une prolongation du congé. — Nov.* 19: *Calvin rapporte qu'il a reçu des lettres de Lyon où l'on demande à garder Viret. Celui-ci n'ayant pas écrit lui-même on remet la réponse à plus tard, sur son avis. —* 12. *Ianv.* 1563: *L'église de Lyon demande qu'on lui cède tout à fait Viret.* Ouy l'advis des ministres, *la demande est accordée. Le registre ne fait pas mention des clauses et conditions.*

3899. 1) *captum, non mortuum.*
2) *de utroque falsus rumor.*
3) *Etiam haec vero minime consentanea. Catholicorum multo pluribus caesis Admiralius cum equitatu fere integro Aureliam versus se recepit, non ut ex fuga sed bono ordine.*
4) *nobis deperditae.*
5) *De his non constat.* Le duc ayant esté declaré lieutenant de l'armee à cause de la prison du Connestable fit que 17 nouvelles compagnies de gensdarmes furent dressees outre la crue de 10 autres, chacune de 20 hommes. (*Hist. d. choses mém. p.* 159) *Helvetiis prae caeteris male cessit pugna v. eorum literas ad suos ap. Baüm* II. 198 *ss. App.*)
6) *Vide N.* 3877 *seq.*
7) *N.* 3879.

cum tuis omnibus salutant. Vale, frater carissime, et amato nos semper in Domino. Tiguri 15. Ianuarii 1563.

Bullingerus tuus.

3900.

CALVINUS BULLINGERO.

Maior pars epistolae continet relationem proelii ad Dreux facti et rerum proxime sequutarum. Tum adduntur nonnulla de Balduino, et novo libello ad Polonos scripto deque variis rumoribus qui circumferebantur.

(Describimus exemplar Ionvillaei ex Cod. Genev. 107ª fol. 260, coll. c. apographis Cod. 108 fol. 146. Bernensi VI. 1107 et Simleri Vol. 106. — Versio anglica exstat Tom. IV. p. 286.)

Clarissimo viro D. Henrico Bullingero.

S. Tandem ab *Admiraldo* literae,[1]) quibus certiores facti sumus de proelio eiusque eventu. Princeps copias suas eduxerat ut cogeret hostes e castris egredi. Si officio functi fuissent pedites, victoria haud dubie statim nullo negotio nulloque fere dispendio parta erat. Peditum ignavia, quam alii perfidiam fuisse suspicantur, successum morata est. Quum videret *Princeps* turpiter eos cessare, Germanos dico et Gallos, perrupit, ut saltem pudore ad pugnandum eos compelleret. Illic vulneratus fuit equus in armo. Hinc factum ut hostes, qui non procul aberant, eo fuerint potiti, quia equum non satis tempestive recuperare potuit. Iam captus erat *Connestabilis*, occisus Marescalus *a Sancto Andrea,* unus ex filiis *Connestabilis*, Dux *Nivernensis* letale vulnus acceperat. Frater *Guisiani,*[2]) quem magnum Priorem vocant, graviter laesus. Ceciderant ex capitibus alii circiter viginti, inter quos tres regii ordinis equites. Capti ex primaria nobilitate non pauci qui hodie in tuta custodia tenentur. Strenue, ut viros militares decet, se gesserunt Germani equites: similis in equitatu Gallico alacritas. Magna in toto hostium exercitu edita strages. Ex nostris quinta pars non periit.[3]) Inter captivos nemo est excepto *Principe*, de quo magnopere simus anxii praeter unum, cognomine Mouifium *Simphaleum.*[4]) Quum nox urgeret utrique se in castra receperunt. Apud hostes summa trepidatio. Nostris postridie tanta fiducia ut hostes lacessere non dubitaverint. Continuit se *Guisianus* intra suas munitiones. *Amiraldo* satis fuit specimen illud edidisse. *Princeps* in arce quadam[5]) inter Carnutes et Druydas custoditur. *Regina* urbem primariam Carnutum profecta est. Paulo post *Rex* sequutus. Iam haud dubie illuc adductus fuit *Princeps.* Quis fuerit colloquii[6]) finis nescitur, nisi quod metuenda est nimia eius propensio ad spem vanam pacificationis,[7]) quae hactenus omnium nobis malorum causa fuit: quia ter et quater indigne proditus adduci nunquam potuit ut sibi caveret. Quanquam satis animose custodibus se opponit, ut dicas induisse virilem spiritum ab ipso die proelii. Profert edictum quod mense Iulio Regis nomine promulgaverunt hostes, ubi dicitur susceptum fuisse bellum eius liberandi causa. Negat igitur consentaneum esse ut nunc captivus fiat. Addit etiam, quum ordinum suffragiis creatus sit regni gubernator[8]) qui Regis personam repraesentet, neminem esse cui liceat manum iniicere in ipsum qui secundus est a Rege.

Pridie quam commissum fuit proelium *Princeps*

3900. 1) *nobis quidem deperditae sed hic a Nostro sine dubio fideliter excerptae. Cf. N.* 3887 *seq. Hist. des choses mém. p.* 158.

2) François de Lorraine, grand prieur de France, de l'ordre de S. Jean de Jérusalem. — *Brantôme éd. Buchon* I. 402*:* Il mourut d'une pleuresie sourde qu'il avoit gagnée à la bataille de Dreux à 31 ans, où il avoit combattu comme un Cesar tout le jour, et à la derniere charge s'estant fort eschauffé au combat, se retirant le soir qu'il geloit à pierre fendre, se morfondit et se couva la maladie dont il mourut 6 semaines apres. *Secundum alios obiit* le 6. mars 1562 avant Pasques *i. e.* 1563. (*Le Laboureur Add.* I. 439.)

3) *Anglus bene, ut videtur:* not a fifth. *Latina aliter intelligi possent.* — L'armee du Prince y perdit 2200 hommes de pied et 150 de cheval, tant Reistres que François.

4) L. de Vaudray Sgr. de Mouy en Beauvoisis, puiné des Seigneurs de St. Phale, assassiné à Niort en 1569. — *Brantôme:* Mr. de Mouy un brave et vaillant capitaine. Il le montra à la bataille de Dreux, car ce fut luy qui fit la premiere charge avec les 50 ou 60 casaques blanches esleues. *Hist. eccl.* II. 234*:* Mouy avec sa troupe et celle d'Avaret, tous deux de l'avant garde, furent les premiers qui donnerent dans le flanc des Suisses de telle roideur qu'ils passerent tout au travers. *Ibid.* 242*:* Mouy demeura prisonnier à la derniere charge ayant esté abatu et depuis estant longtemps demeuré à pied dans le bois. *Voyez aussi Le Laboureur, Addit. aux mém. de Castelnau* I. 772.

5) *Subinde in diversa castella abductus est, vide Hist. des choses mém.* 159, *Mém. de Condé* I. 109, *Hist. eccl.* II. 277, *de Thou* III. 388. *Regina cum Rege eum primum Blesiacum, postea in Castellum Ausin* (*Ousin*), *quod Rupefucaldorum erat, duci iussit.*

6) *Condaei cum regina.*

7) *Recte auguratus est. Nam* 19. *Martii facta est quam vocant Conventio Ambosiana, qua vel plures articuli Edicti Ianuarii, et quidem haud exigui momenti abrogati fuere.*

8) the king's guardian.

successorem *Admiraldum* nominaverat.[9] In eius nomen iterum iurarunt omnes copiae. Ex peditibus recepit non poenitendam copiam.[10] Mille Lansquenetti, vel circiter, in patriam reversi sunt. Reitteri non minus alacres quam initio: nullus tumultus, nullum defectionis signum. Dux ipse[11] ad constantiam socios omnes hortatur et optime sperat. Rogat etiam ne fides habeatur literis *Principis*, donec libertati suae fuerit redditus. Incredibile est quod dicam, et tamen verissimum, *Connestabilem* a duodecim tantum hominibus deductum fuisse Aureliam usque, et quidem tanta celeritate ut urbem ingressi sint paulo post viginti quatuor horas, confectis triginta milliaribus Gallicis, hoc est itinere quindecim horarum.[12] *Admiraldus* statuerat Anglos sibi adiungere.[13] Quod si res postularet, non reformidabat secundum proelium. Si forte versus Lugdunum tendat, ne putetis eum fugitare. Spargitur quidem fama, eum quaerere pacatam regionem ubi reficiat copias, sed latet aliquod interius consilium. Et certe magni interest, Lugduno mature ferri suppetias, antequam maiore annonae penuria illic laboretur. Accessit Baronis *Adressii* defectio. Quod si profligatus fuerit dux *Nemorsus*, latrunculis purgatus erit totus tractus Galliae usque in Aquitaniam. Provincia linguae occitanae vino et frumento sic abundat ut viis patefactis Lugdunenses futuri sint extra famis periculum. Ita in posterum timenda non erit obsidio. Et si duo equitum millia venerint[14] in subsidium, secum reducent non paucos comites, quae valida erit accessio.

Qui *Besae* nostri literas mihi afferebat vel interceptus fuit vel erravit per ambages. Scripserat quatuor diebus ante proelium in tela,[15] sed nuncii stultitia literae aliquamdiu vagatae sunt antequam mihi redderentur. Exemplar mitto. Ipse quidem Aureliae est incolumis, quum ad proelium fortiter cohortatus fuerit milites et inter principia steterit, ac si unus esset ex signiferis.[16] Hic rerum nostrarum status. Magnum scilicet operae pretium sibi facere visi sunt hostes, si iactantiarum fumos spargerent ad perstringendos simplicium oculos. Sed historiam fideliter descripsi.

Unum est quod abs te et bonis omnibus magnopere flagito, ut si qua sit fama de adventu cardinalis *Lotharingii* propere mihi significes. Fingit se iter facere ad novum Romanorum regem ut sit proxeneta qui coniugium regis Galliae cum illius filia conciliet. Verum aliud cogitat.[17] Antequam ergo propius Galliam accesserit, nostra refert de eius itinere cognoscere. Tu diligenter expiscare, et si quid compertum habeas potius per equos dispositos me admone, ut scelestis eius consiliis occurratur.

Utinam, quo tempore istac transiit *Balduinus*,[18] quispiam fuisset causae meae procurator: certe vel ius mihi fuisset negatum, vel nunquam laqueum effugisset. Quum mihi decretum esset morbos Polonicos[19] hoc tempore non attingere, precibus tuis vicisti ut impium errorem quo fascinati sunt nostri[20] detegerem. Miratus sum stolidam eius superbiam qui tam confidenter nobis minatur. Quanquam autorem epistolae suspicor esse audaculum quendam Gallum, cuius ingenium illic mihi videor tanquam in speculo cernere. Iudicium ergo meum tuo rogatu exposui, et quia responsum de Mediatore[21] intercidit, ne quid simile contingeret, edendum hoc curavi, quia etiam utile erit passim vulgari.

---

9) *Aliter Hist. eccl.* II. 245. Le 21. Dec. au village d'Anneau l'Amiral fut esleu chef de l'armee en l'absence du Prince prisonnier, combien qu'il refusast bien fort ceste charge, s'offrant d'obeir plustost à quiconque seroit esleu.

10) *scil. sec. eundem testem mille Gallos ex* 2500 *et* 900 *Germanos ex* 3000, *quorum* 1400 *capti fuerant.* (*Vide not.* 3.)

11) *scil. equitum. Quem Hist. eccl. l. l. vocat* le Mareschal de Hessen.

12) *Ibid.* 244: Le 20, d'asses bonne heure, nouvelles arriverent à Orleans qu'on amenoit le Connestable prisonnier, auquel on n'avoit donné qu'une petite relasche en chemin depuis sa prise, le faisant marcher sans cesse toute la nuict et le iour suivant iusques à ce qu'il fust receu à Orleans et serré mesmes au logis du Prince.

13) *Pluribus oppidis captis Aureliae castra posuit quo eum Guisius sequutus est. Inde ut hostes cogeret suas copias dividere Admiraldus cum equitibus Germanis et parte nobilitatis gallicae Normandiam versus contendit, Andeloto cum reliquo equitatu et peditibus Aureliae relicto Cal. Febr.* (*Hist. eccl.* II. 245, *Hist. des choses mém.* 159.)

14) Two thousand horsemen have come *etc.*

15) *Sic! Anglus omittit.*

16) *Besa in Apol. alt. ad Cl. de Xaintes* (*Tract.* II. 362): Interfui proelio et inchoanti et desinenti (quidni enim hoc facerem eo rite vocatus?) et quidem, quod magis mireris, palliatus non armatus. Nec mihi quisquam vere vel caedem cuiusquam vel fugam obiecerit. Illum quem commilitonem meum appellas [*Perrucellum*] nescio an toto illo die viderim. Fugisse quidem eum constat cum altero quem nominas [*Throkmorton*] proditione in oppidulo vicino captum.

17) *Vani rumores. Cardinalis Tridenti erat ubi de proelio facto et morte fratris certior factus fuit* (*de Thou* III. 377. 403). *Pridie Idus Febr. Oenipontum profectus ad invisendum Imperatorem cum novem episcopis gallicis mox ad concilium rediit.* (*Guillemin, le Card. de Lorraine* 339, *Languet Ep.* 17. *Ian. p.* 230.)

18) Bellum civile quod tunc in Gallia saeviebat eum magna sollicitudine affecit . . . . mox ex hoc tristi rerum statu liberavit eum mandatum regis Navarrae, cuius ius in regno Navarrae concilio Tridentino ostenderet. Sed paucos dies Tridenti commoratus audita regis morte statim reversus est in Galliam (*Heveling, Bald. p.* 37. *Biga p.* 191). *In hoc itinere Turico transiisse videtur.*

19) Brevis admonitio ad Polonos. (*Opp.* IX. 629. *Prolegg. p.* 48.)

20) our countrymen. *An revera de Gallis in Polonia degentibus cogitandum? Quod sequitur Statorium notare videtur Tonvillanum.*

21) respecting an arbiter!! *Imo contra Stancari dogma de Christo mediatore scriptum.*

Dum literae nuncium exspectant, exorta est fama de novo conflictu in quo caesa fuerunt duo vexilla hostium. Nam quod de morte *Guisiani* Cameraci dicitur, mihi non est verisimile.[22]) Lugduno emissa sunt tria hominum millia quae vicinum agrum popularentur. Multis navibus iam advectum fuit triticum. Si Matisconem recuperent sicuti sperant, satis laxa erit annona ob liberam navigationem e Burgundia. Arar enim triticum, vinum, lignum et foenum large suppeditabit. Vale, clarissime vir et frater mihi ex animo observande, cum reliquis symmystis. Dominus vos omnes servet incolumes, spiritu suo semper regat ut vestros labores benedicat. Genevae 16 Ianuarii 1563.

Ioannes Calvinus tuus.

Citius has missurus eram, nisi vehementer rogasset *Trecius*[23]) ut in suum abitum differrem. Putavit enim suum ad vos adventum fore gratiorem si ipse perferret. Non erat quidem ad manum alius nuncius, sed potius in animo erat conducere qui Bernam usque iret. Forte apud vos quoque volitabit rumor quem hic sparserunt Germani de occisis in Campania legatis, quem tamen existimo vanum esse quia consilium dederat D. *Spifameo Principis* legato Ill. comes *Palatinus* ne urgeret de mittenda legatione. Ita res interrupta fuerat. Quod autem dicunt unum fuisse ex familia *Luneburgensi*, alterum vero comitem *Mansfeldensem*, nullo modo credibile est.

3901.

CALVINUS AD POLONOS.

Testimonium pro Trecio.

(Ex autographis Cod. Genev. 108, fol. 147 et 107a, fol. 261 v. Bern. VI. 1111. — Simler. V. 106.)

Quamdiu apud nos vixit D. Christophorus *Trecius* Polonus, ita se gessit, et ea edidit documenta pietatis, modestiae et integritatis, ut nunc ad suos redeuntem sine testimonio dimittere neque rectum sit neque humanum. Idque non magis ipsius privatim quam ecclesiae Polonicae interest, quae dum quosdam non satis probe examinatos admittit plus satis graves iam coepit suae facilitatis poenas dare. *Trecius* vero nunc quum aliunde mihi non vulgari modo esset commendatus certis experimentis probavit se dignum esse qui a piis omnibus viris ob suas virtutes ametur. In patria vero non parum utilem fore confido. Non frustra iubet Paulus observari qui laudem merentur. Nunc in tanta vitiorum congerie et rebus adeo turbatis discrimen plus quam necessarium est. Verum non dubito quin sibi ipse, absque meo elogio fidem acquirat. Tantum sinceros Dei cultores hortabor si qui adhuc in Polonia nobis sunt amici, ut hominem sibi utilem fidumque adiutorem amplexentur, ne dona quae Deus apud ipsum deposuit suffocent. Genevae 16 Ianuarii 1563.

Ioannes Calvinus.

3902.

CALVINUS FRATRIBUS.

Testimonium pro iuvene quodam studioso.

(Exstat in Codd. Genev. 107a, fol. 261 et 108, fol. 147 item ap. Simlerum Vol. 106.)

Vixit aliquamdiu apud nos pius adolescens Wendelinus *Mathiacus* Trarbachensis, qui huc profectus erat, ut ingenium pietatis doctrina et bonis literis excoleret. Nec vero partibus suis defuit, quia fidelem et assiduam operam impendit pietatis exercitiis, honesteque ut christianum hominem decebat cum scholasticis versatus est, seque ita formare et comparare studuit ut sperem fore utilem ecclesiae ministrum, si quando ad munus docendi vocatus fuerit. Itaque quocunque venerit piis fratribus commendatum esse cupio sicuti dignus est. Genevae 16. Ianuarii 1563.

Ioannes Calvinus dictavi
et manu mea subscripsi.

---

22) *Neque verum erat. Nonis Febr. Guisius Aureliam venit*, il vint se camper à Olivet, gros bourg à une demi lieue d'Orleans (*Hist. eccl.* II. 262. *Hist. des choses mém.* 162).

23) *Vide sequentem et N.* 3885. *Anglus scribit* De Frie, *quod simul typographi et translatoris videtur errori tribuendum, qui hunc Polonum Trecium cum Genevensi Guil. de Trie confundebat.*

3903.

LE SÉNAT DE GENÈVE AUX SEIGNEURS ET CONSEIL DE L'ÉGLISE DE LYON.

Congé accordé à Viret.[1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie. — Bulletin XXI. 76.)

Spectables et honorez seigneurs, bons amys et voysins, nous pensons bien que vous verrez la response que nous avons faicte aux nobles seigneurs conseillers et eschevins touchant nostre bon ministre et pasteur, maistre Pierre *Viret*. Vray est que nous avons trouve estrange que vous ayez oublie toute regle et police d'eglise. Tant y a qu'ayans ouy la declaration que nous ont faicte noz ministres et pasteurs, nous avons bien voulu monstrer que nous aymons mieux porter perte et dommaige que de voir la dissipation de vostre Eglise: parquoy si luy estant sur le lieu congnoit que sa presence y soit requise, comme aussy vous le protestez, nous souffrirons quil demeure, combien que ce ne soit pas sans regret. Donné ce 18 de janvier 1563.

3904.

CALVIN A LA REINE DE NAVARRE.

A l'occasion de la mort de son mari. Conseils religieux et politiques.

(Copie Bibl. nat. Coll. Dupuy. Vol. 102, fol. 40. — Bonnet II. 488. Trad. angl. IV. 290.)

Madame, puis qu'il a pleu a Dieu, en retirant de ce monde le feu Roy vostre mary,[1]) vous remettre toute la charge de vos pais et subiects, vous faites tresbien de penser a vous acquitter de vostre devoir, comme ayant a rendre conte à un Maistre et Souverain Prince, lequel veut que son droict luy soit gardé. Car en commandant qu'on le craigne et qu'on honore les Rois, puis qu'il vous fait cest honneur de vous associer a soy, c'est bien raison que vous mettiez toute peine a luy faire hommage et recognoissance de l'estat et dignité que vous tenez de luy, et comme vous ne voudriez souffrir que la superiorité qui vous appartient vous fust ravie par vos officiers, aussi faut il bien, si vous desirez d'estre maintenue sous la protection de Dieu, que vous donniez ordre entant qu'en vous sera qu'il soit servi et honoré de tous, monstrant exemple a ceux qui doivent ensuivre. Et de faict, Madame, voila comme vostre Regne sera establi devant luy, c'est en luy assubiestissant vostre Maiesté. Vous scavez que tous genoulx doivent ployer sous l'empire de nostre Seigneur Iesus Christ: mais notamment il est commandé aux Rois de les baisser en signe d'hommage, pour mieux specifier qu'ils sont tenus plus que les autres à humilier la hautesse qui leur est donnee, pour exalter celuy qui est chef des Anges de paradis, et par consequent des plus grands de ce monde. Aussi, Madame, puisque le gouvernement est auiourdhuy venu entre vos mains, cognoissez que Dieu veut tant plus esprouver le zele et sollicitude que vous avez de vous acquitter fidelement a mettre sus le vray service qu'il demande. Il y a plusieurs raisons qui m'empeschent de deduire cest argument plus au long. C'est aussi qu'il est enioint à tous ceux qui ont domination, de purger leurs terres de toutes idolatries et souillures dont la pureté de la vraye religion et corrompue. Et quand St. Paul commande de prier pour les Roys et ceux qui sont en preeminence, ce n'est pas sans cause qu'il adiouste la raison, afin que nous vivions sous eux en toute pieté et honnesteté. Devant que parler des vertus civiles, il met la crainte de Dieu, en quoy il signifie que l'office des princes est de procurer que Dieu soit adoré purement. Je considere les difficultez qui vous peuvent retarder, les craintes et doutes qui vous peuvent debiliter le courage, et ne doubte pas, Madame, qu'en* tant de conseillers que vous aurez autour de vous, s'ils regardent ce monde, ne taschent a vous empescher. Mais il est certain que toute crainte des hommes qui nous destournent de faire a Dieu l'honneur[2]) qu'il merite, et nous induit a le frauder de son droict, nous rend convaincus que nous ne le craignons pas a bon escient, et n'estimons gueres sa vertu invincible de laquelle il a promis nous garentir.

3903. 1) *Voyez N.* 3898.

3904. 1) *Blessé devant Rouen le* 14. *Oct.* 1562 *il voulut se rapprocher de Paris pour mieux se soigner, mais il mourut en route à Andelys le* 17. *Nov.* (*Relation de la mort du roi de N. dans les Mém. de Condé* IV. 116. [*par un huguenot, peut-être Mésières, le médecin du roi*], *et dans Cimber et Danjou, arch. cur. de l'hist. de Fr. V.* 70. *Hist. eccl.* II. 649. 665.) *Sa veuve resta souveraine, d'après le droit de Navarre, et son fils, alors âgé de* 9 *ans ne prit le titre de roi qu'après sa mort. Elle nomma son cousin, le vicomte de Rohan, lieutenant-général du royaume, protégea les protestants et laissa la liberté aux catholiques. — Nérac ayant été pris par Montluc en automne* 1562 *la reine résidait à Caumont en Guienne mais elle fut obligée de se retirer en Béarn.* (*N.* 3886. 3844. *Hist. eccl.* II. 764 *suiv.*)

2) l'hommage *Bt.*

Parquoy, Madame, afin de surmonter toutes difficultez appuyez vous sur l'asseurance qui vous est donnee d'enhaut, quand vous obeirez a ce que Dieu requiert. Ce sont les deux points où il vous convient avoir vos deux yeulx fichez, et mesmes ils vous doivent servir d'aisles a vous eslever pardessus tous les obstacles du monde, assavoir ce que Dieu vous ordonne, et qu'il ne faudra a vous tenir la main forte pour venir a bout de tout ce que vous attenterez en son obeissance. Or ie scay les disputes que plusieurs esmeuvent pour monstrer que les princes ne doivent pas contraindre leurs subiects a vivre chrestiennement.[3]) Mais c'est une dispense trop profane de permettre a celuy qui ne veut rien quitter du sien, que son superieur soit fraudé de son droict. Et si n'est assez du commandement, ceste menace nous doit bien faire trembler, que tout Royaume qui ne servira a celuy de Iesus Christ sera ruiné. Car cela se rapporte proprement a l'estat de l'Eglise Chrestienne. Ainsi quelques belles excuses qu'amenent ceux qui veulent colorer leur lascheté, ie vous prie, Madame, d'entrer en vous mesme, et iuger si l'Empire de Dieu ne doit pas estre preferé a l'honneur qu'il vous a donné, et ce point vous sera tantost bien resolu.

Il reste en second lieu de vous armer de ses promesses, afin que vostre foy soit victorieuse par dessus le monde, comme dit St. Jean, et ici qu'il vous souvienne de ce qui est dit au Prophete Isaïe et allegué par St. Pierre, de ne nous point estonner de la frayeur de nulle multitude, mais sanctifier le Seigneur des armees, afin qu'il soit nostre forteresse. Je scay, Madame, combien vous estes espiee de vostre voisin[4]) qui ne faudra pas, s'il peut, a prendre occasion de troubler: mais en craignant Dieu vous ne le craindrez point. Ce ne sera pas zele qui l'esmouvra, encore qu'il en face une fausse couverture. Voyant donc qu'il vous aguette pour vous nuire, fortifiez vous de meilleure defence que vous puissiez avoir. Que si Dieu permet que les malins s'efforcent a vous faire quelque molestie, que l'histoire memorable du roy Esechias vous vienne en memoire. Car combien que Dieu laschast la bride à l'ennemy pour l'assaillir, tantost apres qu'il eust abbatu les superstitions, et mesme qu'il luy fut reproché par Rabsaces, que Dieu ne luy aideroit pas, veu qu'il avoit abbatu les autels, toutesfois le secours admirable qui luy vint soudain du ciel, vous est matiere suffisante pour desfier tous ceux qui cuideront avoir advantage sur vous, sous umbre du changement.

Cependant, Madame, je ne dis pas que tout se puisse faire en un iour. Dieu vous a donné prudence pour iuger de la procedure que vous aurez a tenir, les circonstances aussi vous enseigneront quels moyens seront les plus propres. Et pource que le papier ne peut tout comprendre, i'ay remis la plus grand part au porteur, lequel ie vous ay choisi pour le plus suffisant que i'eusse en main, selon que i'espere bien que le trouverez tel par experience.[5]) J'ay impetré tant de nostre Compagnie que de nos seigneurs que vous en aiez la iouissance, pour le temps que vous l'avez fait demander, et tous s'y sont volontiers accordé, pource qu'il n'y a celuy qui ne desirast de s'employer entierement a vostre service. Seulement je dirai ce mot, Madame, que vostre plus aisé sera de commencer aux lieux qui semblent les plus difficiles, pour estre les plus apparens. Car ils se rangeront avec moins de bruits, et si vous en avez gaigné un, il tirera apres soy plus longue queue. Je ne vous advertis pas que vostre presence y sera sur tout requise, comme aussi qu'il faudra faire telles provisions les unes sur les autres que les ennemis soyent rompus ou fort affoiblis, devant qu'entrer en combat manifeste.

S'il vous plaist aussi, Madame, de mettre en effect ce que vous avez deliberé, ce sera un acte digne de vostre Majesté, et autant utile à la Chrestienté qu'il seroit possible, c'est d'envoyer vers les Princes d'Allemagne, pour les prier et exhorter a continuer la bonne affection qu'ils ont monstree a soustenir la cause de nostre Seigneur. Il se faudroit adresser au Conte *Palatin* Electeur, au Duc *Auguste de Saxe* Electeur, au Duc de *Wittemberg*,[6]) au Lantgraff de *Hesse*: mais le plus tost seroit le meilleur. Je vous supplie donc, Madame de haster ceste despesche. Je laisse le reste au porteur a dire de bouche.

---

3) *Olhagaray, hist. de Foix etc:* Elle deffendit absolument partout l'exercice de la religion romaine (*France prot.* 2e *éd.* 106), *Par contre Muret p.* 140 *dit:* Elle déclara qu'elle a donné à chacun la liberté de servir Dieu selon les lumières de sa conscience. — *Nic. de Bordenave, auteur contemporain, Hist. de Béarn et de Navarre P.* 1873, *p.* 114: Le roy Antoine mort, sa femme, qui pendant la vie d'iceluy n'avoit osé faire tout ce qu'elle eut bien voulu pour l'avancement de sa religion, commença de dresser tous ses desseins à cela . . . Elle fit abbatre les images des églises des principales villes, laissant toutesfois la messe et tout l'office romain aux autres lieux où tous ceux qui vouloient pouvoient aller en toute liberté et nul estoit contraint de faire rien contre sa religion.

4) *M. Bonnet pense que Calvin parle ici de Montluc, le farouche gouverneur de Guienne et Gascogne. Mais celui-ci ne fut investi de ses pouvoirs qu'en* 1564 (*Muret* 130). *Antérieurement il n'était que l'adjoint de Burie* (*de Thou* III. 313). *Nous croyons donc plutôt qu'il est question du roi d'Espagne.*

5) *Il s'agit de Raimond Merlin. Mais il y a ici une difficulté qui est de nature à arrêter la critique. La présente lettre est datée du* 20. Janvier, *et d'après le Registre du Conseil Calvin n'a demandé le congé de Merlin que le* 22. Fevrier. *Le copiste auquel nous devons notre texte aurait-il commis une faute en transcrivant la date?*

6) *sic.*

Madame, apres vous avoir presenté mes tres humbles recommandations a vostre bonne grace, ie supplieray le Pere celeste vous tenir en sa saincte garde, vous gouverner par son Esprit en toute prudence, vous fortifier en vertu et constance, et accroistre vostre Maiesté en tout bien. Ce xx. de janvier 1563.

3905.

BEZA CALVINO.

Recentissima ex Gallia et quidem, si omnia perpenderis, minime infausta.

(Ex apographo Cod. Rhediger. Vrat. II. 179. — Gillet, Crato. II. 491.)

In tantis molestiis, quantas his tribus mensibus sustinuimus, vix quidquam mihi fuit hoc uno acerbius, quod itineribus interclusis neque te de rebus nostris certiorem facere nec de te quidquam audire potuerim. Sed ferendum fuit quod mutare nullo modo licuit ac ne nunc quidem licet, et confido te de mea tum voluntate tum diligentia nihil dubitare. Quinas tamen ad te dedi ex quo die certatum est [1]) et rerum omnium duplicem commentarium ad te misi. Sed quia certo scio unas et alteras fuisse interceptas, vereor ut idem reliquis acciderit. Dum comparo quae tum a nobis tum ab aliis undique ad nos adferuntur, videor coram iam cernere, quod [2]) iam inde ab initio mihi persuasi, Deum videlicet constituisse sua manu hostem conficere. Nam ut ea praetermittam quae proelium anteverterunt quaeque in ipsa pugna mirabiliter acciderunt, quis putasset futurum ut non modo non frangeretur voluntarius iste equitatus, [3]) sed etiam confirmaretur? Et ut nostri illi Atlantes, quibus secundum hominem nitimur, quamvis millies et mille artibus tentati atque adeo ne teruncio quidem tribus his mensibus accepto tamen fortissime perseverarent? Et his quam multa occurrunt quae scribam? Sed haec alias si volet Dominus. A Septentrione itidem laetissima omnia accepimus. Et sane ita opus erat. Ab oriente quoque et pecuniam et militem paratum habemus, si modo Lugdunenses non dubitent fidem suam interponere, quod non video cur detrectent, quum tot tantosque habeant coniunctos fideiussores. Nihil hic aeque vereor atque longam temporis moram, quum id ante mensem confectum oportuerit: neque hic ulla est vel in nobis vel in illis culpa, sed tabellariis interceptis aliter fieri non potuit. Necesse est autem ut tanto celerius res omnis administretur.

Interea Christus in Aquitania rursus emergit. Et in Picardia circumvolitant templorum praedones. Et ubi non? Ita fieri spero ut per occasionem Antichristus destruatur. Hoc quidem pessime nos habet quod militaris ista licentia satis cohiberi non possit, neque dubito quin Dominus pergat istam profanitatem severe ulcisci. Verum ut non possimus sicut volumus velificari, tamen certe in portum appellemus. Totus hic mensis datus est reficiendis copiis et vicinis oppidis expugnandis, quod satis feliciter successit in ipsis paene hostium oculis. Illi inferiorem fluvium [4]) tenent ad Alagdum et Balgenciaci [5]) rudera: nos vero superiorem obtinemus. Cras, favente Deo, omnibus impedimentis cum validissimo praesidio hic relictis quam maximis itineribus cum quatuor equitum millibus recta in N. [6]) progrediemur. Si urbem [7]) obsederit hostis optime speramus: si nos insequutus certamen non detrectarit (quod tamen apparet nunquam futurum) secundo pugnabitur et optimum speramus eventum. Hostis ubi vidit nostras copias contra spem non posse ullis artibus dissipari, iterum proposuit colloquium de pace. Princeps vero est fortis [8]) quamvis indigne tractetur. [9]) Captivus leo [10]) in vulpem

---

3905. 1) *d.* 19. *Dec. proelio Druidensi. Ex illis servatae sunt N.* 3887 *et* 3897.

2) qui *G.*

3) *Hist. eccl.* II. 250: L'Amiral, craignant que les Reitres à faute de payement ne fissent des retifs ou bien se laissas ent pratiquer, appliqua tout son entendement à leur persuader d'attendre l'argent d'Angleterre et perseverer cependant, ce qu'il obtint d'eux finalement, voire iusques à ce poinct que se fians entierement sur la loyauté et integrité notoire d'iceluy, ils firent nouveau serment entre ses mains, l'asseurans qu'ils feroient declarer *Chelmes*, c. à. d., meschans et infames, et livreroient entre ses mains ceux qui refuseroient le combat . . . . Pour contenter les plus necessiteux il fit delivrer quelques deniers es mains des commissaires Alemans pour les distribuer à ceux qu'ils iugeroient en avoir plus grand faute (*Cf. Popelinière* 1581. I. *fol.* 350 *v.*) *Ibid.* 257: L'Amiral avec toute sa cavalerie, hormis ce qu'il laissa pour la defense de la ville, partit d'Orleans (*pour la Normandie*) le 1. Fevrier, n'estant ceste troupe moindre que de 4000 chevaux refraischis et trop mieux equippés que le iour de la bataille (*de Dreux*).

4) *Ligerim.*

5) *Beaugency* (*Hist. eccl.* II. 250: Le duc de Guyse avoit desia passé du costé de B. en Soulongne). *Quod oppidum Alagdum dicat nescimus.*

6) *Normandiam. Colignaeus Cal. Febr. cum copiis eo profectus est.*

7) *Aureliam.*

8) *Vide potius quae dicit Calvinus N.* 3900.

9) *Mém. de Castelnau, éd. Le Laboureur p.* 131: Le Prince fut envoyé à Chasteau d'Onzain où il pratiqua de se sauver, ce que toutefois il ne put exécuter, et y en eut quelques uns pendus de ceux qui faisoient l'entreprise.

10) *Connestabilis.*

mutatus iurat se pacem facturum: at ego ne iurato quidem crediderim, nec video quid ab istis exspectari possit nisi ad extrema redactis. Spero te accepisse quae in Parisiensi obsidione ultro citroque sunt de pace agitata, me in nonnullis vehementer quidem sed frustra reclamante. Nunc opinor nos fortiores futuros, utinam ad extremum usque! Ista interea expeditionem nostram nihil remorabuntur, et puto me ipsam usque insulam [11]) multis de causis traiecturum. Memineris ergo per me non stare si minus saepe scripserim quam optem et quam tu cupias. *Navarra* fortissima est. *Ferraria* quidem praebet afflictis hospitium et ecclesiam servat, sed mulier est et quidem summi illius amici nostri socrus.

Rogo ut ampl. senatum et omnes collegas et amicos meo nomine plurimum et officiose salutes. Bene vale, mi pater. Dominus Iesus te servet incolumem et faxit ut brevi compositis tantis tumultibus vestro conspectu fruar. Aurel. pridie Cal. Febr. Tibi privatim, mi *Calvine*, Davidem meum commendo.

Tuus Beza.

3906.

ZERKINTES CALVINO.

Ruinam regni Gallici praesagit Helvetiorum quoque secum tracturam. Qui non nisi metu vicinorum inter se pacem colunt, iisque oppressis in sua ipsorum viscera dextram convertent.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 104.)

A mon honnore seigneur et frere en nostre Seigneur Iehan Calvin ministre de Dieu et de son esglise de Geneve.

Quae de rebus Gallicis significasti fuere gratissima et tamen dum tuas exspecto literas aliunde ad nos perlata iis exceptis quae de consiliis *Admiraldi* scribis [1]) a nemini* ante hic scita neque a me cuiquam dicenda. Ex omni ista tragoedia colligere aliud non possum quam actum esse de monarchia regum Franciae, et hanc ruinam secum trahere vicina pleraque, (vereor non mea causa ne nos quoque Helvetios) intelligo. Sic enim mecum colligo, cladem regni Gallici ultionem esse divinam. Non partium quae armis alia occasione decertant, sed sanguinis humilium terrae toto orbe Galliae regum nimia dominandi libidine contra ius et fas temere fusi, idque nostro ministerio: et auxilio quorum nimium mercenaria opera perinde domino displicet, ut eorum qui nos conduxerunt insatiabilis cupiditas. Neque nobis satis est securitatis quod hac parte resipuimus. Conspurcamus enim hanc virtutem aliis offensis iram divinam provocantibus. Sed his accusationibus apud te non est opus qui es acerrimus censor morum nostri temporis vellesque resipiscentiam maturius esse inchoatam quae adhuc neglecta iacet. Cur Dei in nos iram metuam hoc quoque in causa est quod video nos, qui nomen Christo dedimus, tantum non apertis odiis prodere nostram malevolentiam, credo quod metu externi hostis latentes simultates occultare cogimur. Sed quam firma sit amicitia quae ab alieno metu pendet, ipse satis nosti. Spes nunc melior haud affulget. Misimus nuper Argentoratum nuncium sciscitaturi quid nunc Germania moliatur, et quomodo se ad istos Galliae motus componat. [2]) Sed retulit omnia languere, omnes sua curare. Utinam nos nostra quoque, hoc est, pacem et concordiam saltem inter nos, exiguos numero, totoque orbi in scopum ad quem collimet expositos, foveremus. Vale, pater ac frater in Domino colende, neque contaminari nostram amicitiam et caritatem rumoribus patiaris. Ego enim tibi eam servabo integram et inconcussam, etiamsi aliqua rationum et sententiarum diversitas nonnunquam aliud suaserit sed non persuaserit. Bernae Cal. Feb. 1563.

Tui observantissimus N. Zerchintes.

3907.

BULLINGERUS CALVINO.

Bezam salvum esse gaudet. De Cardinali ut rogatus fuit ad diversos scripsit. Sinistris rumoribus ex Gallia allatis fidem negat. Scribit nunc contra Brentium. Post-scriptum addit ad Ionvillaeum.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 451. — Simler. Vol. 106.)

---

11) *Angliam.*

3906. 1) *literae non exstant. De consiliis Admiraldi etiam ad Bullingerum scripsit N.* 3900.

2) *Principes Francofurti congregati Imperatorem permoverunt ut d.* 15. *Ian.* 1563 *ad Regem Galliae scriberet de tribus episcopatibus imperio reddendis.* (*Barthold* 477).

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo, domino meo colendo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Gratissimae fuerunt mihi tuae literae per *Trecium* missae et illae quas a discessu *Trecii* submisisti. [1]) Utinam brevi certo audiamus, conflictum illum posteriorem sine bonorum virorum iactura factum. Absumunt enim infelicia bella viros optimos qui in gubernatione et ecclesiae et reipublicae plurimum poterant praestare. Quam vero gaudeo *Besam* nostrum vivere et valere. Misere timui iam diu ne quid ei accidisset sinistri. Ac ea cura plurimum me torsit. Tu vero submissis eius literis desideratissimis omni me cura liberasti. Dominum oro ut ei benedicat. Te etiam oro ut ipsum meo nomine quam diligentissime, quum proxime scripseris, salutes, eique significes carissimum nostrum *Martyrem* (si nescit) migrasse ad Dominum ingenti cum dolore omnium nostrum. Curae mihi erit quod de *Lothar.* monuisti. Scripsi iam ea de re Augustam Vindelicorum et Curiam. Pro certo spargunt nunc in vicinia nostra: *Brissacum*, unum ex Guysiacis ducibus, fudisse insigni victoria Anglos, caesis minimum 5000. [2]) Ego vero longe meliora spero: maxime quum illi ipsi, qui huius rumoris autores sunt, alia quaedam misceant, quae narrationem ipsorum parum faciunt probabilem. Versor adhuc in scribenda responsione mea ad librum *Brentii* de maiestate Christi, contra *Martyrem* et me editum. [3]) Apud nos nihil est memoratu dignum. Optime fecisti qui admonueris Polonos fratres. Pro illo tuo labore gratias tibi ago et pro beneficiis *Tretio* propter meam commendationem praestitis. Versatur is iam in meis aedibus, vir bonus certe. Ama nos semper, care frater, et vale aeternum, domine colendissime. Tiguri 5. febr. 1563. Salutant te fratres.

Tuus Bullingerus.

Quamvis nihil respondeam literis tuis, carissime *Ionvillee*, gratissimae tamen illae fuerunt. Negotiis meis tu et *Crispinus*, quem meo nomine salutabis, tribuite, quod nihil respondeo. Totus sum vester. Quaeso, mittite ad me 5 vel 4 exempla Summae meae de vera religione italice impressae apud vos. Pretium indicate etc. Et si exstat quod respondi ad articulos Bavaricos.

3907. 1) *N.* 3900. *Posteriores non exstant.*
2) *Falsus rumor.*
3) *cf. N.* 3899.

3908.

VIRETUS MINISTRIS GENEVENSIBUS.

Prolixe scribit de suo reditu ad quem fortasse proximo vere sese accingere valebit quum antea adversa tempestate non audeat. Verum sensim deficientibus viribus potius rude donari cupit si qua ipsi quies in hac vita speranda fuerit.

(Ex Archivis Genev. Pièces historiques. N. 1169. Autographon.)

Ornatissimis viris et eximiis Christi servis ministris et pastoribus ecclesiae Genevensis fratribus et symmystis plurimum observandis.

Genevae.

S. Quum ad me scripsistis de causa *Morelii*, [1]) pauca quaedam adiecistis in calce literarum de meo ad vos reditu, in haec verba: De tuo vero ad nos reditu, quem sibi ut nobis voluerunt tibi significari patricii omnes fore gratissimum, tu ipse prout tibi visum fuerit constitues: neque enim aequum est nos, vel ut diutius istic maneas, vel ut ecclesia illa, cui tam necessaria tua est opera, relicta ad tuam Spartam ornandam redeas, tibi consilium dare, sed solerti potius tuae prudentiae illud relinquere iudicandum. Ego vero quum mihi persuasissem, vos ex animo et loqui et scribere, non dubitavi quin mea hic paulo longior mora simul et opera vobis et grata esset et iucunda, pro eo quo tenemini desiderio iuvandae ecclesiae. Quamobrem, etsi potius optare debui frui iucundissimo vestrae consuetudinis fructu, quam inter hos bellorum motus quotidie agitari et periclitari, magnopere tamen me confirmavit propensa vestra in hanc ecclesiam voluntas. Verum paulo post redditae sunt mihi senatus vestri literae, quibus hortabatur ut primo quoque tempore iter ad vos arriperem, atque hac de re cum hac ecclesia agerem, quo me libentius dimitteret. Causas addebat quod meam praesentiam et operam hic iam minus necessariam existimaret, et vicissim mea uti vellet opera. Accedebat et alia

---

3908. 1) *Joannes (non Jo. Bapt. Haag.* VII. 505) *Morely Parisiis ob religionem Genevam se receperat ibique scripsit librum:* Traicté de la discipline et police chrestienne, *in quo principia democratica, quae nos dicimus, in constituenda ecclesia commendabat. Prelo subiecit Lugduni ap. Io. de Tournes* 1562 *(non* 1561), *et Vireto dicavit festo paschae. Liber iste statim d.* 25. *Apr. in synodo nationali Aurelianensi damnatus est* (ledit livre contient une mauvaise doctrine et tendante à la dissipation et confusion de l'Eglise . . . . . . il pretend condamner et renverser l'ordre accoutumé des Eglises et fondé sur la Parole de Dieu). *Aymon* I. 29. *Genevae autor a. d.* X. *Cal. Sept.* 1563 *damnatus et liber combustus est ipsique coena interdicta.* (*Hist. eccl.* II. 84.)

ratio, quod haec ecclesia ministris non careret idoneis, vos vero gravaremini extraordinario onere propter meam et *Bezae* absentiam. Eo enim spectabat literarum sensus. Ego vero, tametsi iam dudum magna insideret animo vos et familiam revisendi cupiditas, coactus fui tamen excusare coeli inclementiam, quam tunc temporis experiri non potui sine praesentissimo et certissimo meae valetudinis atque etiam vitae dispendio et periculo. Vix enim revocari potui tempore incommodiore, quum iam in hyemem incidissemus, qua vix quidquam meae valetudini magis adversatur. Taceo hostium insidias, quas non facile possum declinare per viarum anfractus nocturnis horis oberrans, ut qui vegetiore sunt corpore et minus opportune coeli iniuriis saepe facere coguntur quum hinc se ad vos recipiunt. Huc accedit quod eodem tempore valetudine eram admodum afflicta, praeter quotidianas infirmitates quibus perpetuo obnoxia est. Rogavi itaque senatum ut pateretur meum differri reditum ad vernum tempus, quo uti possem coelo clementiore et fortasse tutius iter aggredi. Interea vero ne quid mea absentia incommodi vestrae ecclesiae afferret, et ne eius causa plus iusto diutius gravaremini, rogabam etiam ut senatus vobiscum dispiceret de alio collega substituendo, si id ipsum ecclesiae utilitas et necessitas postularet, et vobis et senatui ita faciendum videretur. Nesciebam enim quamdiu abesse adhuc cogerer, et vos in re praesenti melius de ecclesiae necessitate et utilitate dispicere potestis. Et certe non parum hactenus anxius vixi, quod iam tot mensibus nulla mea opera ecclesia vestra adiuta sit, nec vos continuis vestris laboribus ullo meo levati ministerio, interea tamen sumptibus respublica gravata sit meae familiae.

Scripsi ad vos quoque in hanc fere sententiam per *Payanum* [2]) fratrem et collegam, sed brevius quam ad senatum, sicut et de causa *Morelii*, quia illum sperabam apud vos futurum vice vivae et prolixioris epistolae. Quid autem in causa fuerit quominus ad vos et ad senatum literas pertulerit quas a me acceperat, ex eo audivistis. Addideram et schedam qua summa capita eorum annotaram quae coram viva voce referre debuit de meis rationibus et toto meo statu. Sed quia haec quoque scheda cum literis intercidit, nescio an vobis ea omnia retulerit quae in mandatis habebat, fortasse memoria lapsus. Quum autem cognovissem literas meas intercidisse, ad senatum iterum mihi scribendum esse putavi, quum me disertis verbis revocasset. Scripsi itaque in eandem quam modo exposui sententiam quod iam ante scripseram. Ad vos vero tum per negotia rescribere non licuit, neque id postea admodum necessarium esse existimavi, quum quod a vobis revocatus non essem, tum quod speravi fore ut vobis suas literas senatus communicaret, quatenus quidem ad vos pertinerent quae scripseram de alio subrogando, si ita censeret faciendum.

Interea, dum haec geruntur, afferuntur a vobis literae ad ministros et seniores huius ecclesiae, quibus admonebatis vobis videri potius statuendum esse an hic penitus retineri aut vobis reddi deberem, quam subinde ad novas redire postulationes, quia aequum non erat me diutius a mea seiungi uxore et familia abesse. Vestris perlectis literis noluit consessus ministrorum et seniorum quidquam tentare priusquam meum super hac re consilium audivisset. Respondi, me statuisse, simul atque commoda se offerret opportunitas, ad vos reverti, nec quidquam prius tentandum esse quam praesens coram vobis meas rationes exponere possem, et vobiscum et cum senatu de rebus omnibus deliberare et constituere quod consultius esse iudicaretur, habita simul et ecclesiae et meae valetudinis ratione. Acquievit totus consessus meo consilio: cui praeterea exposueram in quam sententiam ad senatum scripsissem de reditus mei protractione ad vernum tempus. At vero uterque noster senatus, nescius eorum quae acta fuerant in nostro consessu (excitatus ut audivi privatis quorundam literis, quibus istinc admonebatur opportunum esse tempus postulandi ut totus huic ecclesiae relinquerer et destinarer, ac spem bonam esse id ipsum impetrari posse) nobis inconsultis ac inscientibus literas ad senatum vestrum scripsit quales ipsi vidistis, et quarum causa gravi censura et reprehensione scriptores dignos censuistis. Quod si vobis iusta est data conquerendi et eos reprehendendi occasio, habemus nos omnes, ego vero inprimis, quod merito conqueramur et accusemus. Quod ad me quidem attinet, prius de mea voluntate exquirere debuerunt, deinde ad consessum ministrorum et seniorum hanc totam causam referri oportuit. Sed ita omnes sumus et praetermissi et neglecti, non malo quidem, ut suspicor, scribentium animo, sed potius negligentia et rerum imperitia, ut nihil prius de eorum postulatione quisquam nostrum, ne vel syllabam quidem, audierit quam tota hac de re facti fuimus certiores lectione literarum vestri senatus, quae nobis communicatae sunt. Ex hoc itaque errore facile coniicere potestis, quam conscii eorum consiliorum esse possumus quae ad statum reipublicae pertinent, quum in rebus ecclesiasticis, quae sine nobis transigi non possunt, ita nos esse praeteritos videtis. Sed enim, ut iam monui, hoc potius rerum imperitiae et quotidianis negotiis et occupationibus quibus opprimunter, quam fastui aut superbiae ascribendum esse duco. Serio tamen et ut par erat cum illis expostulavimus. Quumque prius amplam mihi praebuissent expostulandi materiam, multo

2) *Paiani, v. d. m. apud Lugdunenses. H. eccl.* III. 216.

ampliorem mihi postea datam esse cognovi, ex quo postremas vestras literas ad consessum nostrum audivi, quibus scribitis, utriusque nostri senatus literis iam testatum esse me assentiri suae postulationi. Miror autem quid illis in mentem venerit, ut quum in priore errore excusando laborarent secundum admiserint. Ego enim quod res est dicam, tantum abesse ut meam consensionem cognoscere potuerint, ut ne inquisierint quidem, sed ante ad senatum vestrum rescripserint quam ullum a me acceperint responsum. Quapropter valde miror quae eorum animos tunc subierit cogitatio quum scriberent. Audio hoc scribae errore et praecipitatione accidisse, quod apud me excusarunt et, ut opinor, apud vos quoque excusaturi sunt.

Iam vero posteaquam eorum postulata a vestro senatu concessa sunt vobis assentientibus et subscribentibus, ut ex eius literis liquido apparet, ea tamen lege ut mihi optio relinquatur utrumlibet eligendi, superest ut vobis animi mei voluntatem et consilia explicem. Quum primum Lausanna ad vos reversus iterum collegio vestro cooptatus essem, coram senatu contestatus sum quod res erat, me quidem omnem quam possem operam impensurum vestrae ecclesiae, sed mihi esse spem sublatam fore ut eam praestare possem quam cupiebam, et omnia obire ministerii munera quod mihi imponebatur. Praestiti interea, non quod debui, sed quod potui, ut vos testes estis. Deinde quae mihi causa fuerit coeli mutandi post longum et gravem morbum non ignoratis. Ego quo vere a vobis discessi antequam ad vos remeare potuerim, bellicis fluctibus arreptus, quibus haec tota Gallia exundat, profundius immersus sum quam ut facile hactenus emergere potuerim ut ad vos remigrarem. Nam hisce tempestatibus hac in navi in altum iactatus timui ne, si me inde proriperem, viderer tanquam nauclerus deserta statione mihi quasi fuga salutem quaerere, et navem et fratres remiges deserere et prodere, qui magnum omnes ex me auxilium exspectare videbantur, et mea confirmari praesentia. Ego, etsi facile perspicerem, mihi plus tribui quam quod in me positum esset, nolui tamen cuiquam meo discessu metum augere in summa omnium trepidatione, et eos perterrefacere quos potius confirmare debui. Nunc vero, tametsi omnium animi magis confirmati videntur, nondum tamen satis perspicere possumus qualis sit futurus huius tristissimi et funestissimi belli exitus et eventus: nisi quod certo scimus utrumque a Deo gubernari et exspectandum esse.

Quod autem ad me attinet, statui libertate uti quae mihi a vobis concessa est, ea quidem lege ut ubicunque terrarum futurus sim in ecclesia habear tanquam emeritus miles et rude donatus, si id modo ab ecclesia impetrare valeam. Cognosco enim, ac indies magis atque magis experior, quam fractis sim et corporis et animi viribus, quae ingravescente aetate quotidie magis atque magis atteruntur. Constitui itaque nulli me posthac certae ecclesiae alligare, utpote qui omnes ministerii partes, viribus destitutus ad eam functionem necessariis, explere nequeam, et in eam sim redactus conditionem ut mihi sit locus eligendus in quo et coelo uti possim meae valetudini commodiore et quietius vivere, si modo ulla unquam mihi quies in hac vita speranda est. Interea aut privatus vivam, si ita ecclesiae videbitur, aut si quam adhuc operam ei navare possum praestabo quod Dominus dederit: modo ne plus a me exigatur quam quod sponte praestare potero. Conabor autem id dare operam ut omnes facile intelligant, me non eligere hanc vivendi rationem ut me otio, ignaviae et torpori dedam et meae tantum quieti consulam. Interea vero dum exspecto in quod me litus eiecturi sint bellorum fluctus quibus nunc involvimur, sive viventem, sive mortuum, eam quam possum operam huic ecclesiae impendo, donec melior se offerat commoditas rebus meis prospiciendi. Quod si volet Dominus ut vos proximo vere revisam, plenius vobiscum et de rebus meis et de publica ecclesiae utilitate commentabor. Caeterum nihil opus esse puto monere vos ut vestrae ecclesiae eiusque ministerio ita consulatis ut mea causa nihil posthac accipiat detrimenti, aut vos plus iusto premamini, pensantes quod mea ex parte desiderari potest. Valete optime ac diutissime, fratres et symmystae quam carissimi ac plurimum observandi, et me assiduis vestris precibus adiuvate et Domino commendate. Lugduni 6. Febr. 1563.

Vester Petrus Viretus.

3909.

STURMIUS CALVINO.

Stilo satis negligenti et passim plus quam obscuro de negotiationibus militaribus et pecuniariis agit.

(Ex autographo Cod. Gothani 404, fol. 798.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino.

Daniel *Oesiander* consiliarius *Ioannis Friderici* ducis Saxoniae spem nobis facit corrogandae pecuniae a Basiliensibus, quemadmodum ex illius videbis ad me literis quarum exemplum ad te mitto. Misimus hac de re D. Eusebium *Hedionem,* D. *Gas-*

pari [1]) honorificae memoriae filium, hac de causa Basileam ut cum optimatibus agat et inde, si videbitur, Bernam pergat. Is quid in illis locis egerit ad vos est perscripturus. Non opus est orare: oro tamen ut nobis non desis. Si pecunia etiam tua respublica opus habeat partiamur.

Oldenburgicum institutum placet Principibus: habuit apud me ante biduum secretarium suum: perrexit etiam si sero illi a nobis responsum sit. Gasparum *Gamaut* [2]) ad illum misimus cum mandatis Principis *Condiani*, quae ante pugnam eadem die scripserat, et post pugnam *Amiralii*. *Andeloti* etiam mandata confecimus cuius manum et signum habebamus in papyro alba. Hic dies est decimus tertius quod misimus: promiserat se perventurum duodecimo. Is notus est *Oldenburgico*, et Francofordiae postulavit *Oldenburgicus* ut sibi mitteretur. Spero audituros nos ante idus Martias esse in via. Misimus nobilem Claudium *Boeclinum* [3]) ad conficiendum equitatum Lugdunensibus. Promissa mihi sunt in hanc rem a nostris negotiatoribus me fideiussore sex millia coronatorum. Haec suffecerint si vos et Lugdunenses brevi succurratis. Si *Oldenburgicus* celerius poterit in procinctu esse de illius quatuor millibus equitum quatuor Lugdunensibus turmas conficiemus. Regina Angliae fortis Semiramis etiam equitatui Germanico qui est in Gallia stipendia promittit et mittit. [4])

Sed quid istud? Neque tu neque *Spifamus* quidquam ad me? Ambos vos viros optimos atque mihi carissimos salvere et prosperos esse opto. Datum nonis febr. [5])

Tuus quem nosti.

3909. 1) *olim v. d. m. Argentoratensis.*

2) *qui sub finem a.* 1562 *cum Boeclino in Germaniam missus fuerat, ut milites et pecuniam conquireret.*

3) Le chevalier Claude Boecklin recruta des reitres pour les Lyonnais sous la garantie de Sturm; les négociants de Strasbourg lui avancèrent à cet effet 6000 écus (*Schmidt, Sturm. p.* 133).

4) L'argent d'Angleterre arriva et fut conté au Havre. L'amiral vint en personne à Caen pour y faire le payement des reistres. (*Hist. eccl.* II. 260.)

5) *De anno non dubitandum. D. 22. Febr.* 1563 *in Senatu Genevensi de pecunia Condaeo mutuo danda actum est, et quidem rogante D. de Roye per ipsum Calvinum. Exstat etiam ep. Friderici* III. *Palatini d. d.* 18. *Ian.* 1563 (*Kluckhohn* I. 365) *ad Ducem Christophorum referentis D. de Roye aliquem D. de la Veufve ad se misisse,* 2000 *equites et* 4000 *pedites conducturum. Denique pugna ad quam in textu nostro alluditur nulla esse potest nisi Druidensis.*

3910.

RÜGERUS CALVINO ET BEZAE.

Commendat iuvenem studiorum causa Genevam proficiscentem.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 122.)

Doctissimis atque praestantissimis viris D. Ioanni Calvino et D. Theodoro Bezae moderatoribus ecclesiae Genevensis dominis ac fratribus suis plurimum colendis.

Genevae.

S. Licet, vir doctissime, a facie tibi sim incognitus neque ulla inter nos unquam familiaritas intercesserit, tamen familiaritatem humanitatemque tuam satis erga me declarasti anno superiori, quum tenue admodum epistolium ad te darem, [1]) quo non contempto mittebas quae petieram scripta tam tua quam D. *Bezae* de causa eucharistica, quae apud nos comparari non poterant, unde adhuc ingentes tuae humanitati gratias ago et habeo. Porro in D. *Beza* bis per Schaffhusiam iter facienti cum D. *Varello* [2]) ipsissime animadverti humanitatem, cum quibus duo convivia celebravi. Inde iam fit, viri doctissimi, ut confidentior, imo impudentior factus ausus sim teneras vestras aures ineptis et incompositis scriptis obtundere, etsi sciam vos alias occupatissimos. Et confido vos viros praestantissimos hoc quidquid est errati in meliorem partem interpretaturos, admittereque ut vel aliquid apud vestram dignitatem scriptum illud valeat, praesertim in negotio quod studia et studiosos attinet quorum summi vos estis fautores. Qui has vobis affert literas Foelix *Heger* Ravenspurgensis per aliquot annos operam dedit bonis literis apud nos, Argentinae, item Heydelbergae, ita ut fructum inde haud poenitendum tulerit. Post in Galliam se conferens non solum ut proficeret in literis humanioribus, sed ut linguam gallicam disceret, impeditus turbis bellicis (sicuti inter arma literae et leges silent) varia tentavit. Tandem quo se verteret nescius, patriam repetiit in qua dum omnia in certum statum redegit, nil consultius tam ipsi quam amicis visum est nisi ut proxima Genevam se conferat (ibi enim florere studia, esse ibidem viros doctissimos) et ita linguam gallicam plenius addiscere queat. Placuit consilium: suscepturus peregrinationem seu profectionem ad vos, me convenit petens literas commendatitias, ne videretur tanquam erro quidam hinc

---

3910. 1) *N.* 3370.

2) *in eo itinere quod pro Waldensibus a.* 1557 *susceperunt.*

inde vagari. Vixit mecum per quadriennium paene, pie honesteque se gessit, sedulo incubuit literis, ita etiam in aliis locis. De erratis iuvenilibus nil dicam. Nam iuxta Terentium ad omnia haec alia aetate sapimus. Ideo dignum eum iudico quod promoveatur a bonis et doctis viris in tam utili proposito. Propterea vestrae curae et fidei commendo vobis hunc *Foelicem*, cui quantum potestis consilio, auxilio operaque adesse dignemini, quo commodo aliquo hospite et hospitio frui queat et si quo modo fieri potest, efficite ut intelligat vel aliquid tamen meam apud vos potuisse commendationem, vilem licet. Si quando lapsus fuerit (sicuti lubrica haec aetas) paternas vestras admonitiones gratus excipiet. Fatemur quidem nos paria non posse referre, attamen ingrati non erimus. Deumque patrem largissimum omnium beneficiorum remuneratorem rogabimus ut ipse iuxta promissa officia vestra collata in pios et studiosos compenset, vosque diutius nobis incolumes conservet. Amen. Valete in Domino, viri praestantissimi.

Nova nulla habeo nisi vobis cognita. Conscribit militem Dux *Wirtembergensis*. Comitia futura sunt Ulmae. Ita etiam Wormatiae. Cantones nostri sunt admirabiles plane, nos ex nostra parte trepidi, etc. Nescio quid haec omnia portendant. Meo quidem iudicio omnia minantur ruinam. Dominus misereatur nostri. Practicae sunt mirabiles. Sed Dominus sedebit eosque irridebit, tandemque sceptro ferreo reget eos.

Schaffhusiae Febr. 1563.

V. H. deditiss. Iacobus Rüoger
minister ecclesiae
Schaffhusianae apud Helvetios.

3911.

MINISTRI GENEVENSES VIRETO.

Agunt de eius reditu quem quidem expetunt, ita tamen ut eius voluntatis et valetudinis magis quam sui desiderii rationem habeant.

(Ex schediasmate coaevo in Bibl. Genev. Cod. 197ª, fol. 272: quod inscribitur: *Literae fratrum iussu ad D. Viretum a me scriptae.*)

S. Quum literas tuas [1]) superiore hebdomada accepissemus, venerande in Domino frater, legimus et relegimus quae prolixe satis ad nos scripsisti, partim conditionem tuam quodammodo deplorans, partim respondens ad ea quae de te quasi ex tuo consensu senatui significaverant qui istic rerum administrationi praesunt. Nos vero literarum tuarum lectione perinde ac par erat affectos fuisse dubitare te minime putamus. Itaque quum propter negotia non licuerit eo ipso die aut postridie rescribere, dilationem nunc non excusamus quae nemini damnum afferre potuit. Quae in calce literarum, quibus de causa *Morelii* agebamus, legisti de tuo ad nos reditu, non miramur si tibi persuasisti nos ex animo et loqui et scribere, qui nobis conscii sumus fraterne de te et sine fuco sollicitos fuisse. Gaudemus tamen gratum tunc tibi fuisse officium nostrum et voluntatis erga te nostrae qualecunque testimonium. Petimus etiam ne cui contrariae suspicioni locum ullum in posterum relinquas. Nos enim et afflicta valetudo tua et periculorum magnitudo in quibus versaris (nos non ita longe absumus) et vetus tua nuper etiam renovata cum hac ecclesia coniunctio tui non sinunt esse immemores. Hoc diserte adiicimus quia incertum relinquis itane de nobis hodie sentias ut quum illa scribebamus, imo tacite suspicionem iniicis ex iis quae postea contigerunt aliud te de nobis comperisse quam literis nostris ostenderamus. Abfuit profecto aberitque semper a nobis haec simulatio, praesertim quando cum fratribus, quando tecum agendum erit. Hoc semper ingenue professi sumus, quod testantur et postremae nostrae literae ad ministros et seniores ecclesiae Lugdunensis: per nos liberam tibi semper optionem esse vel ad nos redeundi vel istic adhuc commorandi. Verebamur enim ne, si te praecise ad reditum hortaremur, diceret aliquis nos vel valetudinis tuae rationem non habere, vel isti ecclesiae, non dicemus nascenti invidere, sed laboranti auxilium denegare. Altera etiam ex parte non minus periculi a sermonibus hominum prospiciebamus, si te diutius istic retineri aperte autores essemus: ne scilicet te hinc a nobis ablegare videremur per speciem vel honestae vel causariae missionis, et nunc opera tua quasi nobis vel nostris minus grata non aegre carere. Vides quae nobis sedulo cavenda fuerint, unde agnoscere potes simplicem et minime fucatam fuisse nostram in primis illis literis orationem. Quanto postea tempore ad te scripserit senatus ut revertereris, [2]) et quas habere se causas revocandi tui diceret scimus. Meminimus etiam importunitate fratrum Lugdunensium factum ut in haec verba tecum ageret senatus, qui et te diligit et id te non ignorare autumat. Quum te istic esse pateretur quia sic valetudini tuae consultum putabat, illi ne ante mensem unum aut alterum revocareris flagitabant. Ubi impetra-

---

3911. 1) *N.* 3908.

2) *N.* 3876.

verant paulo post mentio iniiciebatur de trimestri tempore, et subinde ad novas postulationes res redibat. Intellexerunt tandem nostri illos hanc sibi viam sternere ut facilius te totum in perpetuum vendicarent. Itaque maluerunt ita ad te scribere ut per te scirent Lugdunenses opera tua se posse uti quamdiu ita tibi commodum videretur et senatui, neque toties quasi diffidentes temporis prorogationem peterent. Certe si instabat et urgebat senatus ut primo quoque tempore redires, eiusmodi scribendi rationem in magistratu et primoribus reipublicae te boni consulere credimus, nostrum non est praestare. Nam quod ad nos, in ministerii ecclesiastici functione absentis tui rationem, quoad eius fieri potuit, semper habuimus, neque grave nobis esse onus prae nobis unquam tulimus, modo valetudini tuae inservires et te aliquando valentem recuperaremus. De literis quae *Payani* fratris culpa interciderunt accidit perincommode: nam quae a te habebat in mandatis viva voce referenda magna ex parte praetermissa putamus. Fretus fortasse scheda illa in qua singula capita ipsi descripseras, non meminit meminisse ut iubebat ille apud poetam. Interim re nobiscum non communicata de te Lugduni retinendo interpellavit senatum, et quod petierat obtinuisse iactavit: quae nobis iusta fuit causa ipsius monendi et reprehendendi, ut te rescivisse existimamus. De literis quas uterque senatus Lugdunensis scripserat, quoniam in hoc etiam capite bene nobis tecum convenit inconsiderate admodum ab illis factum fuisse, plura non dicemus. Fraterne et tamen acriter obiurgatos a te fuisse fortasse in posterum proderit. Quod ad nos, dedimus operam ne ipsorum sive inconsiderantiam, sive praecipitem agendi et scribendi rationem, sive negligentiam (ut tu mavis) odiose exagitare videremur. Interim tamen vides, dum semel admoniti errorem secundis literis duplicant, nos eo devenisse ut non potuerimus ipsorum postulationi resistere, maxime quum tibi gratificari nos arbitraremur. Quid enim aliud coniicere poteramus, ubi publicis literis uterque senatus Lugdunensis, tanquam voluntatis tuae non modo sponsor sed etiam interpres, intercedebat? Et tamen modum tenuimus qui servandus videbatur, ne quid cupide hic a nobis fieri aliquis suspicari posset. Assensi ergo sumus, sed cum exceptione, extra quam si aliter te velle literis tuis senatui vel nobis testatum faceres. Non quidem quod de voluntate tua dubitaremus, cuius certissimum testimonium habere nos arbitrabamur in illis utriusque senatus literis, sed quia fere in eiusmodi rebus expressus (ut inquiunt) consensus et velut subscriptio requiri solet eius de quo agitur. Nunc quod scribis, decrevisse te ita consulere valetudini ut ecclesiam non deseras quae opera tua uti velit et quoad tu dare illi poteris, et ita inservire ecclesiae ut valetudinis etiam rationem habeas, non improbamus, imo Deum opt. max. precamur ut ministerio tuo in finem usque benedicere pergat ad gloriam nominis sui et ecclesiae utilitatem. Caeterum de tota hac re, ut dicis, plenius tecum praesentes colloquemur si Dominus dederit. Et certe optamus ut aliquando nos revisas, si hoc ipso vere (quod iam est, ut vides) id fieri non potest. Tum enim, ut speramus, senatum, quem passim in epistola tua nostrum nominas, tuum etiam esse recognosces. Sic enim nobis tecum iocari libet. Vale, venerande in Domino frater et nobis omnibus carissime, et nos precibus tuis ac quomodocunque aliter poteris adiuva. In causa *Morelii* ecclesiae causam tibi praecipuam fore non dubitamus, cuius certe ordinem bene constitutum ille turbat vertiginosis suis commentis, in quibus tamen mirum in modum sibi placet. Iterum vale.

3912.

BEZA CALVINO.

Belli progressus narrat, ipse de itinere Anglicano serio cogitat.

(Ex apographo Cod. Rhediger. Vratisl. II. 177. — Gillet, Crato. II. 492.)

Pour faire tenir seurement à Monsieur Despeville à ville Dieu.

Quod saepe iam ad te scripsi nunc quoque repeto: vix mihi quidquam hoc uno esse molestius quam [*quod*] itineribus interclusis omnis fere scribendi occasio mihi sit erepta, atque et tibi, quantum possum coniicere, quum ex quo a te discessi ne literam quidem vel a te vel a quoque [1]) alio istinc [2]) acceperim. Caeterum hic est rerum nostrarum status: Aureliensis obsidio tarde [3]) procedit singulari Dei beneficio, quia nobis nullo modo licuisset obsessis opem ferre. Culpa in iis residet qui nos in

---

3912. 1) *lege:* quoquam.
2) istuc *G.*
3) lente *G.* — *Inceperat Non. Febr.* (*Hist. eccl.* II. 262. *Hist. des choses mém. p.* 162.) *Statim ab initio Guisius suburbio quod Portereau vocatur potitus est, mercenariis germanicis illud defendere recusantibus. Viginti tormentis bellicis obsidentium Protestantes non nisi sex opponere potuerunt. Sub finem secundae hebdomadis Dux Reginae scripsit se proximo die urbem expugnaturum, verum d.* 18. *Febr. vulnus lethale accepit.*

hanc regionem suis mendaciis pertraxerunt, quasi paratus esset miles et missum ex Anglia stipendium. Utrumque falsum esse deprehendimus: nam neque multo plures sunt Angli quam requirat portus Gratiensis, neque allata erat pecunia. Ab eo tempore [4] venti diu adversi nos suspensos tenuerunt: tandem tamen promissi stipendii maior pars appulit, reliquam quotidie exspectamus. Et fertur miles in Anglia conscribi. Quod nisi Deus nos respexisset, ventum esset ad extremum. Sed vide quam opportune nobis adfuerit. Primum omnium [5] Dominus ita continuit Germanorum animos ut contra spem omnem adhuc quieti nobiscum omnia exspectent. Praeterea biduo Cadomensem arcem, [6] quae inexpugnabilis videbatur et summi est in his regionibus momenti, nobis in manus sine caede tradidit, hostibus ita repente perculsis, ut vix unius diei oppugnationem sustinuerint. Urbem prius obtinueramus ecclesiae opera et consensu. Ita igitur non tam urbem unam quam totum hunc tractum in manibus habemus, nec quidquam iam nobis obstat quominus absque ullo periculo Britanniam, Andegavos, Turones, et quidquid Aureliam usque protendit invadamus, nisi malint hostes alterum proelium inire. Pedites vero nullos habemus paratos, sed aliunde exspectamus. Equitatu vero nunquam aeque ut nunc valuimus. Hostis e contrario peditatu valet, equitatum fere nullum habet. Itaque, si opus erit, existimo nos certamen non esse detrectaturos.

Dum haec in his regionibus geruntur, ecce Dominus alterum nobis excitavit qui tyrannum nostrum confoderet. [7] Quid consilii enim habeat Regina nescimus: sed quantum possum coniicere nunquam conquiescet donec se ipsam invitis nobis perdiderit. Certum est paucissimos hostium duces esse superstites, omnibus fere interfectis qui industria et autoritate valebant, quum tamen omnes nostri salvi sint. Itaque quid futurum sit ambigo: sed tamen pacem sperare nondum audeo. *Condensem* tibi affirmo nunquam fortiori animo fuisse: utinam ad extremum usque perseveraret! [8] Parum abfuit quin elaberetur, sed in ipso articulo detectum fuit consilium.

Puto me intra dies paucos in Angliam traiecturum. [9] Vides quantum onus mihi imponatur. Itaque mihi precibus vestris multo magis opus est quam antea. Cogit nos hostium rabies ad haec consilia descendere, quae tamen spero patriae et Regi fraudi non futura. *Posidonius* nunc demum viget, et sane si pergat dignus erit immortali laude. Quum illi significassem me ad te scribere, rogavit ut se tibi excusarem quod neque antea tam saepe scripserit quam volebat, ac ne nunc quidem scribat immensa negotiorum mole oppressus, et addidit ut communi nomine de rebus nostris ad te scriberem. Sed de his satis.

Iam ad me ipsum venio. Corpore satis valeo Dei gratia, animo paulo melius quam ante. Sed ut dicamus quod res est: nisi me viderem non inutilem hic esse, ut nunc quidem res sunt, vinceret impatientia, neque exspectarem dum a vobis revocarer, atque adeo quibusvis periculis me libenter obiicerem, ut saltem possem vobiscum respirare. Sed quando ita opus est, conabor huius legationis labore defungi, qui utinam sit nunc quidem ultimus! Quod si etiam licebit, inde potius ad vos quam in has tempestates reverti constitui. Qua de re plenius et certius ad te scribam quum Londinum pervenero. Interea rogo te, mi pater, una cum omnibus collegis ut mei memineritis apud senatum, ne longiore mea mora offendatur.

De uxore nihil audio, ex quo est coniicere quam parum tutum sit literas cuiquam committere. Rogo *Normandium* nostrum quod, si haec tibi in tempore reddantur, [10] aliquid illi de mea valetudine per mercatores nostros scribat. Nam suspecta est mihi ipsius impatientia, quum tamen mederi ne literis quidem possum, priusquam in Angliam appulero. Bene vale, mi pater, Dominus Iesus te conservet et miseram ecclesiam consoletur. Fratribus et amicis omnibus multam salutem precor. Cadomo 5. Martii.

Tuus cuius manum agnoscis.

---

4) Alieno tempore *G.*
5) *sic legimus compendium scripturae, pro quo Gillet nil nisi:* V.
6) *Expugnatam a. d.* VI. *Non Martias. (Hist. eccl.* II. 260.)
7) *De Francisci Guisii morte vide Hist. eccl. l. l. Relation de la blessure et de la mort du duc de G. in Mém. de Condé* IV. 240. *Lettre de l'év. de Riez contenant les actions et propos de M. de Guise depuis sa blessure jusques à son trespas. ibid.* 243. *Hist. des choses mém. l. c.*
8) *utinam! Paulo post plane aliter de eo sensit Noster (Hist. eccl.* II. 278).

3913.

BULLINGERUS CALVINO.

Varia tradit quae nova habet, maxime ex Gallia, tam certa quam rumores plus minus vanos. Simul mittit quae nuperrime edidit scripta.

---

9) *Tale iter non suscepit.*
10) *Redditae fuerunt pridie Cal. Apr.*

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 452. — Simler. Vol. 106.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino fidelissimo Genevensis ecclesiae ministro domino meo honorando et fratri carissimo.

S. D. Ago tibi gratias quas possum maximas, reverende vir et domine colendissime fraterque carissime, pro illo felicissimo evangelio.[1]) Multa enim in unis literis coniunxisti laeta de liberata obsidione (quae propter exemplum Rothomagi mirum in modum nos torsit) Aurelia per reditum inopinatum *Admiraldi*,[2]) de iuvene rege *Navarrae* et de ipsa regina matre. Dominum oramus ut hos confirmet, et Aureliam, si nondum est liberata, mature liberet pacemque concedat stabilem. Si lupus ille in hoc Christi stabulum irrumperet, quantis nos, Deus bone, malis afficeret.

Redierunt ex castris Guysianis aliquot milites,[3]) et inter hos dux unus et alter. Petunt ab octo illis pagis, vel sex pagis et duobus oppidis, militem recentem, illi vocant supplementum vexillorum in Gallia. Audimus illos mentiri prodigiose, ac inter alia in pugna forte 300 esse desideratos, alios peste exstinctos. Unde iam petunt sibi concedi 1500 vel 2000. Et quidem arbitrantur alii 14 signa nova submittenda, ne si pauculi illi mittantur intercipiantur in itinere. Sciunt enim novum militem vel equitatum Germanicum recentem Lugdunum venturum. Sunt alii qui nullum mittendum suadent. Omnes tamen quotquot audivi mittenda saltem 2000 existimant. Quod si *Admiraldus* obsidione Aureliam solvit, frustra de supplemento mittendo consultant. Si rediit ex Normandia, facile prohibebit ne exercitus possint coniungere. Te valde rogo ut, si quid certi acceperis de Aurelia et copiis *Admiraldi* ac Anglorum, per *Ionvillaeum* scribi ad nos cures.

Bezae in Angliam traiecturo[4]) benedictionem a Domino precamur, oramusque ut, si quando ad ipsum scripseris, ipsum nostro nomine salutes humanissime.

Mitto hic Historiam sacramentariam a genero meo *Lavatero* consignatam,[5]) et Orationem alterius mei generi Iosiae *Simleri* in obitum *Martyris*.[6]) Alterum tibi servabis, alterum (quod volueris) *Ionvillaeo* nostro dabis, una cum decem illis batzionibus. Ago illi maximas gratias et meum ei vicissim offero obsequium. Quam primum excusa fuerit responsio mea data *Brentio*[7]) et responsio *Iosiae* data *Stancaro*,[8]) per primum quemque nuncium ad vos mittam. Germanica mea iam excusa est.

Ex Italia alii scribunt, *Lotharingium* a principibus Italiae petiisse auxilia contra Hugonothos. Alii aiunt promissam illi esse certam pecuniam. Alii negant, quod metuant Turcicam classem. Alii scribunt ictum foedus Brusillae non procul a Bononia, ubi convenerint, et foederis imperatorem esse *Sabaudiae* principem, qui communi nomine iussus sit iusto exercitu aggredi, dubium an Genevam primum an Lugdunum. Et haec omnia fieri auspiciis *Lotharingii*. Certa tamen non refero tibi, frater, sed ea tantum quae ex amicorum literis ex Rhaetia missis intellexi. Haec itaque tibi ut rumoribus sparsa scribo. Vale aeternum, una cum symmystis omnibus. Omnes symmystae te salutant humanissime cum omnibus tuis. Dominus servet vos incolumes ab omni malo. Tiguri 8. Martii 1563.

Bullingerus tuus.

Oro vos quam maxime curetis ne haec duo exempla a *Froschowero* in ullius manus perveniant qui typis recuda atque ita damnum det. Iam nunc prodiere recentia ex typographia. Mea vobis exempla mitto: nulli dedisset alii. Festinavi, non relegi.

3913. 1) *Desiderantur literae ad quas hic alludit.*
2) *falsum rumorem refert quum Admiraldi exercitus demum pridie Idus Martii castra moverit, ipse a. d. X. Cal. Apr. Aureliam appulerit.* (*Hist. des choses mém.* 165. *Hist. eccl.* II. 330. 335.)
3) *Baum* II. *App.* 205.
4) *Vide praecedentem.*
5) Historia de origine et progressu controversiae sacramentariae de coena Domini ab a. 1524 usque ad a. 1563 deducta. Tig. Frosch. 1563. 4. *germ.* 1564. 8°.
6) Oratio de vita et obitu P. M. Vermilii. Item scripta quaedam P. Martyris de Eucharistia etc. Tig. 1563. 4.
7) *N.* 3899. 3907.
8) Josiae Simleri Responsio ad maledicum F. Stancari librum adv. eccl. Tig. ministros de Trinitate et Mediatore I. C. Tig. Frosch. 1563. 8.

3914.

IONVILLAEUS WOLPHIO.

Libelli mutuo missi et libenter excepti. Gallica per Calvinum scribuntur.

(Excerptum ex autographo Bibl. civ. Turic. F. 39 olim Epp. IV. fol. 315.)

Eximio viro D. Ioanni Wolphio ecclesiae Tigurinae fido pastori mihi plurimum observando.
Tiguri.

S. Gaudeo sane, vir integerrime, quod munusculum a *Trecio* nostro acceptum tibi tam gratum fuisse intelligam ex tuis literis, Admonitionem inquam, D. *Calvini* ad Polonos fratres quam typis excudendam curavi, ne incuria tandem evanesceret labor meo quidem iudicio non inutilis. Utinam vero gratius aliquid haberem quod tibi offerre liceret! Iam pro tua humanitate gratiam habeo, quod te missurum libellum non iniucundum polliceris, quem mihi pergratum fore non dubites, quum abs te nihil non gratum prodire possit.

De statu rerum Gallicarum ego libenter quae certo scio vobis seorsim perscriberem, nisi D. *Calvinus* ad unguem, licet pro sua brevitate copiosissima, D. *Bullingero* vestro exponeret quae ipso dictante excipio. Nec mihi dubium est quin eius literae vobis sint communes. Ne igitur actum agam ad illas te remitto. D. *Bezam* salvum et incolumem esse Dei opt. max. gratia, non dubito sed nullae ab eo literae adferuntur: ultimae erant datae sub finem Ianuarii. Nec mirum hoc videri debet quia cum *Amiraldo* in Normandiam profectus est. — — — — — — — — — — — —

Genevae 10. Martii 1563.

Car. Ionvillaeus
tui amantissimus.

3915.

BULLINGERUS CALVINO.

Tristia ex Gallia de capta Aurelia, mira ex Italia.

(Ex autographo Cod. Goth. 404, fol. 757.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino fidelissimo Genevensis ecclesiae pastori Domino meo honorando et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Tristes nos reddunt Helvetici aliquot milites qui hac septimana venerunt ex castris Guysianis [1]) et pro certo referunt, postquam *Admiraldus* relicta Aurelia abiit in Normandiam ad Anglos, *Guysium* omnes post ipsum pontes deiecisse, atque ita illum prohibuisse ab Aurelia quam interim obsederit, magnis tormentis concusserit, tandem et ceperit, captis pauculis aliquot, liberatis captivis et caesis ad unum fidelibus omnibus. Quanquam vero meliora sperem, terret me tamen exemplum Rothomagi. Mallem profecto mori quam audire Aureliam, in qua sunt tot sancti, ab isto lupo irrumpi. Proinde si nos amas mature scribito quid sit actum Aureliae.

Dum haec scribo Curia adferuntur literae. Verba ex his nunc refero. Capitaneus Gregorius *Karolin* [2]) narrat mihi Card. Trident. furiis correptum catenis constringi duabus. Et dum haec narraret, astabat summus tribunus noster cui hodie nomine civitatis negotium fuit cum nostro episcopo, qui affirmabat episcopum Curiensem eadem referre. Addiderunt Pontificem aegrotare graviter ut non longe absit a morte. [3]) Caeterum Augustinus *Maynardus* 7. Martii Clavenna scribit ad *Fabritium*, Pontificem constituisse capitaneum ecclesiae Ducem *Sabaudiae* quo nomine quotannis ei redeunt scutorum 60000. Cardinalem *Lotharingium* Oenipontem ad Imp. profectum. [4]) Venetos gravem movere in fideles persequutionem. *Ulyssis* comitis bona omnia esse confiscata etc. Haec brevibus consignare et ad te mittere volui. Constanter item scribitur Turcam contra Hispanos classem instruere etc. Vale, et quam potes mature scribito quid fiat Aureliae. Salvus sit *Ionvillaeus* una cum *Budaeo* fratre et aliis piis. Tiguri 12. Martii 1563. Salutant te symmystae.

Bullingerus tuus.

Addidi Apologiae meae compendium verae religionis quod germanice scripsi, gener meus latinum fecit, non ut inde erudiaris, sed duntaxat ut gustum aliquem habeas illius mei operis. Vale iterum.

3915. 1) *Cf. N.* 3912. 3913. *Mireris famam de morte Guisii nondum Turicum pervenisse. Qui tamen iam a. d.* VI. *Cal. Mart. obierat.*

2) *N.* 3799. *Vanus erat rumor.*
3) *Pius IV. minime tunc aegrotabat.*
4) *Languet Cal. Febr.* (*p.* 231): Cardinalis est adhuc Tridenti ubi aliquamdiu aegrotavit. Dicitur venturus Oenipontem ad Imperatorem. *Revera eum a.* 1563 *iterum eo profectum esse alibi non legimus.*

3916.

BULLINGERUS CALVINO.

Mittit responsiones contra Stancarum et Brentium. Vota facit pro salute piorum Gallorum.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 453. — Simler. Vol. 106.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo domino meo honorando et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Submitto nunc responsionem soceri [1]) mei ad librum *Stancari*, meam quoque ad librum *Brentii*, de quibus in literis meis prioribus mentionem feci. Mitto illas, non quod existimem his nostris te indigere, sed ut animi mei erga te benevolentiam declarem utcunque, denique ut per te admoneamur fraterne, sicubi videamur exorbitasse. Quam vero sollicitos nos tenet Aurelia! Dominus protegat ipsam. Vicini nostri papistici Helvetii apparant se ad militiam, iterum in Galliam profecturi. Ego Dominum oro prophetae verbis: Dissipa Domine gentem quae bella vult et ne tradideris bestiae animam turturis tuae. Optime vale, frater in Christo carissime. Omnes nostri te amicissime salutant, inprimis filii mei, generi, affines et fratres. Dominus servet te nobis diu incolumem. Salvi sint fratres nostri inprimis *Ionvillaeus*, cui pridie pecunias pro libris misi.

Tiguri 13. Martii 1563.

Bullingerus tuus.

3917.

IONVILLAEUS BULLINGERO.

Affirmat sibi nihil iucundius esse quam literas Calvini de rebus Gallicis dictatas excipere eique transmittere.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 166, olim Epp. Tom. 24, fol. 277. — Simler. Vol. 106.)

Clarissimo viro D. Henrico Bullingero ecclesiae Tigurinae fido pastori, mihi plurimum observando.

Tiguri.

— — — — — — — — — — — — — — — —

— D. *Calvinus* diligenter omnia tibi perscribit, quae pro certis habentur. Atque possum hoc affirmare, nullam occasionem ab eo praetermitti quin scribat. Unum nobis molestum est, quod non semper sint nobis ad manum qui istuc proficiscantur. Sed certo scias nihil esse mihi iucundius quam literas D. *Calvini* ad te excipere, et sentio etiam quantum inde fructus percipiam quum video res gestas in Gallia tam concinne conscribi ut saepius admiratione corripiar dum excipio quae foecunda sua brevitate et eloquentia singulari complectitur. — — — — — *Budaeus* frater te salutat reverenter.

Genevae 15. Martii 1563.

Car. Ionvillaeus tui observantiss.

3918.

STURMIUS ZANCO.

Urget subscriptionem Formulae concordiae Argentoratensis. [1])

(Ex autographo Archiv. Thoman. Argent. — Röhrich, Ref. G. III. 250.)

Non te pudet! Duos me annos in tantos coniecisti labores et sollicitudines, et posteaquam ob-

---

3916. 1) *lege:* generi *et cf. N.* 3913 not. 7.

3918. 1) *Scripta est haec epistola pridie eius diei quo Concordiae formulae a Iac. Andreae nomine collegii mediatorum conscriptae coram senatu omnes partes subscribere debebant. Quod factum est d.* 18. *Martii. Sturmius concordiam illam approbabat et eo magis subscriptionem urgebat quod Pappus subscriptionem se recusaturum dixerat. Per duos annos illa controversia ecclesiam Argentoratensem turbaverat inde a Febr.* 1561 *cf. N.* 3391. 3404. 3432. *Adeas etiam Zanchi Opp.* VIII. 132. — *Zanchus Sturmio suadente subscripsit sed invitus. Cuius rei testem habemus ipsum Iac. Andreae in libello:* Kurtze Antwort D. Iac. Andree auff Herrn Iohan Sturmii Buch Antipappus quartus Tüb. 1581. *p.* 23 *ubi dicit:* meiner wie auch anderer meiner Mitbrüder dienst ist dir nicht zuwider gewesen, den ich unwirdig a. 63 zu Strassburg geleistet dadurch die zwispalt zwischen dem gantzen Ministerio verglichen, als der vnselig Man D. Zanchus die vergleichung angenomen als bald da du jne vnter den armen wie eine braut zum Tisch führtest vnd batest dasz er solt vnterschreiben, dis stücklein bewiesen vnnd mit nachfolgenden worten vnterschrieben: Hanc confessionem *ut* piam indico *ita* eam subscribo. Das ist so viel als nichts wie er hernach bewiesen hat. *Postridie subscriptionis i. e.* 19. *Martii Zanchus in Helvetiam se contulit venia a Sturmio impetrata* (*N.* 3936), *et hactenus minus accurate Schmidtius p.* 669 *l. l. perhibet Sturmium de Zancho questum esse quod ipso insalutato discesserit.*

tinemus quod volumus, nunc te novam conspirationem facere? praesertim contra eas theses quas tu iudicasti esse veras. Ergo tu te turpiter eiicies, odio obiicies omnium civium, et tolles ecclesiam gallicanam atque vastabis, et nos ludibrio civium expones. Quo iturus es? Tigurum? Tu Tigurinis gratus? qui cum ista hinc infamia! Genevam? At scis *Calvinum* non approbaturum tuas theses. Nosti enim iudicium *Bezae*. Heidelbergam forte cogitas, aut Marpurgum. Nescio, nescio, inquam, quam honorifice. Capitulum certe subscribet, etiam me autore, illis thesibus quas tu bonas iudicasti. Vale. 17. Martii 1563.

Iohannes Sturmius.

3919.

CONSENSUS

inter theologos et professores in ecclesia et schola Argentoratensi factus A. D. MDLXIII die 18. Martii.

(Exstat exemplar authenticum cum subscriptionibus autographis in Archivis Thomanis Argentorati, ubi etiam quinque apographa eiusdem asservantur. Editus fuit hic Consensus Arg. 1563. 8. item germanice; uterque textus recusus in Strassb. KO. 1598 p. 62 ss. et 1670. p. 65 ss.)

Duo sunt praecipua capita controversiae inter pastores ecclesiae et professores scholae Argentoratensis exortae: alterum de coena Domini, alterum de praescientia et praedestinatione Dei.

Quod ad coenam Domini attinet, pius consensus constitutus est, ut pariter in schola et ecclesia conformiter aliis piis ecclesiis ex verbo Dei iuxta Augustanam confessionem A. 1530 Imperatori Carolo V. a Principibus et aliis quibusdam Imperii Romani civitatibus exhibitam, et adiunctam Apologiam, Naumburgi ab Electoribus et Principibus Imperii denuo subscriptam doceatur, eaque sit norma et regula totius doctrinae, non tam de coena Domini quam etiam reliquis articulis omnibus ex verbo Dei sincero et incorrupto in scholis et ecclesiis docendae.

Ad tollendam vero de sententia commemoratae Confessionis in negotio coenae dissensionem, quum utraque pars veram et substantialem praesentiam corporis et sanguinis Christi credat et confiteatur, quae cum pane et vino exhibentur et in coena vescentibus distribuuntur, ne diversitas formularum loquendi contentionem aliquam pariat, placuit ut formulam concordiae inter Martinum Lutherum et Martinum Bucerum piae memoriae, Saxonicarum et superioris Germaniae ecclesiarum ministros initam omnes in docendo sequantur.

De praescientia et praedestinatione Dei secundum formulam sequentem pariter in schola et ecclesia doceatur.

DE PRAEDESTINATIONE.

Quaecunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Ro. 15.

Omnis ergo docendi ratio quum in schola tum in ecclesia iuxta hanc ab Apostolo traditam regulam ita instituenda est ne aut cum doctrina poenitentiae pugnare aut conscientiis afflictis consolationem et spem suam adimere videatur.

Constat autem ex verbo Domini aeternam Dei esse praescientiam qua res omnes praesentes habet: coram ipso enim nihil praeteriit aut futurum est. Ps. 139.

Sic quoque aeterna est Dei praedestinatio quae ad electos pertinet, facta priusquam mundi fundamenta iacerentur Ro. 8. 9. Eph. 1.

Haec autem quum sit abyssus et extra Christum considerata in praecipitium inferi abducat, non nisi in Christo quaerenda est, sicut scriptum est: Elegit nos in Christo priusquam fundamenta mundi iacerentur. Eph. 1.

Eo igitur modo quaerenda est quo nobis a Christo revelata est. Matth. 11.

Est autem in verbo evangelii revelatum aeternum Dei decretum. Sicut universum humanum genus per peccatum iram Dei et indignationem eius incurrit, ita quotquot in Christum filium Dei et hominis pro peccatis totius mundi passum credunt gratiam Dei et vitam aeternam consequuntur. Io. 3. 6.

Promissiones igitur quum sint universales quibus Deus hanc gratiam suam offert, ideo nemo se ipsum excludat, sed quum pariter omnes peccaverimus, omnes ex aequo salutem oblatam apprehendamus.

Verissima et summa afflictarum conscientiarum consolatio, eaque unica, in his et similibus promissionibus comprehensa est: Vivo ego, nolo mortem peccatoris. Convertimini et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris et non erit vobis in ruinam iniquitas. Ezech. 18. Et Christus: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Matth. 11.

Fides autem qua oblatam Dei hanc gratiam universaliter omnibus promissam accipimus, gratuitum Dei donum est, mera Dei misericordia nullo operum nostrorum respectu data, sicut scriptum

est: Vobis donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis sed ut etiam pro illo patiamini. Phil. 1.

Quod autem haec gratia sive hoc donum fidei non omnibus a Deo datur, quum omnes ad se vocet, et quidem pro sua infinita bonitate serio vocet: Venite ad nuptias, omnia parata sunt, arcanum est soli Deo notum, nulla ratione humana pervestigabile, mysterium tremendum et adorandum, sicut scriptum est: O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei! quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et impervestigabiles viae eius. Ro. 11. Et Christus gratias agit Deo patri quod haec absconderit a sapientibus et prudentibus et revelaverit parvulis. Matth. 11.

Interim afflictae conscientiae hac Dei abscondita divinae voluntatis ratione non offendantur, sed in voluntatem Dei in Christo revelatam respiciant, qui omnes peccatores ad se vocat.

Neque vero propterea dicendus est Deus peccatum velle, dum peccatorum viam non semper impedit, sed permittit eos in peccatis perseverare. Vere enim Deus odit peccatum, cuius autor est diabolus qui in veritate non permansit. Io. 8.

Deus autem horribiliter peccato irascitur, prohibet et iram suam omnibus transgressoribus legis suae minatur. Non es Deus volens iniquitatem. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Ps. 5.

Ea autem est Dei bonitas ut malo quod permittit bene et ad nominis sui gloriam uti possit, sicut scriptum est: In hoc excitavi te ut ostendam in te virtutem meam, et ut annuncietur nomen meum in universa terra. Rom. 9 Exodi 9. Idem fit quando peccatum peccato punit. Rom. 1.

Neque vero perverse quis inde colligat sese vas irae esse, a Deo ad interitum formatum et praeparatum, qui deceptus a Satana et carne sua sese multis peccatis polluit. Quin potius illud Apostoli consideret: Si quis emundaverit se ab istis erit vas in honorem, sanctificatum et utile Domino, ad omne opus bonum paratum. 2 Tim. 2.

Nec sibi quisquam propter electionis gratiam, quam in se ipso senserit, ita blandiatur ut in peccata et scelera contra conscientiam ruat. Sed Apostoli admonitiones semper ob oculos positas habeat: Si secundum carnem vixeritis moriemini Rom. 8. Et iterum: Nolite errare: neque scortatores, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. 1 Corinth. 6. Gal. 5.

Huc eiusdem Apostoli dictum pertinet: Qui existimat se stare, videat ne cadat. 1 Corinth. 10. Et iterum: Non ergo regnet peccatum in vestro corpore mortali ut obediatis concupiscentiis eius. Rom. 6.

Qui enim concupiscentiis obediunt fidem, quae vera et viva fiducia est in misericordiam Dei per Christum et in Christo promissam, excutiunt et spiritum sanctum amittunt, ac tam diu sub tyrannide peccati, ira et indignatione Dei manent donec poenitentiam agant et per spiritum Christi iterum erigantur.

Quum autem duplex finis sit doctrinae et disputationis de praedestinatione, alter, ut gratia Dei qua iustificamur sola contra vires humanas et liberi arbitrii asseratur, in quam sententiam D. Augustini, Lutheri et Buceri scripta exstant, alter, ut in lucta carnis et spiritus firmam consolationem afflictae conscientiae habeant, videlicet salutem non in suis ipsorum, quibus facile excuti posset, sed Christi manibus consistere, sicut scriptum est: Oves meas nemo rapiet ex manu mea Io. 10: ita in utroque oratio comparanda est ne aut altius evolemus quam revelata in Christo voluntas Dei permittat, aut nimium eam deprimamus quo viribus humanis vel modiculum tribuatur.

Quapropter phrases duriores in scripturis non usurpatas, quibus partim etiam ecclesiastici scriptores veteres et neoterici usi sunt, vel declinemus prorsus, vel ita temperemus ne in commemoratos scopulos Pelagianismi aut Epicureismi impingamus.

Parce enim et admodum sobrie hoc summum salutis nostrae mysterium in scriptura traditur. Passim vero et in omnibus locis revelata voluntas, quae absconditae contraria non est, in Christo proponitur, ad quam omnes homines revocantur, in qua etiam tutissimum est acquiescere.

[1]) Iohannes Marbachius Theologiae doctor et ecclessiae Argentinensis superattendens manu propria sspt.

Iohannes Flinner parochus summi templi Argentor. testor hoc meo chirographo me sic docuisse et deinceps per Christi gratiam sic docere velle.

Melchior Speccerus pastor ad D. Thomam manu propria subscripsit.

Iacobus Gloccerus pastor ecclesiae Argent. ad S. Nicolaum manu propria subscripsit.

Nicolaus Florus pastor ad D. Aureliam propria manu subs.

Laurentius Offnerus pastor apud S. Petrum iuniorem sspt.

Laurentius Englerus praeceptor quartae classis manu propria subscripsi.

Ioannes Mager pastor ecclesiae Christi in Ruprechtsaw prope Argentinam animo et manu subscripsi.

3819. 1) *Omnia subscribentium nomina describere non attinet. Omittimus 21 nomina virorum ignotorum.*

Ioannes Wernerus diaconus Hospitalis propria manu subscripsi.

Ioannes Sturmius Rector sspt.

Hanc doctrinae formulam ut piam agnosco ita eam recipio Ego H. Zanchus. [2])

Conradus Hubertus Tabernomontanus subscr.

Ego Hieronymus Massarius Doct. Med.

Cunradus Dasypodius visitator subscripsit.

Theobaldus Lingelsheim mea manu subscripsi.

Hanc ego doctrinam sacris agnosco libellis
Conformem: coetum Christe tuere tuum.
Matthias Huebner subscripsit.

Illustrissimorum principum Ducis Wolfgangi Palatini et D. Christophori Ducis Wirtembergensis nec non Basiliensis Reipublicae ablegati Theologi.

Cunmannus Flinspachius superintendens Ecclesiae Bipontinae subscr.

Iacobus Andreae Praepositus Ecclesiae et Cancellarius Academiae Tubingensis sspt.

Simon Sulcerus Eccl. Basil. minister subscripsit.

Huldrichus Coccius pastor Ecclesiae Basiliensis subscripsit. [3])

Politici consiliarii.

Wolff von Koeteritz D. Wolfgangi Palatini consiliarius.

Licenciatus Henricus Sweblin eiusdem principis consiliarius.

Daniel von Renchen Obervogt zu Newenburg.

Doctor Kilian Bertz Hertzog Christoffels zu Wirtemberg Rath. [4])

---

2) *Haec pro more viri tam horrido stylo scripta sunt ut ex solis apographis et ipsius epistolis impressis et infra sequentibus erui queant.*

3) *Hucusque authenticum instrumentum. Quae sequuntur in quinque apographis leguntur.*

4) *In uno apographo adduntur haec:* In actis Capituli Thomani a. 1563 die xix Martii haec habentur: Concordiae formula ab arbitris aliunde huc per senatum nostrum accersitis concepta ministris ecclesiae atque professoribus scholae proposita idque in praesentia senatorum ad istam actionem singulariter deputatorum ab omnibus praesentibus et approbata et subscripta fuit. Ipsa autem formula concordiae memoriae causa statutis eiusdem collegii ascripta est atque ita statuti vim obtinet.

3920.

ZANCUS ERBIO.

Rationem reddit subscriptionis suae in transactione Argentorati de doctrina coenae et praedestinationis facta.

(Ex Tomo VIII. Opp. P. II. p. 178.)

Facta est quaedam concordia [1]) inter pastores ecclesiae et professores scholae, quae omnino pernecessaria erat propter publicam totius civitatis pacem. Ea concordia duo habet capita. Unum est omnium praeteritarum iniuriarum condonatio atque ἀμνηστία. Hoc admisi sine ulla difficultate, quod sic iubeat Dominus meus Iesus. Alterum est formula quaedam doctrinae, tum de coena tum de praedestinatione, iuxta quam posthac in schola et ecclesia doceatur ad evitanda dissidia. Formula de coena brevis et generalis est: nempe ut ex verbo Domini de ea doceatur iuxta Augustanam confessionem et eius Apologiam, nuper Naumburgi a Principibus Imperii confirmatam et subscriptam, et ut utantur verbis concordiae olim inter Lutherum et Bucerum factae. Doctrina de praedestinatione in certos articulos distributa est. Hi articuli, etsi per se, si habeant aequum interpretem, non sint plane impii, ita ut a pia conscientia possint admitti, sunt tamen propter ambiguas quasdam et male sonantes voces immundi, ita ut non possint etiam nisi immunda conscientia simpliciter subscribi. Hac de causa recusavi simpliciter illis subscribere: sed si liceret cum protestatione, me id propter publicam pacem atque concordiam scholae et ecclesiae facturum. Concessa fuit mihi, modo in subscriptione nullam ponerem exceptionem, sed verbis tantum coram omnibus protestarer. Nolui etiam ob hanc causam tantum bonum ego unus impedire. Sum igitur protestatus haec tria: primum, me nolle ut hac mea subscriptione aliquid derogetur aut praeiudicetur aliis ecclesiis, scholis et veritati: deinde, ut nihil derogetur aut praeiudicetur doctrinae quam per decennium in hac schola docui et quae continetur in meis praelectionibus, disputationibus et confessionibus: postremo, ut mihi liceat tam hos articulos quam Augustanam confessionem, Apologiam et articulos concordiae inter Lutherum et Bucerum interpretari iuxta regulam verbi Dei, doctrinam Augustini, Lutheri et Buceri. Deinde ita subscripsi: Hanc doctrinae formulam ut piam agnosco, ita etiam recipio ego Hieronymus Zanchius, ubi illud *ut* accipio pro *quatenus*, et *ita* pro *eatenus*. Non

---

3920. 1) *die* 18. *Martii, iuxta formulam a Iac. Andreae elaboratam.*

agnosco autem totam illam doctrinam simpliciter piam. Non simpliciter igitur eam probo aut recipio.[2])

Quatuor autem praecipuae fuerunt causae quamobrem diutius noluerim detrectare illi formulae subscribere. Prima, ne publica pax atque concordia per me unum impediretur. Altera, ne ecclesia Gallicana mea culpa everteretur.[3]) Hoc enim minabantur. Tertia, ne quae sparsa de me fuerant calumniose et falso (contraria autem multa iis articulis fuerant de me sparsa in vulgus) tanquam vera confirmarentur. Postrema, ne toti meae bonae causae ullum facerem praeiudicium. Nisi enim subscripsissem, cum ignominia (ut mihi asserebatur) eiiciebar urbe. Quantum autem hoc obfuturum fuisset causae, nemo non videt. Quum igitur possem bona conscientia praemissis protestationibus caute articulis subscribere, et subscriptione omnia ista mala atque incommoda evitare, malui subscribere quam propter aliquam meae existimationis iacturam tot mala ut evenirent subscriptionem detrectando efficere.

Interim tamen controversa doctrina nondum est diiudicata, id quod diserte non semel *Sulcerus* mihi dixit: se tantum venisse ut post condonationem iniuriarum in formulam doctrinae in posterum consentiremus, qua et pax fieret et concorditer posthac in schola et ecclesia doceretur. Habes quid actum sit, mi pater *Erbi*. Non dubito quin varii rumores hac de re mox sint spargendi, ut fieri solet. Sed res ita habet. Ac quum danda esset dextra *Marbachio* et aliis,[4]) diu hoc etiam recusavi, quod vellem prius scire an doctrinam quam haereseos damnarunt adhuc pro haeretica haberet, nec ne: non enim posse dari dextram nisi prius consensio sit in doctrina de religione. At *Sulcerus* mihi affirmavit, in duos tantum fines peti ut detur dextera: quorum unus erat ut illo symbolo testificaremur, nos ex animo iniurias invicem condonasse: alter ut symbolum etiam esset, nos ex animo in formulam illam doctrinae consensisse: hac vero dexterae porrectione nullum fieri praeiudicium controversae reliquae doctrinae quae a se non fuit iudicata. — — — — — —[5])

2) *Hic cf. Sturmii Antipapp.* IV. *p.* 170: Quod formulae concordiae renovatae Zancus hisce verbis subscripserit: *ut piam esse iudico ita subscribo*, non sine causa fecit. Et ita subscribendum est quia in ecclesia Christi nimium possunt calumniae. Et ego, tametsi simpliciter subscripserim, tamen ita subscripsi ut eam subscriptionem velim orthodoxe intelligi, non autem a te (*Osiandre*) aut a Pappo mihi explicari, qui quam felices et aequi aestimatores sitis ex his quae instituistis et agitis facile intelligitur.

3) *Quod sua subscriptione minime impedivit. Quum enim Holbracus subscribere recusasset, ipse dimissus est et aedes S. Andreae ei ecclesiae concessae d.* 19. *Augusti clausae fuerunt.* (*Roehrich* III. 115.)

4) *In solenni conventu, postridie subscriptionis, d.* 19. *Martii* (*Schmidt l. l. p.* 657).

5) *Scripta esse potest hoc ipso die* 19. *Martii, quo Zancus Argentina discessit; nam de sua profectione nihil dicit.*

3921.

BULLINGERUS CALVINO.

Gratiis actis pro eius literis res Gallicas et quidem faustas exponentibus, ipse quae ad rem audivit paucis tradit. Negotium Pellizariorum curavit.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Epp. Tom. 30, Scrin. B. fol. 454. — Simler. Vol. 106.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino fidelissimo Genevensis ecclesiae pastori domino meo colendo et fratri longe carissimo.

Genff.

S. D. Nihil aliud possum rependere tibi, domine colendissime et frater carissime, pro labore et diligentia tua, qua exacte ad nos perscribis res Gallicas, quam gratiarum actionem. Itaque tam fratrum quam meo nomine maximas humanitati tuae gratias ago. Recepimus enim et legimus quae 15 Martii et 19 scripsisti.[1]) Valde laetati sumus et egimus Deo gratias qui suos non deserit et in moeroribus consolatur. Oramus sedulo Dominum ut nostris benedicere pergat, hostes vel convertat vel sternat et huic bello cruentissimo exitum felicem per pacem piam ac stabilem largiatur, ne frustra tot et tanta passi sint viri boni.

Vicini nostri militem vel supplementum miserunt 20 Martii et quidem collectitium et parum instructum 1500, alii aiunt esse 2000. Utinam vigilent fideles, ne iterum pacis praetextu novis copiis se instruant hostes et nostros opprimant. Audimus enim, nescio tamen quam certo *Büranum* iuniorem Guysianis adducere equites 2000 ex Belgico. Audimus praeterea in Germania colligi ducentena millia aureorum pro *Guysio*. Spero ista omnia, simul ac audierint periisse *Guysium*, in leves abitura auras. De captivitate *Lotharingii* Cardinalis[2]) nihil unquam tale ad nos, ut ad *Albrechtum* Lugdunensem allatum est. Audivimus illum fuisse apud Imperatorem Oeniponti, et tractasse de nuptiis inter

3921. 1) *non exstant.*

2) *falsus erat rumor.*

reginam *Scotiae* et *Ferdinandum* imperatoris filium contrahendis.

Negotium *Pellizariorum*[3]) qua potui fide et diligentia egi, apud senatum. Impetravi literas, quarum exemplum hisce inclusi. Iamiam recepi. Vertere non licuit. Retinui per biduum tabellarium. Heri venit. Hodie literas impetravi. Cras discedet. Haec sub vesperam scribo: scribae pro more dedi asses 15 vel batzios 7 cum dimidio. Cavi ne ullos sumptus facerem maiores. *Pellizarium* orabis ut benigne consulat hoc meum officium quod ei propter tuam commendationem impendi. Literas magistratus mittam fideliter Coss. Curiensibus et commendabo eis causam hanc quam diligentissime. Heri scripsi D. *Fabritio*, cui etiam commendavi qua potui fide. Ac scio illum fore sedulum. Optime vale. Tiguri 27. Martii sub vesperam 1563.

Bullingerus tuus.

Dicitur colligi exercitus in Germania ad Metim recuperandam.[4]) Vidua beatae memoriae *Martyris*[5]) fratrem habet. Is est apud D. *Admiraldum* in aula eius. Quia vero multo tempore nihil scripsit sollicita est ne interierit. Oramus ergo, ut si possis, perquiras per amicos tuos, an vivat an mortuus sit. *Merenda* est nomen familiae.

3922.

CONDÉ AU SÉNAT DE GENÈVE.

Il loue les grands services de Bèze qui rentre à Genève.

(Archives de Genève. Pièces historiques. Liasse 1712. Souscription autographe.)

Aux magnificques seigneurs Messieurs les scindic et seigneurs du Conseil de Geneve.

Magnificques seigneurs, puis quil a pleu a nostre bon dieu commancer a reduire les troubles et confusions dont si long temps (comme chacun scait) ce pouvre royaume a este afflige pour le faict de la religion a une pacification et tranquilite et quil semble, a voir lacheminement des choses que nous ne pouvons desormais attendre sinon une augmentacion autant grande en lavancement du regne de Iesus Christ par la pure predicacion de son evangille, comme les ennemys de sa verite cuidoient presumptueusement non seulement le retarder ou empescher ains plustost le ruyner et abatre et que pour cette raison Monsr. *de Besze* a la dessus prins argument, quoy qu'a mon regret, de se retirer de ce pais pour aller au vostre rendre en vostre endroict le devoir auquel sa vocation le tient oblige, je ne lay voullu laisser partir sans laccompaigner de cette lettre qui servira non pour tesmoigner les vertueux et louables offices quil a faicts en la poursuitte et deffence dune si juste et saincte querelle, daultant quilz sont si notoires et congneuz que ce ne seroit que superfluitte de les deduire ou publier davantaige, Mais pour premierement vous remercier bien affectueusement de la faveur que jay receu de vous me layant laisse aussi longuement que luy mesme a juge sa presence estre requise et a moy son bon conseil necessaire a la conduitte et maniment dune cause si jmportante veu quelle regardoit et la gloire de ce grand dieu et la conservation de lauctorite de mon jeune Roy, en quoy il a beaucoup servy a jnciter les uns et contenir les autres a lexecution de leurs charges et puis (me remectant sur sa suffisance a vous discourir et raporter particulierement les occurrances et evenemens tant de la guerre que de ceste paix et du bien qui sen peult esperer) vous asseure, magnificques seigneurs, que toutes les gratiffications et honnestes demonstrations de la bonne volunte que mavez en ce faict offertes tiendront toute ma vie tel lieu en ma memoire que soffrant occasion pour le service envers vous dune condigne recongnoissance vous congnoistrez par effect de quelle affection je my emploieray. Et que par ce moyen je suis certain vous ne regreteriez poinct les plaisirs que mavez jmpartiz. Ainsi que jay prier ledit sieur *de Besze* vous le faire entendre. Priant dieu, Magnificques seigneurs, continuer en toute felixite la conservation de vostre republicque et vous maintenir en sa tres saincte garde. escript a Orleans ce xxvij^e de mars 1562.[1])

Vostre bien bon amy et oblige
Loys de bourbon.

---

3) *Negotium ipsum nobis non cognitum est. Pellissariorum gens Clavennae et in Lombardia florebat. Bernardinus P. Vicentinus a.* 1559 *civitatem Genevensem adeptus est* (*Galiffe, Not. gén.* III. 363).

4) *N.* 3906. *Mém. de Castelnau éd. Le Laboureur.* II. 798.

5) *Nupsit postea mercatori Locarnensi Lodovico Ronco.* (*Schmidt p.* 290.)

3922. 1) *Comput français, l'année* 1563 *commençant à Pâques* (11. *Avril*).

3923.

BEZA CALVINO.

Pax Aureliae facta. Ipse iam de reditu cogitat.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 81. Alia exemplaria reperies in Cod. 119, fol. 63, in Bibl. Rhedigeriana Vratisl. Tom. II. fol. 178, in Arch. Bern. Epp. Tom. VI. p. 1027, et ap. Simlerum Vol. 106. — Edidit Baum II. App. 206.)

A Monsieur Despeville
A Villefranche.

S. Tota cis Sequanam Normandia paucis diebus subacta, Britannis, Pictonibus, Cenomanis, Turonibus et vicinis regionibus ad deditionem potius quam ad resistendum comparatis, maximis sociorum copiis iam ad iter accinctis, nobis denique cum fortissimo et maximo equitatu, et quantum nunquam antea habuimus, ad urbem liberandam [1]) properantibus, hostibus vero et duce et caeteris paene rebus destitutis, inventi sunt qui (absentibus et inconsultis nobis) pacis leges [2]) et scriberent et sancirent, de quibus quid mihi videatur malo praesens tecum in utramque partem disserere, quam absens per literas statuere. Eram ergo statim, atque adeo praeterita ipsa urbe, vel cum certo periculo iter ad vos ingressurus, nisi me hucusque retinuissent fratrum preces, quibus aliquot dies concessi dum eduntur urbium nomina [3]) et quoad eius fieri potest nonnullae conditiones temperantur. Video nos in praesenti ecclesias circiter quingentas habituros: id est, multo plures quam nunc ministros superstites habeamus. Caetera cum tempore Dominus dabit, et sicut coepit sua unius manu procul dubio conficiet. Cras iter ingrediar Burgundiam versus [4]) ut in itinere cum cohaeredibus meis de patrimonio, si fieri potest, transigam. Si audiero uxorem ad vos reversam, qua de re ex Normania per Antverpienses ad eam scripsi, recta inde ad vos advolabo. Sin minus per fines Comitatus, Argentinam contendam [5]) ut primo quoque tempore te, mi pater, complectar et vere reviviscam. Scio me unum omnibus modis peti, sed in Domino confido, qui me millies iam servavit et, ut spero, brevi, invitis omnibus sui nominis hostibus, istic restituet. Omnia igitur in beatum illum diem reiicio quo te et fratres omnes favente Deo, aspiciam. Mi pater, vide ut me pergas Domino commendare et vale. Dominus noster te servet et sanctis tuis laboribus aeternum benedicat. Aureliae 29. Martii.

Tuus Beza.

Mitto ad te nonnulla quae fortassis nondum legisti. Il y a deux iours que *Desmoulins* et la lieutenande de Bloys, ayans esté trouvez en adultere, ont este pendus et estranglez en ceste ville.

3923. 1) *Aureliam puta. Admiralii anabasin ex Normandia enarrat Hist. eccl.* II. 330.

2) *Histoire des choses mém.* 1599. p. 163: Le pourparlé de paix dressé devant la mort du duc de Guise fut incontinent remis sus et apres plusieurs allees et venues la Roine mere, infiniement ioyeuse de la mort du duc qu'elle redoutoit plus que nul autre, ayant faint mille caresses à la princesse de Condé le 7 mars une assemblee se tint en l'Isle aux boeufs pres d'Orleans où furent conduits le Prince et le Connestablé encore prisonniers pour aviser à quelque accord. Le Connestablé protesta d'entree contre l'edit de Janvier. Le prince demanda la permission de conferer avec son conseil dans Orleans voulant avoir l'avis des ministres, qui par trois deputez lui firent entendre que la Roine ni lui ne pouvoient deroguer à un edit si solennellement fait. Le lendemain à sa requeste tous les ministres au nombre de 72 lui firent par escrit une remonstrance tendant à ce que dessus et adiousterent quelques articles necessaires pour une seure paix. Mais le Prince fut gaigné par les promesses qu'on lui faisoit: il accorda que l'edit de Janvier fut alteré, y laissant adiouster des exceptions qu'il fit lire devant la noblesse, ne voulant qu'autres que les gentilshommes en dissent leur avis, de sorte que depuis les ministres ne furent enquis, comme aussi l'Amiral n'en sceut rien qu'apres la conclusion. La Roine employa le verd et le sec pour vistement conclure les articles en forme d'edit accordé le 12 Mars, resolu au Conseil du Roy à Amboise le 19. et verifié au parlement à Paris le 27. Par iceluy l'exercice de la religion estoit restreint ches les gentilshommes et en quelques villes, outre celles où il estoit au commencement du mesme mois, avec une oubliance asses confuse de tout le passé. (*Comp. Hist. eccl.* II. 279. *Le texte se lit dans les Mém. de Condé* IV. 311. *Hist. eccl.* II. 283. *Haag, Pièces just.* 61.) L'amiral arriva le 23 avec toutes ses forces et trouva l'edit dressé signé et seellé; il en dit franchement son advis en presence du Prince, mais le Prince opposa à tout cela les promesses qu'on lui avoit faites, qu'en bref il seroit en l'estat du feu Roy son frere et que lors avec la Royne ils obtiendroient tout ce qu'ils voudroient. (*Hist. eccl.* 335.)

3) *ubi protestantes libere suam religionem exercerent.*
4) *in patriam Veseliam.*
5) *Hanc viam revera ingressus est.*

3924.

COLIGNY AU SÉNAT DE GENÈVE.

Remerciments pour l'envoi de Th. de Bèze qui retourne à Genève.

(Archives de Genève. Pièces historiques. Liasse 1715. Souscription autographe.

A Magnificques Seigneurs Messieurs les syndics et seigneurs du Conseil de Geneve.

Messieurs, puis que par vostre conge et moyen Mr. *de Besze* present porteur est venu par deca la presence duquel m'a grandement contente avec toute ceste compagnie je n'ay voulu le laisser aller sans la presente pour vous remercier de ce plaisir et de plusieurs autres esquelz nous avons apperceu et cogneu par experience plus que jamais combien la gloire de Dieu et l'augmentation des Eglises de ce Royaume vous sont cheres et precieuses. Celuy auquel vous avez eu le principal esgard en ce faisant vous en sera liberal remunerateur, et de ma part, Messieurs, je vous prie vous asseurer que j'en auray telle souvenance que me trouverez tousiours amy en toutes sortes que je pourray memployer pour vostre bien et conservation daussi bon coeur que je me recommande a voz bonnes prieres apres avoir prie nostre Dieu quil vous maintienne en sa saincte garde et protection. D'orleans ce xxx^e de Mars 1562 [1])

Vostre entiemant * bon et bien affectionne amy

Chastillon.

3925.

OLEVIANUS CALVINO.

Mittit exemplaria Catechismi Palatini latine versi et hac occasione narrat quo in statu res sint in sua regione.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 8.)

A Monsieur Calvin ministre de leglise de Geneve.

Gratia tibi et pax a Deo patre per Iesum Christum filium suum. Amen. Benedictus sit Deus ac pater Domini nostri Iesu Christi quod Galliam clementer respexerit. Utinam Germaniae gratiam det Dominus ut non pergat in stupore suo, sed intelligat tandem aliquando iudicia Dei ab ipsius domo incipere. Vos Dominum pro Germania nostra sedulo orate. Mitto ad te, carissime pater, exemplum catechismi latini [1]) et alterum ad D. *Bezam*: in prima editione germanica, [2]) quam ad *Scrimgerum* miseramus, omissa erat quaestio de discrimine coenae et missae [3]) pontificiae. Admonitus a me Princeps voluit in secunda editione germanica et prima editione latina addi. Spero Germanis nostris fore utilem. *Princeps* noster ad varios principes eum mittit. Cancellarius quoque noster retulit se ad *Reginam* Galliae nuper misisse latinum. Si lingua esset italica scriptus forte aliquo cum fructu eum esset lectura. Dux *Prussiae,* [4]) uti ex ipsius legato concionatore aulico [5]) docto ac cordato superioribus diebus coram audivimus, sinceram doctrinam et intelligit et propagatam cupit, facultas theologica ad eum scripsit. Idem brevi facturus est noster Princeps. Ioannes *Aurifaber* Prussiae superintendens [6]) pius est ac sincerus, sed piorum ministrorum extrema est raritas. Orandus certe est Dominus ut extrudat operarios in suam messem. Multis nobis opus esset ministris, sed misere destituimur: e contra plerosque in Palatinatu habemus partim qui doctrinam non intelligunt, interim vero tacent, partim qui publice adhuc repugnant. Rationem disciplinae constituendae [7]) descriptam habet Princeps estque paratissimus. Verum ex una parte obiicit prudentia humana in quibusdam tricas, ex parte altera ministri pauci sunt qui velint subesse disciplinae. Valde vereor ne Deus acerrima virga nos ad disciplinam sit praeparaturus. Video enim incredibilem torporem et stuporem. Catechismus tuus germanice prodit hisce nundinis bene conversus a Zacharia *Ursino,* [8]) qui me facultate linguae superat. Addita est ratio administrandi sacramenta, precationes etc. Omnia fideliter sunt reddita, verum non addito nomine

---

3924. 1) *Voyez la note sur le N.* 3922.

3925. 1) Catechesis s. brevis institutio chr. doctrinae. *Cf. Struve, Pfls. Khist. p.* 139, *Niemeyer coll. conf.* 1840. *p. lvij, Seisen Ref. in Heidelb. p.* 168. *Sudhoff, Olev. p.* 88.

2) Catechismus od. chr. Vnderricht wie der in Kirchen u. Schulen der Churf. Pfaltz getrieben wirdt. Heydelb. 1563.

3) *Qu.* 80. *cf. Struve l. l.* 141.

4) *Albertus tunc iam senio confectus sibi minus constabat quam hic putasse videtur. De motibus potius Osiandristicis, minime vero Calvinisticis, qui Regiomonti obtinebant v. Hartknoch, Preuss. KH.* 401. 411.

5) *Jo. Funkio, Osiandri genero qui a.* 1566 *inter illos motus ut damnati soceri assecla supplicio affectus fuit.*

6) *Philippista, a.* 1565 *Vratislaviam se contulit.*

7) *Dudum de disciplina constituenda cogitaverat* (*N.* 3178 *cf.* 3856), *et in Catechismo eius fundamenta posuit. Constitutio eccl. ad eius mentem d.* 15. *Nov.* 1563 *promulgata est, mox vero ab adversariis impetita, unde natae sunt disceptationes et turbae usque ad a.* 1570.

8) *De hac versione Sudhoffius tacet, neque alibi eius mentio fieri videtur, si Vitam Calvini a P. Henry scriptam exceperis* III. 192 *qui eam simul c. Catechismo Heidelbergensi a.* 1563 *editam dicit.*

tuo aut urbis vestrae, ne Germani lectionem recusent, sed eius loco hunc fecimus titulum: *Forme receue par toutes les eglises reformees en France en ladministration des sacraments, mariage, prieres, catechisme etc. Et ainsi le catechisme a le tiltre: Catechisme des Eglises de France.*

Conradus *Marius*, qui Bipontini filios instituerat, ob sinceram doctrinam qua pueros imbuerat abdicatus ab officio adiecit animum ad typographiam ut Germanis ad pietatem sit adiumento.

Haec pauca habui quae iam ad te scriberem, et peto ut in bonam partem, uti soles, accipias. Si catechismus tuo iudicio probabitur, abunde iis erit satisfactum qui cogitationes suas contulerunt. (Multi sunt in eo germanismi, ut in prima quaestione, *qui perdunt gratiam*, translati in alias linguas. [9]) Optavi antea saepe ut prius ad [*te?*] mitteretur, sed mirabiles obiectae fuerunt tricae. Tanta est difficultas in conciliandis multis capitibus et redigendis in unum. Vale et unum verbum rescribe. Dominus Iesus te diu servet ecclesiae suae incolumem. Amen. Heydelbergae 3. April. A° 63.

Tuus ex animo
Gasp. Olevianus.

3926.

CALVIN A SOUBISE. [1])

Conseils relatifs à la reddition de Lyon. [2])

(Copies Bibl. de Genève Vol. 107, fol. 148 et 153. Vol. 115ª, fol. 43. Berne F. 186. — Ruchat VII. 395. Bonnet II. 494. Trad. angl. IV. 295.)

Monsieur, voicy le temps que Dieu nous veult affliger. [3]) Ainsy nous avons à nous fortiffier [4]) en une tentation quelque dure quelle puisse estre. Je ne passeray plus oultre pour traicter de la matiere en general, daultant que ce ne seroit que aigrir les plaies. Et de faict ie scay pourquoy vous mavez adressé ce porteur: cest pour scavoir mon advis comment vous avez a vous resouldre, quant ce viendra à executer ce qui a este conclud sans vous. Or, voicy [5]) il n'est pas question de dire vostre opinion en ung conseil où vous auriez voix, car cest une chose conclue et faicte. Si vous eussiez esté sur le lieu, il ne falloit point espargner vostre vie pour resister en telle liberté que vous debvez au mal qu'on eust voullu faire. Maintenant la question est comment il vous fault porter en l'execution d'un arrest qui nest pas en vostre puissance. Icy il vous fault regarder ce que vous debvez et pouvez. Ie prens le pouvoir non point a la façon du monde pour dire que le plus fort l'emporte. [6]) Mais i'enten que vous pouvez ce que Dieu vous permect, et non plus. Or est il ainsy que vous avez esté la convoié de la part de ce miserable, [7]) qui en trahissant Dieu en [8]) sa vanité nous a mis en toute confusion. Vous avez donc a pratiquer la doctrine de la saincte escripture, que si Dieu oste le glaive à ceulx lesquelz il en avoit ceints, que ce changement de sa main nous doibt faire plier et regler. [9]) Parquoy ie ne voy point qu'ayez raison et puissance approuvee [10]) de Dieu, de resister à ce qui a este ordonné par ung conseil contre lequel on ne peult replicquer auiourdhuy quil ne soit legitime. S'il determine mal, puis que Dieu nous veult affliger, [11]) tenons nous quois. Au reste, Monseigneur, voicy la façon que vous aurez à tenir, ce me semble: [12]) ie presupose que devant que le porteur soyt arrivé, que Monsieur de *Bocard* vous aura desia insinué sa commission. Le premier donc que vous avez à faire sera de vous descharger de vostre gouvernement tant envers luy qu'envers la communauté.

Ie vous laisse ce que vous scavez bien selon vostre prudence, que vous aurez à faire pour le

---

9) *haec in margine.*

3926. 1) *N.* 3864.

2) *Hist. eccl.* III. 242: La paix estant faite à Orleans le 19 Mars et aussitost envoyee à Nemours qui assiegeoit Lyon, il la fit publier en son camp en donnant advertissement à Soubize et le pria de faire le semblable. La response de S. fut qu'il attendroit qu'il en receust les nouvelles luy mesme . . . . . Le sieur de Gordes gentilhomme du Dauphiné fut envoyé à Lyon avec bonnes et gratieuses lettres à Soubize en datte du 8. Avril afin quil ne fist difficulté de remettre la ville . . . Et desia auparavant le Sr. de Boucart avec letres, non seulement du Roy et de la Royne mais aussi du Prince, estoit passé par Lyon pour aller en Dauphiné et Languedoc avec charge bien ample pour l'execution de l'Edict de la paix.

3) cribler *G.* 153.

4) *add.* pour ne point deffaillir 153.

5) icy 153.

6) *phrase omise dans l'édition de M. Bt.*

7) *Condé. — Hist. eccl.* II. 335: Le 23 Mars l'Amiral arrivé à Orleans avec toutes ses forces trouva que l'Edict de la paix avoit esté accordé, dressé, signé et scellé en son absence, et le lendemain en dit franchement son advis au conseil. Il remonstra qu'ayant restreintes les Eglises à une ville par bailliage on avoit fait la part à Dieu et plus ruiné d'Eglises par ce trait de plume que toutes les forces ennemies n'en eussent peu abatre en dix ans.

8) par 153.

9) renger 153.

10) que vous aies iuste raison qui soit approuvee 153.

11) humilier 153.

12) façon de parolles quil me sembleroit que vous auriez à tenir 153.

menu. Car les lettres ne peuvent pas speciffier ce que feroit la langue, si iestois là present. Ce pendant je ne doubte pas que vous ne faciez bonne garde de la ville, pour ne la point laisser tomber en mauvaises mains.[13]) Seulement en souffrant ce que vous ne pouvez point empescher, que vous demandiez surseance pour les particularitez qui ne sont assez bien et deuement liquidees. Ce delay ne peult estre pour rebellion, et ne vous pourra on reprocher que vous veuilliez imposer loy à vostre roy,[14]) quant vous accorderez le principal, et demanderez davoir declaration suffisante devant que rien s'execute. Je scay que telle submission sera bien difficile à digerer à vostre peuple. Mais ie croy quen la fin ils regarderont à ce que Dieu leur permect. De vostre costé, ie scay bien que vous ne deffauldrez point, en ce que vous congnoistrez vous estre licite. Mais ie vous ay desia declaré que Dieu nous ostant ung homme de rien, nous a donné ung tel coup de massue, quîl nous fault demeurer abatus iusques à ce qu'il nous releve.

Monsieur, etc. . . . . . Ce 5. avril 1563.

3927.

CALVIN A MADAME DE ROYE.[1])

A l'occasion de la paix d'Amboise.

(Minute orginale. Bibl. de Genève. Vol. 113 fol. 115. — Bonnet II. 497.)

Madame, les conditions de la paix[2]) sont tant à nostre desadvantage que nous avons bien matiere d'invocquer Dieu plus que jamais à ce qu'il ait pitié de nous, et remedie à telles extremitez. Tant y a qu'il nous fault baisser les testes, et nous humilier devant Dieu, lequel a des yssues admirables en sa main, combien que les commencemens soient pour nous estonner. Je ne vous puis pas dissimuler que chacun trouve mauvais que Monsieur le prince se soit monstré si facile, et davantage quil ait esté si hatif à conclurre. Il semble bien aussy qu'il ait proveu mieulx à sa seureté quau repoz commun des povres fideles. Mais quoy qu'il en soit ce seul poinct nous doibt imposer silence, quant nous scavons que Dieu nous a voulu de rechef exercer. Je conseilleray tousjours qu'on se deporte des armes, et plustost que nous perissions tous que de rentrer aux confusions qu'on a veu. J'espere bien, Madame, que vous mectrez peine, tant qu'il vous sera possible, davancer ce qui semble auiourdhui reculé. Je vous prie au nom de Dieu de y faire tous voz effors. Mesmes je pense que la rage obstinee[3]) de noz ennemys picquera tellement la Royne et ceulx qui par cy devant ne nous estoient gueres favorables, que le tout nous reviendra à bien. Voila comment Dieu scait tirer la clarté des tenebres. Ceste attente maleige aucunement mes doubtes.[4]) Mais je ne laisse pas de languir pour les anguoisses qui mont saisy depuis les nouvelles.

Madame, apres m'estre bien humblement recommandé à vostre bonne grace, je supplieray le Pere celeste de vous avoir en sa saincte garde et vous reconduire[5]) saine et sauve avec vos petis enfans, lesquelz Dieu a honorez en les faisant pellerins en terre estrange, de quoy ilz auront à se souvenir estans venus en age pour le servir avec affection en toute leur vie.[6])

---

13) *Hist. eccl.* II. 243: Le mareschal de Vieilleville fut envoyé à Lyon pour passer puis en Dauphiné et en Languedoc, la venue duquel, comme il estoit homme d'esprit paisible et qui ne s'estoit iamais rendu partial en ces derniers troubles, servit de beaucoup pour adoucir les esprits. Finalement la paix fut publiee et lieux assignés à ceux de la religion qu'ils bastirent depuis à grands frais, dont l'un fut nommé Paradis et l'autre la Fleur de lys.

14) Prince 153.

3927. 1) *Madame de Roye s'était retirée à Strasbourg, pendant la guerre, avec plusieurs de ses petits-enfants* (*Hist. eccl.* II. 11. 102). *Elle s'y trouva en grande nécessité et dut emprunter au recteur Sturm une somme de* 6100 *fl. le* 24. *juin* 1563. *Cette dette, tant en principal qu'en intérêts se montait à plus de* 80,000 *livres en* 1622, *où le prince de Condé en composa pour la décharge des biens de la maison de Roye.* (*Laboureur, add. aux mém. de Castelnau* I. 381. *Zanchi Capell.* 25. *Jul.* 1563.)

2) *N.* 3923. *Languet Id. Mai* II. 240: Non possum satis mirari eorum stultitiam qui Condaeum ob factam pacem accusant. Ego vel multo iniquiorem felicissimo bello praetulissem, quod si vel ad paucos menses bellum durasset Gallia plane perierat: quamvis adhuc non sit extra periculum, animi enim multis iniuriis exacerbati difficulter coalescunt . . . . Regina iam aliquoties petiit a D. de Roye ut rediret in Galliam. Iam est profecta Heidelbergam ut Palatinum et Landgravium salutet et iis gratias agat pro acceptis beneficiis.

3) coustumiere *Bt.*

4) douleurs *Bt.*

5) rendre *Bt.*

6) *La lettre n'est point datée. Nous la mettons à tout hasard avec M. Bonnet, au commencement d'Avril. En tout cas c'est la réponse à une lettre de Me. de Roye que Calvin avait reçue avant le* 8. *Avril.* (*Voyez la suivante à Bullinger.*) *La dernière ligne a paru illisible à M. Bonnet.*

3928.

CALVIN A MADAME DE ROTHELIN.

Cette lettre paraît être également écrite après la paix.

(Minute orginale mais non autographe Bibl. de Genève. Vol. 107a, fol. 377. Copies 107b, fol. 93; Berne VI. p. 1018. Simler. Vol. 69 (!) — Bonnet II. 499; Trad. angl. IV. 303.)

Madame, combien que depuis ung an iaie souvent entendu de voz nouvelles, voire lesquelles m'ont donné ample matiere de me resioyr et louer Dieu, toutesfoys i'ay este bien aise dentendre par voz lettres ce que ie ne pouvoie si bien comprendre par le rapport daultruy. Vray est que vous ne mandez pas ce que nous avons entendu dailleurs, assavoir quau meillieu des plus grans troubles vous navez iamais eu honte ne crainte de vous advouer du troupeau de Jesuschrist, mesmes que vostre maison a esté ung hospital pour recevoir les povres brebis dissipees, enquoy Dieu a esté gloriffie par la bouche de tous fidelles, comme aussy ce luy a esté ung sacrifice agreable que lhumanite que vous avez exercee envers ceulx qui estoient affligez pour son nom. [1]) Si les malins en ont esté envenimez, cest assez que vous aiez la promesse de nostre seigneur Jesuschrist que celuy qui donnera seulement ung verre deau fresche à lun des plus petis de ses disciples, ne perdra point son sallaire. Ce qui m'a le plus resioy en voz lettres, Madame, cest lesperance que vous me donnez que nous aurons ce bien de vous voir icy en brief et si vous trouvez icy pour vous alleger de voz anguoisses, le contentement encores redoublera. Je ne doubte point que vous naiez endure beaucoup de fascheries et tormens, mais il nous fault praticquer ceste doctrine de remectre noz sollicitudes en Dieu, comme ie scay bien que vous faictes. Je ne poursuis point plus oultre, resignant le principal a vostre venue, laquelle ie prie Dieu davancer. Puis que vous avez trouvé bon, Madame, que nostre frere *Pierre* allat en vostre ville de Noiers il a esté ainsy resolu et si est accordé.

Madame, apres mestre treshumblement recommande a vostre bonne grace, ie supplieray le pere celeste vous maintenir en sa protection, vous fortiffier de plus en plus et accroistre en tout bien et prosperite.

3928. 1) Retirée durant la première guerre civile au château de Blandy, près de Melun, la marquise de Rothelin n'avait pas cessé de témoigner son attachement à l'Evangile, qu'elle professait publiquement avec le duc de Longueville son fils, depuis 1561. — Le mariage du duc avec Marie de Bourbon, veuve de François de Clèves, duc de Nevers, ramena ce jeune seigneur dans les rangs du parti catholique, tandis que la marquise sa mère demeurait invariablement fidèle à la foi réformée. (*Bonnet.*)

3929.

CALVINUS BULLINGERO.

Pacis Ambosianae articulos describit et de utriusque Borbonii ignavia et mala fide queritur.

(Exemplar authenticum exstat manu Ionvillaei scriptum cum subscriptione Calvini autographa in bibl. Turic. F. 80, olim Epp. 45, fol. 345. Apographa reperies in Cod. Genev. 107a, fol. 262 in cuius tergo legitur: *Ad Bulingerum ut puto*, et in Cod. 108, fol. 148 in cuius margine legitur: *Bullingero creditur scripta.* Epp. Bern. VI. fol. 1112, Simler Vol. 106. Versio angl. IV. 297.)

Clarissimo viro D. Henrico Bullingero ecclesiae Tigurinae fido pastori fratri et symmystae mihi plurimum observando.

S. Ergo ab altero quoque fratre [1]) iam nequiter fuimus proditi. Iureiurando, quod voluit typis excudi, promiserat nihil se acturum nisi ex sociorum consensu. Dum clam paciscitur [2]) cum *Regina* matre, praefecto Lugdunensi rem se tenere suspensam scripsit usque in reditum *Admiraldi.* Interea sociorum admonet ut copias omnes dimittat et affirmat transactum esse. Hoc mulier non satis astuta suis literis apud me confessa est, dum suis blanditiis me placare studet. Porro quam felices progressus uno momento everterit intelliges ex *Bezae* literis, [3]) qui tamen non ausus est omnia scribere, quale est quod nos exarmavit [4]) antequam vulgo innotesceret scelerata pactio. Dominandi libido hominem prorsus excaecavit. [5]) Interea magnum quiddam se praestare existimat, dum sex ex sua caterva curat [6]) inter equites regii ordinis cooptari et in puerilibus

3929. 1) *Navarreni sc.*
2) *De his v. Hist. eccl.* II. 278; *Popelinière fol.* 356 *ss.; Hist. des choses mém.* 1599. *p.* 163; *et epistolas legati Hispani in Mém. de Condé* II. 138 *ss.*
3) *deperditas forte credideris quia N.* 3923 *non multa habet ad rem.*
4) nor what it was which disarmed us.
5) *Popelinière l. c.:* On faisoit entendre sous main au Prince que faisant une paix sans s'opiniastrer trop sur les conditions, il seroit incontinant eslevé au degré du feu Roy son frere.
6) because *he is* enrolled.

istis nugis exsultat. Verum ut solet Deus mirabiliter operari, sub hac infirmitate potentiam suam extollet.

Sunt autem haec pacis capita: [7])

1. Omnes nobiles qui sunt barones et quibus est iurisdictio capitalis, vel qui feuda nobilia possident, domi manebunt in libera conscientia, et religionis quam ipsi reformatam vocant exercitio cum suis familiis, atque etiam subditis, qui sponte et non coacti volent adesse. Nobiles autem quibus nulla est iurisdictio eadem libertate fruentur pro se et familiis duntaxat, modo ne habitent in urbibus oppidis et pagis sub aliorum ditione: quo casu non poterunt exercere suam religionem nisi permissu suorum dominorum. Rex tamen in sua ditione immediata omnibus eandem libertatem concedit.

2. In singulis praefecturis a quibus provocatio est ad curias parlamentales urbs una designabitur in cuius suburbiis religio exerceatur ab omnibus eiusdem praefecturae qui adesse volent, non aliter. Quisque tamen poterit privatim apud se libere manere, neque ulli exhibebitur molestia vel in quemquam fiet inquisitio, nec cogentur contra suam conscientiam.

3. In cuntis urbibus in quibus religio habuit sua exercitia ad septimum diem huius mensis, praeter alias urbes iam designatas, eadem religio exercebitur intra muros, in uno loco vel duobus, modo ne qui eam religionem profitentur templa possint applicare in suum usum. Clericis enim sua omnia restituentur, ut cultum divinum peragant sicuti ante tumultus excitatos: si quid autem dirutum fuerit litem non movebunt ipsi clerici.

4. Civitas Parisiensis cum sua praepositura immunis erit ab eiusdem religionis exercitio. Qui tamen illic manebunt pacate fruentur suis bonis, nec inquietari poterunt, aut violenter adigi, aut ulla inquisitione fatigari, neque in praeteritum tempus neque in futurum, super ratione conscientiae.

5. Urbes omnes redibunt in statum pristinum, libera erunt commercia, exteri omnes milites quam citissime fieri poterit ablegabuntur, atque in hanc rem totis viribus incumbent omnes subditi.

6. Quisque restituetur in sua iura, facultates, status, honores et munera, cuiuscunque sint qualitatis, et in illis conservabitur ac protegetur, non obstantibus decretis, litibus, iudiciis, sententiis et arrestis quae sequuta sunt mortem regis Henrici, tum ob causam religionis tum ob arma religionis occasione sumpta. Eiusmodi enim iudicia cassa et irrita erunt, nullius effectus aut valoris, ut eorum praetextu impediantur haeredes in tranquilla sua possessione.

7. Atque ut dominus Princeps Condensis generalis locumtenens et gubernator Picardiae solutus sit omni cura, ac ne quid in posterum probri vel invidiae sustineat, declarabitur et reputabitur bonus cognatus consanguineus et fidelis subiectus Regis, prout meretur sanguinis ex quo oriundus propinquitas, ac proinde omnes domini equites, nobiles, cives, communitates, tam urbium quam pagorum, et quicunque eius partes sequuti sunt in hoc bello, ubicunque bellaverint inter istos tumultus, pronunciabuntur et reputabuntur fideles Regis subditi, quia persuasum est, quidquid hactenus fecerunt, fecisse bona intentione et sub Regis obedientia, quapropter omni invidia exonerantur.

8. Dictus dominus Princeps manebit solutus omnibus oneribus rationis pecuniae, et quidquid eius mandato expensum fuerit ex vectigalibus regiis, quantacunque sit summa, Rex acceptum feret. Manebit praeterea liber et extra omnem litem et molestiam, quoad tributa indicta urbibus vel oppidis, vasa argentea e templis sumpta, reditus et proventus ecclesiasticos et quidquid insumptum est in praesenti bello, ut neque ipse neque sui, neque eius commissarii, vel in praeteritum vel futurum vocari queant ad reddendam rationem. Nulla etiam lis movebitur ob excusam monetam, ob fusas machinas bellicas, pulverem confectum, ob aedificata urbium propugnacula, ob ruinas et aedium demolitiones, ne damnum vel a Principe ipso vel a communitatibus vel a privatis exigatur.

9. Captivi omnes tum belli iure tum ob causam religionis utrinque liberi dimittentur, sine ullo pretio, quanquam in hoc numero Rex censeri non vult praedones, latrones, fures et sicarios, quibus pacis huius beneficium non erit commune.

10. Omnes iniuriae et noxae in praesenti bello perpetratae manebunt exstinctae mortuae et sepultae, ac omnibus interdicetur, cuiuscunque sint qualitatis, sub poena capitali, ne se ultro citroque iniuria afficiant, vel provocent ad rixas, vel litigent aut iurgentur super causa religionis.

11. Qui religionem profitentur supersedebunt ab omni foedere quod habent tam in regno quam extra fines, ac in posterum nullos agent census, nec nomina conscribent, nec contributionem pecuniae indicent, nullas etiam habebunt congregationes vel consistoria vel conventus nisi ob religionem.

Ambosiae 19. Martii 1562.

Sic signatum propria manu
Charles.

Et subtus per Regem in suo consilio
Robertet.

Sigillatum in cauda duplici.

---

7) *textum praebet decurtatum. Authenticum Mém. de Condé* IV. 311. *Popel. f.* 358 *v. Hist. eccl.* II. 283.

Vides, optime frater, quorsum redacti simus unius hominis levitate. Potuit enim nullo negotio consequi ut Regina ad quaslibet conditiones descenderet. Verum ultro se ad quaelibet obsequia serviliter prostituit. Nunc anxie exspectamus quid futurum sit. Valde enim timendi sunt motus [8]) in quibus sedandis, quoad potero, laborare non desinam. Simul ac reversus fuerit *Beza*, quae magis recondita sunt intelliges. *Nemorsus* febri continua laborat gravissime, [9]) ut medici de vita desperent. Secretarius regii legati, qui apud Oenipontem [10]) erat quum illuc venit *Cardinalis*, inter solemnes epulas dicit fuisse productum calicem vetustissimum et valde patulum, in quo insculpta erant carmina, quae nostram de sacra coena doctrinam confirmant, et *Cardinalem* illo spectaculo quasi attonitum diu haesitasse. Vale, clarissime vir et mihi honorande frater. In festinatione memoria lapsus fueram, mihi redditas èsse hoc biduo binas abs te literas, [11]) quarum alteris adiuncti erant libri de quibus tibi gratias ago. Symmystis omnibus, filiis et generis multam salutem precor. Dominus vos omnes servet incolumes. Genevae 8. Aprilis 1563. Salutant te collegae mei et amici omnes inter quos maxime *Ionvillaeus.*

Ioannes Calvinus tuus.

3930.

IONVILLAEUS BULLINGERO.

Transscripsit lectionem Calvini in primum caput Ezechielis in usum Trecii.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 166, olim Epp. Tom. 24, fol. 279. — Simler. Vol. 106.)

Clarissimo viro D. Henrico Bullingero ecclesiae Tigurinae pastori fidelissimo mihi plurimum observando. Tiguri.

S. Quum literas tuas, vir clarissime, perlegissem non satis assequutus sum statim quid velles, dum mihi gratias agis quod dictata D. *Calvini* excipio, et ad vos mitto. Et certe mirabar vehementer quorsum spectares. Sed ubi paulo post accepi literas *Trecii* nostri, quibus nullam mentionem facit illius scripti quod miseram, tunc demum venit in mentem, me lapsum fuisse nimia festinatione in complicando fasciculo. Nam quum *Trecius* literis suis me obnixe rogasset, ut si quid D. *Calvinus* in primum Cap. Ezechielis disseruisset [1]) de personis divinis, quod Polonis usui esse posset, ad se mitterem, curavi exscribendum, quod ea de re ex eius praelectione excęperamus, ut *Trecii* desiderio satisfacerem. Quia vero multas literas et scripta prae manibus habebam quum fasciculum complicavi festinanter, suspicor me scriptum illud literis tuis attexuisse quod volebam literis *Trecii* involvere.

Genevae 5. Idus Aprilis 1563.

Car. Ionvillaeus tui observantiss.

3931.

BULLINGERUS CALVINO.

Polonia dissidiis et haeresibus turbata eius auxilium requirit. Simul bello a Moscovitis impetitur.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 99. Reperies etiam in Cod. 111a, fol. 237. Bernae Epp. VI. 1116 et ap. Simlerum.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino, Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori, domino meo honorando et fratri longe carissimo.

S. D. Brevior sum ne conduplicem tibi, care mi frater, molestiam. Scio enim D. *Tretium* copiose de ea causa scribere, [1]) quam tibi modis omnibus commendo. Audio Poloniam incensam flagrare dissidiis et abominandis de trinitate quaestionibus. Video Satanam hoc unico spectare ut blasphemis dogmatibus evangelii praedicationem infamem reddat, et dissidiis ecclesiam dissipet. Tu hac in re caeteris exercitatior es. Adiuva ergo fratres tuum postulantes auxilium. [2]) Literas quas illi ad me miserunt his inclusi. [3]) Abhorreo totus

8) *Popel. f.* 360: Cest edict fust arresté avec tel mescontentement du peuple d'Orleans, surtout pource qu'on n'avoit attendu le retour de l'Amiral, que les soldats, non obstant l'execution qu'on feit de quelques uns, ne peurent estre retenus qu'ils ne desmolissent le residu de plusieurs temples. Mais sy ceux là s'en malcontentoient plusieurs des Catholiques ne s'en tourmentoient moins *etc. Comp.* II. *f.* 2. *v.*

9) Nemours qui avoit esté spectateur (*de la défaite de sa troupe au faubourg S. Just de Lyon le* 7. *Mars*) conceut de cela tel desplaisir qu'il en cuida mourir et en fut malade au lict pres de deux mois.

10) at Deux-Ponts!! (*Anglus.*)

11) *nos quatuor m. Martio scriptas habuimus N.* 3913. 3915. 3916. 3921.

3930. 1) Il commença ses leçons sur Ezechiel le 20. janvier (1562) *Colladon Vie* 102. 156 *ed. Franklin.*

3931. 1) *vide sequentem.*

2) *Scripsit Ep. ad Polonos de qua vide Opp. T. IX. Proll. p. xlviij.*

3) *Non reperimus.*

ab his blasphemiis et disputationibus istorum hominum.

Multus est hic sermo de pace facta in Gallia. Ego vero tuas vel *Ionvillaei* nostri exspecto,[4]) ex quibus spero me cogniturum certissima et utinam felicia. Moscus[5]) numeroso exercitu ingressus Lituaniam vi coepit Plozko terroremque incussit Polonis, qui iam in armi suniversi esse dicuntur. Dominus servet te nobis diu incolumem. Salvus sit D. *Ionvillaeus* cum *Budaeo* et reliquis fratribus. Salutant te fratres omnes.

Tiguri 12. Aprilis 1563.

Bullingerus tuus.

3932.

THRETIUS CALVINO.

Descripto misero ecclesiarum in Polonia statu, controversiis de trinitate turbatarum, rogat ut ad varios proceres privatim scribat, qui opus habent ut in vera fide confirmentur. Despotam Valachiae suae ditionis reformatorem praedicat et commendat.

(Ex apographo Cod. Paris. Dupuy Vol. 102, fol. 165.)

S. P. Non auderem profecto, clarissime domine ac pater colendissime, hoc tempore literis meis tibi esse molestus, gravissimarum occupationum tuarum rationem habens, nisi me pauperculae ecclesiae Polonicae summa urgeret necessitas: quae nebulonum seductionibus hactenus exposita non solum tua vestrarumque ecclesiarum autoritate non movetur, sed plane confirmatur. Iam enim seditiosis spiritibus omnia sursum deorsum permiscentibus confidentius tumultuandi occasio intercluditur. Iam iustitia Dei in reiectis Iscariotis agnoscitur, unde maxima utilitas ad puram Christi ecclesiam perventura est. Modo tu non defatigeris opera auxilioque non desis, excidentur absque dubio hae ecclesiae universae pestes, quae non parvam partem Poloniae imposturis suis concusserant, multos etiam dubiis animis fluctuari coegerant. Id autem fiebat quod apud praecipuos proceres regni fidem eis faciebat vestra autoritas qua sese tegebant. *Lismaninum*[1]) dico et eos quos patrocinio suo texit ipse. Verum manifestatis subdolis astutiis eorum mox plurimi ex ministris ad pristinum ordinem et institutum revocati sunt, revocanturque subinde, qui vestrarum ecclesiarum iudicium omnibus totius orbis sententiis et opinionibus praeponunt. Vigilant et ad tuam sanctam admonitionem muniti constantia sunt, nec facile se a vestris ecclesiis abduci patientur. Habent praeterea patronos suorum coetuum heroes quosdam, praecipuos regni proceres, qui adversus istos serpentes decertabunt, et instructi panoplia spirituali, praeter eam autoritatem quam in regno habent, astutias illorum vincent, atque pro veritate usque ad mortem resistent. Eos a te literis privatis[2]) confirmari, ut e re ecclesiae maxime fore ministri existimant, ita a te supplices ut facias petunt. Ipsis enim proceribus iudicio et autoritate tua nihil magis optabile est, qua stabiliti, ac tandem ex istis labyrinthis haereticorum emersi, in recta fide ac confessione vobiscum unanimes, quietis mentibus in posterum Deum colent. Apparet iam liquido in nostris ecclesiis locum habere dictum illud Pauli: Necessarias sectas ad electorum probationem. Quanto enim plures paleae evolant tanto triticum erit purius, et dum purulenta ulcera saniem eiecerint corpus habebit melius. Quod si itaque tu hanc Arrianam et Servetanam haeresim semel adhuc ex Polonia depuleris, persuadeas tibi, mi pater, quod verus Israel posthac minus errabit.

Ac ut rectius negotium intelligas, narrationem rei gestae mihi ex Polonia perscriptam ad te mitto,[3]) ex qua quid facto opus sit facile deprehendes. Illud unum a te, benignissime pater, peto, ut iis duobus verbi Dei ministris,[4]) piis ac simplicibus viris respondeas. Ii sunt quos in odium ad te *Lismaninus* inducere studuit, ut miseri ita oppressi non haberent quo pro consolatione confugerent: qua ratione putabat facilius posse radices figere impietatem atque factionem Gribaldicam et Blandraticam, quae ex his partibus tota ad illum in miseram patriam nostram confluxit, vineamque Domini ubi potest arrodit. Sed hanc tumidam arrogantiam et fraudem brevi depressurus est Dominus per hos proceres qui sese hostes illorum iam declararunt, modo tu eos officii admonere non dedigneris. Ii enim tibi omne obsequium omnemque observantiam debere semper professi sunt ac profitentur, et se a probis et fidelibus Christi ministris regi patiuntur, vestrisque ecclesiis per omnia subscribunt. Primus est

---

4) *Ergo N.* 3929 *nondum Turicum pervenerat.*
5) *Iwan. V. Languet d. d.* 16. *Apr. Epp.* II. 239. *Schadaei Contin. Sleid.* I. 335.
3932. 1) *Cf. N* 3866. 3874. *De posterioribus eius fatis nihil certi compertum habemus. Sandius autor est eum circa a.* 1563 *Regiomontum se contulisse et ibi mente captum sibi ipsum vim intulisse* (*p.* 34. *Lubien.* 170).
2) *Maluit publice scribere. Vide praeced. not.* 2.
3) *deperdita videtur.*
4) *Sarnicio et Sylvio* (*Opp. IX.* 645).

Palatinus Posnaniensis,[5]) quem aiunt in locum illius *Tarnovii* iam successisse, secundus capitaneus Marienburgensis,[6]) tertius *Zupparius*. Post hos aliquot ex senatu Cracoviensis reipublicae, praecipui viri, qui in urbe primaria nostra fortiter Blandratismo resistunt. Ad hos si singillatim scripseris, crede, reverende domine, te non frustra Christo Domino adiuvante operam collocaturum, sed hanc tuam molestiam et toties iam repietitum laborem ecclesiae aedificationi tandem serviturum. Deus Opt. Max. te nobis incolumem atque salvum ut diutissime conservet, ego in ardentissimis votis assidue habeo, qui tua beneficia summa erga me agnosco: pro quibus utinam aliquando exstet signum pietatis in te meae. Dat. Tiguri 12. Aprilis MDLXIII.

Clarissimis viris symmystis tuis, dominis ac praeceptoribus meis, salutem plurimam ac omnem felicitatem precor.

Addictissimus ac tui observantissimus famulus
Christophorus Thretius.

Ferme praeterieram quod ad promovendum regnum Dei et impediendos satanicos conatus non postremi imo maximi momenti est. Audivisti aliquoties ex me, clarissime domine, de Despota qui Valarchiae * Palatinus[7]) factus in illam amplissimam et potentissimam provinciam religionem Christi introducere statuit, abrogatis graecae religionis superstitionibus. Ad eam rem a nostris hominibus formam vestrarum ecclesiarum petiit. Studiosissimus enim semper fuit scriptorum tuorum omnisque religionis vestrae, et iam aliquot ex ministris Polonicis non suspectis ad se vocavit. Verum quoniam factio haec impia Blandratica subdolesque * Lismanicae vulpes, providens * sibi tanquam de ulteriori a Polonia exsilio, apud eum latibula quaerunt, obsecrant itaque tuam pietatem omnes pii ut ad hunc principem Valachiae Despotam ea de re scribas permoneasque de nebulonum venenis ac artibus, simulque ad puram et sinceram religionem adhorteris. Ac video hoc optare nonnullos tanquam rem apprime necessariam ut Stanislai *Sarnicii* nomen, praecipui orthodoxae fidei propugnatoris, in tuis literis ad eum exprimas, una cum nomine meo, idque ideo ut aditus pateret de progressu reliquo cum eo per literas vel coram colloquendi, et per nos vicissim quae ipse te scire cuperet tibi significandi. Reliquam occasionem quam habes me commendandi in literis tuis ad Polonos benignitati tuae commendo. Si id vel unico verbulo feceris, maximo beneficio me famulum tuum ornaveris. Deus pietatem tuam spiritu suo regat, ab omnibus hostibus tueatur ad suae ecclesiae aedificationem.

5) *et maioris Poloniae generalis praefectus, Andreas Gorcanus* (*Lub.* 35).
6) *Ioachimus Lúbomirski* (*Lubien.* 165). *Ibidem praefectus erat Stan. Myscovius* (*ib.* 133).
7) *Iac. Heraclides Basilicus despota* (*ib.* 153) *ubi et nomina ministrorum ab illo advocatorum reperies.*

3933.

JOURNÉE DE BALE.

Affaire du duc de Savoie demandant la restitution de ses terres autrefois conquises par Berne. [1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie 1563. Minute corrigée par Calvin, dont nous imprimons les phrases autographes en italique.)

Constitution des Sieurs Ambassadeurs par aller a la journee de Basle. Veu et approuve en Conseil des deux cens.

Nous Syndiques Petit et grand Conseil de Geneve a tous faisons notoire et manifeste que suyvant lassignation et la journee de magnifiques et tresredoubtez Seigneurs des Ligues nos bons voysins et singuliers amys au 25. dapvril pendante a Basle en ladvertissement de noz treschers combourgeois de Berne, aians delibere dy envoyer par meure deliberation de nostre conseil a nous commis et deputez noz Ambassadeurs pour ladite journee

3933. 1) *Ruchat* VI. 454 *ss.* VII. 16: Le duc de Savoie continua cette année ses négociations en Suisse pour se faire rendre les pays qui avoient été pris à son père, en tout ou en partie. L'ambassadeur d'Espagne, Marc Ant. Bosso, pria les cantons assemblés le 14. Mars de marquer une journée pour accommoder ce prince avec Berne. On la marqua à Bâle pour le 25. Avril. Les députés de Berne furent chargés à cette occasion d'avoir soin des intérêts de Genève et d'intercéder auprès de l'ambassadeur pour faire lever la défense du commerce avec G., que le parlement de Dôle avoit publiée. Les députés des cantons désintéressés, qui se portèrent pour arbitres, proposèrent aux deux parties de s'accommoder en cédant chacun quelque chose de son côté. Travaillant sur ce plan ils réglèrent que les Bernois garderoient le pays de Vaud, y compris le bailliage de Morges, et qu'ils rendroient au duc tout ce qui est au-delà de la rivière de l'Aubonne et au-delà du lac, Aubonne, Rolle, Mont, Nyon, Gex, Ternier, Thonon, Ripaille, Vevey, La Tour, Chillon, Villeneuve, qui avoient été dans la dépendance du Chablais. Mais ils ne voulurent rien régler sur l'article de la religion, remettant aux parties de s'accommoder entre elles sur ce sujet. Le duc accepta cette décision, mais les Bernois la rejetèrent.

noz bien aymez freres nobles michel *Roset* nostre lieutenant et sieur *Chenelat* nostre secretaire pour comparoir audit lieu de Basle a ladite Journee avec pleyne puyssance entiere charge et commission de faire dire respondre exploicter a nostre nom selon les Instructions que de nostre part leur seront donnees et pourtant les recommandons comme nostres esdits magnifiques et puyssants Seigneurs des Ligues lesquelz prions croire noz ditz ambassadeurs pour ceste fois comme nous mesmes en ce quilz diront de nostre part, recevans a nous mesmes ce que la sera faict et nous offrans envers lesdictz magnifiques seigneurs a tels honneurs plaisirs et services a nous possibles. En foy de quoy avons a nosdits freres ambassadeurs donne les presentes soubz nostre sceau commun ce xvi d'apvril 1563.

Par mesditz Srs Syndiques et Petit et grand conseilz.

Instructions et charge donnee a noz bien aymez Michel *Roset* nostre Lieutenant et Pierre *Chenelat* nostre secretaire pour aller a Basle en la journee generale des Ligues assignee au xxv^{e} de ce moys dapvril pour les differentz entre Illustre duc de Savoye et noz treschers combourgeois de Berne, suyvant ladvertissement quilz nous en ont faict tant par lettres et ambassadeurs passe surtout larrest de petit et grand conseil aujourdhui faict ce xvj. dapvril 1563.

Passant par Berne vous advertirez nosdictz combourgeois en la personne de ladvoier et selon quilz nous ont par cydevant advertis nous vous envoions pour estre de nostre part a ladicte journee et la entendrez ce quon y vouldra dire et que en tout et partout nous vous recommandons a leurs bonnes graces les prians de vous estre favorables selon que nous desirons de bien maintenir ce qui concerne et nostre estat et l'estat commun des deux villes, et les prierez silz ont ou scavent quelque chose qui nous fust necessaire le nous declairer et communiquer amyablement et donner charge a leurs ambassadeurs de vous estre favorables en vous communiquant toutes choses requises.

Estant a Basle sans mener grand bruyt vous ferez entendre aux sieurs Ambassadeurs de Zurich qui president en la journee que suyvant ladvertissement de nosdits combourgeois vous estes la pour veoir que c'en sera et que nous avons toute confiance envers Messieurs des Ligues, principalement envers eulx et leurs superieurs noz bons amis quon ne nous fera point de preiudice et que nous ne pensons pas que ledit duc ayt point de juste occasion de nous rien demander. Sur le tout que nous nous recommandons a eulx.

Silz vous disent que le duc ne parle pas ainsi et quil nous pretend demander le Vidomnat ou aultres choses vous leur direz que vous estes la pour entendre ce quil vouldra dire et que ce nest pas nous qui faisons poursuites nous contentans de vivre et demourer en paix avec noz voysins. Que sil vouloit jnformer messieurs des Ligues a nostre desadventage vous avez bonne confiance aydant Dieu que quant jlz vous auront la dessus ouys et entendus jlz seront satisfaitz et verront que nous ne levons point de tort de son Altesse mais au contraire que nous avons bien a demander a lencontre de luy.

Si vous estes adverty que le duc ayt faict proposer a lencontre de nous ou que vous serez apelez pour ouyr ses demandes, vous presenterez premierement aux seigneurs des ligues noz affectueuses responses et tres volontaires services. Puy apres leur direz que nous sommes bien ayses quil ayt pleu a Dieu nous faire la grace destre ouys pardevant eulx pour la bonne esperance que nous avons envers eulx quilz poyseront noz affaires en equite et suyvant les pas de leurs predecesseurs et la bonne volonte que jusques a maintenant jlz ont monstree en nostre besoing quilz continueront a la manutention et conservation des edictz et de lestat de nostre ville comme voysins bien prestz a leur faire tous services possibles tant en general quen particulier.

Puys respondrez a ce que sera mis en advant soit de leur part ou desdits savoyens en presence dioeulx ou a part et en presence de noz combourgeois de Berne sil est possible ou apres sil le fault faire selon linstruction suyvante.

Et sil se mettoit en advant quelque cas ou faict duquel mention ny soit faite nous vous donnons pleine et entiere puyssance de respondre et faire selon ce que dieu vous conseillera et que verrez estre expedient pour le bien de nostre ville sans totefois rien accorder ou passer mays aiant en tel cas premierement protester de nostre bon vouloir et de nous rapporter.

Vous avez aussy puyssance de nous notifier . . . .[2]) requis de ce que vous verrez estre utile.

Si lesdits Seigneurs des ligues vous disoient, apres vous avoir ouys ou devant, si nous ne sommes pas prestz douyr quelque amiable prononciation ou de satisfaire pour bien . . . . . Jlz advisent de quelque traictement et decision supportable des differens davec ledict duc, vous leur direz que la charge que nous vous avons donne est de remonstrer pardevant eulx et de faire entendre noz droictz afin quilz sachent que nous sommes plustost grevez que

2) *le papier est déchiré.*

de grever les aultres et que beaucoup de propos quon faict courir touchant nostre ville et droicts dicelle sont mal fondez et que nous nous sommes tousiours resolus a cela que leur prudence nous aiant entendu cognoistront assez quon ne nous doibt pas presser plus oultre comme aussy nous ne sommes pas deliberez de permettre quelque changement en lestat moderne dicelle.

Silz insistoient remonstrans quen vain doncs seroit on comparus a ceste journee vous leur direz quilz entendent bien ce que peuvent faire ambassadeurs et que vous nestes pas pour les empecher dadviser de ce quilz verront estre utiles et expedient, mais que le but sera de nous rapporter et faire entendre ce quilz en auroient advise sans aultre consentement.

Si le duc demande le Vidomnat, le chasteau de Lisle, les franchises allongees avec les prises perceues despens dommages et jnteretz qui sen sont ensuivis pour la spoliation des dictes choses, Jl fault simplement sarrester a larrest de Paierne par ses Ambassadeurs accepte et passe en force de chose jugee duquel soit demande pleine lecture devant les arbitres pour les rememorer des peines et travaulx donnez par le pere dudict duc a noz predecesseurs et des pertes de corps et de biens et occasions tresurgentes qui les contraignent a recourir au droict pour eviter totale ruyne lesquelles sont sommairement declairees audict arrest et lesquelles on ne pourroit de present mettre en advant plus modestement que par ladicte lecture. Laquelle monstrera que ladjudication de la possession du Vidomnat fust faict expressement sans prejudice des libertez et anciennes coustumes de Geneve et du droict que levesque avoit sur ledict Vidomnat et luy fust reserve, et que le duc ny les siens ne deussent exercer aucune vengeance des choses passees ny faire a ceulx de Geneve en general ny en particulier oultrage ny violence en corps ny en biens dont avant questre remis de ladicte possession jl debvroit donner a la ville de Geneve asseurance pour luy et ses succèsseurs par lettres et seaulx.

Ce qui avoit este ainsy specialement advise et arreste par les magnifiques seigneurs arbitres en esgard des dangiers auxquelz la ville avoit auparavant este par les *molestes* et guerres precedantes et de la mort des bons citoiens qui avoient auparavant este executez pour le soustenement des droicts et libertes de la cite, comme Navie, Blanchet, Mr. Leirie docteur, Bertelier et plusieurs aultres, et pour prevenir semblables adversitez a la dite cite.

Et totesfois ledit duc ne bailla oncques ladite asseurance tenant par ce moien la ville en une craincte continuelle mays tout au contraire du xx[e] de Janvier 1532 furent faictes defenses de sa part a ses subiectz de ne porter vivres dans Geneve a peine de perdition de corps et de biens et si furent faictes en ses terres plusieurs oultrages esditz de Geneve qui nen avoient aultre sinon leur plaindre envers leurs combourgeois de Berne et Fribourg mesmes entre aultres furent assaillis deux Imprimeurs de Basle par une cinquantaine de Savoiens en hayne de Geneve et des deux villes Berne et Fribourg, tellement quilz furent contrainctz se nommer Lantzknetz pour eschapper et si fit le duc toutes diligences possibles envers les Seigneurs des ligues et des deux villes pour faire casser ledict arrest de Paierne. Ce quil ne peut oncques obtenir. Car aussi la cite ne demandoit que paix et droict comme feroient tous estatz voire les plus petites Republiques desirantes estre conservees aupres de leurs voisins.

Finalement fust la guerre renouvellee au pays et la ville environnee le penultieme de Julliet 1534 tant par les gens dudict Sr. Duc que aultres, et dempuys les fascheries hostiles continuees et sur jcelles plusieurs journees tenues tant a Tonon Lucerne que a Baden et Augste la ou le Duc ou les siens pourchassoient tousiours laneantissement dudict arrest parce quil leur sembloit que ceste equitable provision donnee par les magnifiques Seigneurs des ligues lempechoit de pouvoir executer ses entreprinses contre la dicte cite laquelle perseverant a limploration dudict arrest fust par lesdicts assautz de gens de guerre, defenses de vivres, arrestz de personnes et ruyne de biens reduicte a une miserable extremite par lespace de deux annees, comme cela a este tout notoire tellement quelle fust contraincte combatre pour sa vie et liberte appellant Dieu en ayde et ses bons amys, entre lesquelz ceulx de Neufzchastel descendirent pour les secourir. Puys apres leurs treschers et feaulx combourgeois de Berne, voyans quil ny avoit moyen de reprimer telle force et ruyne jmminente a la cite par nulles requestes ni advertissemens, aians defie ledict Duc en faveur de leurs combourgeois de Geneve, envoiarent leur secours et ainsy dieu tout puyssant qui est le refuge et support des opprimez et des foibles ayda a ladicte cite, delivra les citoiens *des violences quilz pouvoient creindre* contre ledict arrest lequel jlz tenoient comme jnviolable, tant pour ce que le repos de leur ville en dependoit que aussy pour lhonneur et authorite des magnifiques Seigneurs des Lignes leurs predecesseurs qui en avoient heu tant de peines, puys aussy parce que silz eussent compleu audit Duc a revoquer telz jugemens passez cela fust este tousiours revenir es labyrintes plus grands que jamais desquelz la paovre cite ja destruicte par les temps precedens navoit pas besoin.

Jl appert doncques qua juste cause elle a possede ledict Vidomnat dempuys ladicte sentence jusques au jour present soit plus de trente ung ans

et ledict eslargissement des franchises dempuys ladicte guerre, quilz pouvoient par droict naturel et jmperial estans assaillis se defendre et retirer leur sang et leurs biens des mains de lennemy, tellement quilz ne sont aucunement tenus a plus en respondre audict Sr. Duc qui auparavant ny avoit quune possession *doubteuse et non fondee en certain droict*, laquelle jl a a bon droict perdue par telles procedures.

Au reste jl apparut asses esdictz magnifiques Seigneurs des Ligues lors dudict depart par les droictz et tiltres jmperialz par noz predecesseurs lhors produictz nonobstant totes ses contredictes que ledict Duc navoit aucun empire ny seigneurie en Geneve et nestoit pas si grand cas ledict Vidomnat comme on pourroit avoir donne a entendre, Veu que cestoit ung office subalterne de levesque et mesmes des [*Syndiques*] [3]) faisant hommage et fidelite audict evesque et qui na[*voit*] autre que la premiere jnstance es proces criminelz quil estoit tenu remettre es syndiques dans vingt quatre heures lesquelz jugeoient et commandoient audict Vidome de faire mettre leur sentence en execution. Quant es emolumens jl nen avoit sinon les bamps de trois solz et les tiers des bamps de soixante solz et nestoit juge que des causes seculieres desquelles on faisoit la clame [4]) par devant luy et si en alloit lappel pardevant le Vicaire, appert par le tiltre de lunzieme de Julliet 1306 et par lusance derniere.

Et quant ores tout droict de guerre cesseroit si seroit ledict office a bon droict commis et escheu a la cite comme feudal dicelle par la contumace des feudataires ou vassalz qui se sont eslevez contre le debvoir.

Pourtant et veu que ledit Sr. Duc avoit desia este condamné a 21000 escus pour les despens de la premiere guerre jl debvoit donner la dicte asseurance lettres et seaulz a la forme dudict arrest ou pour le moingz laisser la cite voisine en paix. Et apres avoir *este occasion quelle fut tant* affligee nest recevable a demander ce peu qui luy est reste qui ne vault pas la vingtieme partie des pertes et dommages quelle a souffertz pour lenfraincte et enervation dudict arrest, faute par ledict duc et les siens comme de faict ladicte cite est la dessus resolue de jamais ne quicter ce peu que dieu luy a donne par droict de si juste et legitime guerre et par le secours de ses chiers combourgeois de Berne desquelz jlz en ont lettres et seaulx.

Sasseurant que ceste magnifique assemblee poisera le tout en equite en suyvant les pas de leurs predecesseurs, Afin que la porte ne fust ouverte *dabolir iugemens passes et inquieter les foibles et renverser le repos publicq*.

Or daultre part ladicte cite a bonne occasion maintenant de demander audict duc ce quil detient des appartenances dicelle, comme sont le chasteau et mandement de Thiez en Foucigniez qui est ung des membres anciens et en propre domaine de levesche, comme appert par plusieurs tiltres tant jmperialz ducalz que aultres.

Item la fidelite et hommage du cote de Genevois et daultres chasteaux et places comme Revilliez Balaifon Ternier Montfalcon et les eschelles suyvant ce que ses predecesse[illegible]s lont plusieurs fois preste dempuys trois cens an[illegible]ca, comme de lan 1305 par Ami comte de Geneve, lan 1313 par Guillaume comte de Geneve, lan 1319 et lan 1346 et jusques a ce que les evesques de Geneve sont yssus de la maison de Savoie a laquelle ledict Comte de Geneve estoit advenu et pour lequel en ces derniers temps jlz ont obmis de faire faire lesditz hommages et fidelitez et essaians de conjoindre tout en leur maison comme jlz ont monstre es dernieres guerres. *Combien quilz ne le* peuvent retenir au prejudice des Bulles des empereurs et Rois, comme les Friderichs, Venzeslaus, Sigismond et Charles quatriesme, qui portent que les droictz et appartenances de dicte cite ne puyssent a ladvenir jamais estre perdus, mesmes en consentement des Evesques. Son feu predecesseur et pere en fust interpelle au proces dernier a Paierne devant les magnifiques Seigneurs des Ligues lan 1529 auparavant de larrest de Paierne susmentionne.

Item noz predecesseurs acquirent de feu Illustre duc Loys de Savoie grand pere du feu Illustre duc Charles par le moien de 2000 escus par eulx livrez et paiez audict duc, traicte libre de tous vivres venáns a Geneve telle que ledit Sr. duc ny les siens en general ny en particulier ny mesmes par ses propres fourriers ne la pourroient empecher. Soubz lobligation de tous ses biens.

Oultre les tiltres quilz avoient de ladicte traicte de vivres de Illustre Ame Conte de Savoie et neantmoings ledict Illustre duc Charles pere de son Altesse a empeche et defendus lesditz vivres avec tote extremite comme a este tout evident et encores aujourdhuy ledict Sr. duc empeche la traicte des graines qui sont les principalz vivres, contre les tiltres acquis de ses predecesseurs dont jl se doibt deporter en observation diceulx et satisfaire ladicte cite des maulx dommages et interests quelle a souffertz pour navoir observé lesdictes promesses.

Item doibt laisser percevoir tous les revenus et appartenances des eglises chappitres et monasteres de Geneve pour estre appliquez a lhospital des paouvres et aux deniers charitables et service divin

3) *déchiré*.
4) *mot douteux*.

de ladicte cite et ne souffrir pas quilz soient occupez et dependus par les fugitifs qui se sont rendus ennemys dicelles faisans profession daultre religion que celle que Dieu a establie en ladicte cite et qui y est unanimement receue et maintenue dempuys environ trente ans en ca.

On veoit bien evidemment quen totes facons le pere dudict Sr. duc *a donne occasion que la paovre ville ait beaucoup souffert* tant par occupations defenses de vivres armees *et tous exces que la guerre apporte dont il sest* causé des dommagos et jnterestz a ladicte cite plus quon nen scauroit satisfaire par ung million dor Auquel elle demande ledict Sr. duc comme heritier [illegible] sondict pere estre envers jcelle condamne sa[illegible]myable moderation.

Si le duc [illegible]ur eviter *lobiection des exces et de la guerre par luy mal et indeuement entreprise* veut alleguer superiorite en Geneve comme vicaire d'empire et produire la Bulle de Charles quatrieme, celle quil peut avoir de Charles cincquieme et des Papes de son temps,

Tout cela luy est suffisamment rabbatu par ledict despart de Payerne la ou sont mentionnees les Bulles jmperiales les revocations des oultrois que ses predecesseurs pouvoient avoir obtenus lesquelles en remonstrant et se tenant fermement audict arrest avec bonnes protestes, On pourra encores dabondant si on veult alleguer le loud faict par le duc Loys de lacquis de vernés de la darve du seizieme de may 1446 Par lequel jl transporte et remet a la cite omnimode jurisdiction mere et mixte empire direct seigneurie et toute superiorite quil pouvoit avoir esdictz vernés Argument tres evident quil navoit aucune superiorite sur jcelle cite a laquelle jl remettoit ce quil pensoit estre de la sienne. Item on pourra encores emploier les lettres des territoires obtenus par lesdicts ducs successivement les ungs apres les aultres pour tenir leur justice en la ville sans prejudice des libertez dicelle Comme Messieurs en ont entre mains du comte Ame, du duc Loys, Philibert et de Charles dernier, et en general que aiant aultrefois son pere este tant de fois jnterpelle par Geneve et par les deux villes a monstrer ses droictz nen avoit oncques sceu faire apparoir en tant de journees tenues. Ouy bien la cite es siens comme les magnifiques Seigneurs des ligues en font audict arrest soubz leurs seaulx fidele rapport. Quant a tout ce quil peult avoir obtenu du dernier empereur Charles cinquieme quil ne peult ny ne doibt prejudicier es tiltres beaucoup plus anciens joinct quon scait que ledict empereur estoit son allie et que devant luy ny sa chambre Geneve na jamais este ouye et encor ledict empereur par lettre missive du xviij[e] de novembre 1530 leur commanda de bien conserver les droicts de la ville et de levesche et encores de nouveau du viii[e] daoust 1540 et commanda de demourer en lobeissance de lempire comme cite jmperialle. *Quoy quil en soit tel octroy sans congnoissance de cause et sans ouir contre* ne doibt prejudicier a une telle republique, qui ne demande que la paix et repos et faire plaisir a tous ses voisins comme jusques jcy graces a Dieu lont peu apperceveoir lesdicts magnifiques seigneurs des ligues. Que demeurant en lestre quil a pleu a Dieu luy donner elle a tousiours este preste et volontaire envers ladicte magnifique communaute comme elle est encores de present.

Si le duc veult alleguer linvalidite dudict arrest de Paierne *on aura a requerir les Bernois de* la maintenir avec nous et puys jl a paye les despens, jl a demande en estre releve et na peu obtenir comme appert es despartz des iournees des Ligues dempuys tenues desquelles les Bernois doyvent estre munys, et puis cest trop mespriser lauthorite desditz Seigneurs et qui pourroit avoir vigeur si sentences demandees acceptees et executees. ....

Sil compart en qualite devesque cest a dire quil ayt obtenu la temporalite de levesche comme son pere pourchassoit desia et que totes telles pasches soient obtenues confermees par papes et empereur derniers, se fault arrester au despart et quil ne la peu faire contre lesdictes Bulles.

Sil amene des procureurs de levesque qui demandent au nom diceluy a estre restitue, Lors on pourra remonstrer comme la principaulte dudict evesque estoit tellement limitee par lesdictes anciennes franchises de la ville que la garde des places leur apartenoit et tote jurisdiction mere et mixte empire du soleil couchant jusques au levant et le jugement des causes criminelles comme se veoit par les articles lesquelz le dernier evesque avoit jure entrant en possession comme aussy tous ses predecesseurs et pourtant estoit tenu les maintenir et en general la franchise de son evesche. Qui plus est jl avoit specialement jure la liberte et bourgeoisie de la ville et de cela a jcelle donne lettres et seaulx du quinzieme de Julliet 1527 protestant de vouloir vivre et mourir avec la cite.

Au contraire de quoy sestant conjoinct et rendu adherent dudit feu Jllustre duc ennemy dicelle jl y est entre y commettant plusieurs exces contre lesdites franchises emprisonnant les citoiens puys a faict porter armes contre jcelle avec ledit duc comme appert par les confessions propres diceluy duc contenues audit arrest de Paierne Tellement que laction luy fust reservee contre ledit evesque quil accusoit avoir dresse lesdits troubles et guerres contre ladite cite pour sen exempter. Ainsi doncques au lieu de pere et pasteur jl sest rendu ennemy et comme tel a persevere jusques aux dernieres guerres et se trouva luy mesme en personne

devant Geneve avec les gens de guerre dudit duc le penultieme de Julliet 1534 comme jl a este tout notoire, Attendant dexecuter lhorrible conspiration faicte tant par luy comme par les traictres et desloiautz qui furent surnommez peneysans et publiquement condamnez audit Geneve combien que par plusieurs fois jl ayt este supplie de la part des citoiens tant par les lettres que par Ambassadeurs de revenir en la cite louer et favoriser contre lennemy jouxte son debvoir et serment.

Contre lequel il a tant faict et continue les armes avec ledit feu Sr. duc, que dieu aiant donne la victoire a la cite la prive dicelle en sorte quil ny est oncques ose revenir dempuys sachant lavoir enormement grevee et assaillie et ainsy a rapporte le sallaire par luy justement merite pour sestre desloialement porte envers les siens.

Or daultont quilz ont en bonne conscience receu la reformation quilz tiennent le changement advenu pour leur bien et salut par les oultrages et hostilitez dudict Evesque ne leur doibt estre impute: mais a luy qui en est coulpable Ioinct aussi quon scait bien que telles preeminences nont este aucunement accordees aux Evesques quen tiltre et qualite de protecteurs des libertes des villes Et pourtant sen estant tresmal acquitez ilz ont perdu le droict quilz avoient. Surquoy ilz ont ordonne des prescheurs maistres descole lecteurs docteurs hospitaliers et aultres offices selon la *religion quilz tiennent* pour exercer le service divin et les oeuvres charitables *Et se confient tant de Dieu* qui les a maintenus jusques aujourdhuy *quil continuera iusqua la fin.* Et pourtant vouldroient plustost attendre la mort et finale ruyne de leurs biens ville femmes et enfans que de sen destourner dung seul point et mot quilz fussent jnstruictz par les sainctes escritures ou par la determination dung franc libre et sainct concile general quilz errent en ceste doctrine.

Ce quilz veulent bien proposer et faire entendre a ceste magnifique assemblee sachans bien quencores quelle soit de diverses opinions en la foy Totesfois chascun est bien de ceste humanite et piete que nul ne vouldroit contraindre une communaulte dhomes femmes et enfans a faire et croire souffrir ou permettre ce quilz estiment estre a leur damnation et contre leurs consciences comme aussy on ne contrainct pas daultres cites et republiques lesquelles ne laissent pas pourtant de faire tous debvoirs damytie et de voisins. Ainsy comme la dicte ville soffre tousiours de tout son pouvoir envers ladicte communaulte en general et chascun membre dicelle en particulier.

Et parce quon ne peut bonnement jmaginer tout ce quilz diront ou contrediront, puyssance generale de respondre et repliquer selon ledict arrest de Paierne droictz et documens quon a, tellement quon ne se departe jamais desdicts propos.

Mesmes en toute la procedure selon quil sera besoin dalleguer les droictz, quon demande que ceux qui sont a fribourg soyent produitz et exibes afin de les emploier et sen servir en la cause presente.

Addition auxdictes Instructions dudict jour.

En passant par Berne vous declairerez en conseil comment le parlement de dole a faict defenses a tous les subiectz du ressort de ne point traffiquer avec les nostres ny vendre ny acheter ny avoir afaire et leur remonstrerez quel prejudice et dommage cela pourra apporter non seulement a nostre cite mais a leur pays.

Et daultant que cest comme demy hostilite dempescher ainsy et rompre les commerces joint que cela pourroit donner plus grand ouverture et plus mauvaise que nous les prions donner charge a leurs ambassadeurs den parler a la journee et requerir les magnifiques Seigneurs des ligues leurs alliez de sy opposer et faire entendre au parlement de dole que telle defense ne leur est point supportable en requerant quelle soit levee.

Estans arrivez en la journee vous en parlerez aussy aux Ambassadeurs de Zurich Basle Schaffhouse et Glaris les priant de se joindre avec nos combourgeois de Berne en telle cause daultant que lesdits de Dole ne tendent sinon a nous ruyner obliquement pour la hayne quilz ont a la religion mesmes vous en parlerez a ceux de fribourg et de solleure et leur ferez sentir comment cecy leur attoche et quil ne nous en peut venir mal quil ne leur soit commun et selon le conseil que vous aurez des amys vous mesmes en ferez la complaincte et demanderez quil y soit proveu de bon remede ou bien silz en veulent prendre la charge vous les laisserez faire.

Au reste de la journee passant par Berne vous pourrez la soliciter la responce de lexploit de vostre derniere Ambassade.

3934.

ZANCUS BULLINGERO.

Paucis exitum actionis Argentoratensis narrat, ita ut omnia in bonam partem accepisse videatur.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi p. 141.)

Quod simul ac finis utcunque nostrae tragoediae impositus fuit, reverendissime pater, non statim ad te qualis ille fuerit scripserim, ne mireris. Quum enim in animum iam pridem induxerim meum, hoc tempore, sive dissidium nostrum componeretur, sive non componeretur, conferre me ad has thermas,[1]) et hinc ad vos, deinde in patriam uxoris,[2]) idque tum valetudinis tum etiam animi satis afflicti recreandi causa, malui coram quam per literas totum negotium vobis explicare. Id quod ubi ad vos venero (veniam autem Deo volente intra 10 aut 12 dies) perficiam. Nunc tantum habeto conclusionem: Controversam quidem doctrinam neque esse iudicatam (diserte enim dixerunt compositores,[3]) se non venisse iudicatum de doctrina, hoc enim esse alicuius synodi officium), neque etiam esse compositam (quomodo enim componi possint contradictoria?), conciliationem tamen quandam animorum esse factam, condonatis utrinque iniuriis ac maledictis: deinde in quandam doctrinae formulam, tum de coena, tum de praedestinatione, qua in posterum caveatur ne huiuscemodi contingant dissidia, esse consensum, ab aliis quidem simpliciter a me vero cum protestatione et cauta subscriptione. In summa: huc omnia fuisse instituta ut scandalum, quod non parvum erat in urbe propter hoc dissidium, aliqua ratione tolleretur, publicae paci consuleretur scholaque in integrum statum restitueretur, et vero etiam ministerium tectis utcunque nonnullorum erroribus in sua dignitate apud plebem conservaretur. Reliqua coram. Vale. Badae 16. April. 1563.

3935.

BULLINGERUS CALVINO.

Percurrit raptim totam seriem novarum rerum tam ab ipso Calvino acceptarum quam eidem aliunde tradendarum.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 455. — Simler. Vol. 107.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori domino honorando et fratri longe carissimo.

Genff.

S. D. Valde doleo, colende domine et frater carissime, praereptam nobis esse istius [1]) festinatione intempestiva tantam occasionem pacis solidae stabilisque constituendae. Vereor enim plurimum ne ista durabilis sit futura. Quando vero aliter fieri non potest, orandus est nobis Dominus, ut ille morbis istis hominum sive inertia sive malitia inductis medeatur. Causa haec Domini est. Sine huius nutu nihil fit. Vult ille haud dubie ita exercere fidem et patientiam nostram. Ac videmus iam ab annis 40 et amplius mirifice Deum nostrum causam illam religionis et promovisse in mundo et defendisse. Non deerit nobis invocantibus nomen eius. Mirum vero illud est, quod et *Namursius* * [2]) mortuos deserere non vult, quibus indivulse adhaesit viventibus. O quanto nebulonum pondere levatur Gallia. Miraculum est ingens, quod tempore admodum brevi tot sublati sunt hostes evangelii graves. Non frustra evenere haec. Favet adhuc Galliae Dominus qui huiusmodi eam liberat monstris. Benedicet ei etiam suo tempore plenius. Ipsi gloria. Caeterum meo et omnium fratrum nomine tibi gratias ago, qui et pacis conditiones, et de rebus omnibus tam diligenter scripseris. Omnibus enim nobis rem fecisti gratissimam. Utinam brevi scribere detur faustiora. Sed et nos et res nostrae omnes sunt in manu Domini Dei nostri.

Quid factum sit in causa *Zanchi* [3]) Argentinae intelliges rectius ex ipsius literis. Mihi videtur vir bonus paulo imprudentius egisse, et nimium dedisse et hostibus et compositoribus etc. Ex Italia scribitur mortuos esse praecipuos legatos concilii Tridentini Mantuanum, Tridentinum et Seripandum.[4]) Patres concilii vehementer dissidere, dum hi papam volunt subiicere concilio, alii praeferre, ut qui non sit ab ullo iudicandus. Sessionem illos in 22. Aprilis distulisse scribit *Iulius* Mediolanensis.[5]) Comes

---

3934. 1) *Badenam secum duxit famulum suum Frid. Sylburgerum qui postea inter philologos suae aetatis inclaruit.* (*Cf. N.* 3936 *et Schmidt l. l. p.* 668.)

2) *Vallem Tellinam.*

3) *Sulzerus, Andreae, Flinsbachius et Ulr. Koechlin Basileensis.* (*N.* 3919.)

3935. 1) *Condaei.*

2) *gravi morbo affectus N.* 3929.

3) *Cf. N.* 3920 *et* 3936.

4) *Hercules Gonzaga Card. S. Mariae novae, Mantuanus, praeses concilii obiit a. d.* VI. *nonas Martias. Hier. Seripandus Card. s. Susannae, Neapolitanus, qui et ipse praeses fuit, obiit a. d.* XVI. *cal. Apriles.* (*De Thou* III. 437, *Raynaldus* 1563 *n.* 58. 59.) *Ludov. Madrucius, Card. S. Callisti, ep. Tridentinus neque legatus erat, neque mortuus est eo tempore, sed vixit ad a.* 1567. *A medio m. Sept.* 1562 *ad Idus Iul.* 1563 *nulla sessio celebrata fuit.*

5) *Giulio Milanese, Io. Valdesii discipulus, Vermilii collaborator ap. Neapolitanos, Ochino familiaritate coniunctus, e carcere Venetiano profugus, inde ab a.* 1547 *Poschiavi in Valle Tellina ministerio fungebatur unde plurimas dedit literas ad Bullingerum.*

Martinengus [6]) scribit cardinalem *Lotharingum* moestum et equis citis per Pedemontium rediisse in Galliam. [7]) Venetos vehementer ob interitum *Guysii* lugere. Mercatores nostri Franckforto nondum rediere. Quidam quidem rediere, sed qui nihil observarunt. *Froschoverum* his diebus exspectamus. Quam vero cuperem occasionem dari nobis consequendi istius antiqui calicis Oenipontani, qui carmina illa pia exhibet, de quibus mihi iucundam historiolam in tuis refers literis. [8]) Poloni dicuntur graviter urgeri a Moscis. [9]) Dominus liberet eos, et potius quidem ab Lysmanninis, Blandradistis et aliis Italicis monstris. Satis multa rursus ad te de his scribit piissimus vir *Tretius*. Si quid ergo potes fac vel in gratiam tot piorum in Polonia virorum. Operam et impensam non perdes. Dominus benedicat tibi, et servet te nobis diu incolumem. Filii mei, generi, affines, fratres et symmystae omnes et universa domus mea te salutat reverenter. Recudetur mox mea responsio data ultima, *Brentio*. Si quid mutandum videtur, quaeso significes in tempore. Ubi enim librum te accepisse ex tuis intellexi, spero te obiter inspexisse. Optime vale, domine mi et frater. Saluta fratres et amicos, *Ionvilleum* imprimis. Tiguri 17. Aprilis 1563.

Bullingerus tuus.

3936.

ZANCHUS CALVINO.

Summam et exitum totius suae tragoediae, quam vocat, fuse refert.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi P. II. p. 135.)

S. Actus nostrae tragoediae, quae biennium [1]) duravit, nunquam volui ad te, doctissime pater *Calvine*, certis de causis scribere: [2]) quarum non postrema fuit, quod nihil magis potuisset totam, eamque bonam, funditus nostram evertere causam (tanta est huius saeculi in viros de ecclesia Christi optime meritos ingratitudo) quam si a nostris rescitum ulla ratione fuisset, me ad *Calvinum* de causa nostra, quasi consilii ab eo capiendi causa scripsisse. Ergo quod per hoc tempus piger, imo nullus fuerim in scribendo ad te, rogo in eam accipias partem, in quam ut accipias ipsa aequitas et pietas atque etiam mea in te observantia postulat. Huc accedit, quod quamdiu vixit meus vere observandus pater et praeceptor carissimus *Petrus Martyr*, [3]) illius semper, ut debebam, ita usus sum consiliis, ut iudicarim, alios magnos viros et in rebus gravioribus occupatos haud esse a me molestandos. Nunc summam, praesertim vero exitum, totius tragoediae, quia licet, ad te scribo. Neque hoc temere, sed ut tuam de ea sententiam audiam, consiliumque, si quid facto opus sit, pro gloria Dei accipiam.

Initium huius controversiae quod et quale fuerit credo te ex multis intellexisse, affectum scilicet vindictae in *Marbachio* contra me, quod effecerim, ut supprimeretur *Heshusii* liber, [4]) quem ille, hoc est *Marbachius*, Argentinae ementito civitatis nomine, [5]) et clam magistratu contraque legem magistratus imprimendum curaverat. Fuit ergo leve principium: at progressus fuit, ut etiam credo te non ignorare, gravior: exitus vero haud iucundus. Nam quod ad progressum attinet, accusatus fui mox de gravissimis criminibus, non quidem in vita, Dei beneficio, sed in doctrina. [6]) Quum ventum est ad probationes, accusatores nihil potuerunt per biennium probare. Si enim hoc potuissent, quis dubitat an fuissem mox condemnatus? Ego vero contra principio quasdam depuli accusationes tanquam calumniosas, simplici negatione: quasdam admisi: sed ea de quibus accusabar, neque in hac schola Argentinensi nova, neque in se haeretica, sed antiqua et orthodoxa esse contendi. Rem ita se habere recepi me, si permitterer in lectionibus meis pergere, demonstraturum. Interdictum enim mihi statim fuerat continuatione meae tractationis de perseveratione sanctorum. Adversario autem quidquid libuit licuit. Hac de causa factum est ut in scholam, quod in ea mihi non liceret Christi doctrinam defendere, redire noluerim, rediturus, quum primum erepta defendendae veritatis libertas mihi restitueretur. Sed impetrari hoc nunquam potuit. Interim fit coniuratio contra me tanquam haereticum, ut nemo

---

6) *Ulysses, Celsi a.* 1557 *Genevae mortui affinis, ut videtur, comes Barchensis, patricius Venetus, Zanchi amicus qui ei a.* 1585 *confessionem suam dicavit.* (*Opp.* VII. 463 *cf. ej. Epp.* II. 411.)

7) *Minime. Rediit enim demum m. Dec. finito concilio.*

8) *N.* 3929.

9) *N.* 3932.

3936. 1) *N.* 3918.

2) *Ultima eius ad Calvinum quam nos quidem habemus fuit N.* 3592.

3) *Obiit prid. Id. Nov.* 1562.

4) De praesentia corporis Christi in coena D. ctra Sacramentarios. Jen. 1560.

5) *scil. Magdeburgi. Addita erat Heshusii praefatio in qua maxime contra Electorem Palatinum debacchabatur.* (*Schmidt Z.* 642. *Röhrich* III. 107. *N.* 3247. 3254. 3268.)

6) *N.* 3891. 3404. 3432.

pastorum aut diaconorum, exceptis senibus, qui in eam coniurationem consentire noluerant, me uno dignetur colloquio aut verbo: et ut omnes talem me esse praedicent, qualem esse persuasi fuerant a *Marbachio*, nempe Zwinglianum, Calvinianum, Sacramentarium, inimicum confessionis Augustanae, hostem ecclesiae Argentinensis, Anabaptistam, Schwenkfeldianum, Novatianum, Catharum, et quid non? Atque ita totum hoc biennium fui iis et aliis egregiis titulis, publice et privatim, voce et scriptis ornatus traductusque per ora omnium. Quale fuerit illorum consilium, facile potes tu ipse iudicare, nempe ut vel senatus me eiiceret, vel ego diuturna molestia affectus sponte discederem, Agitata fuit controversia in capitulo nostro, sed scriptis tantum. Neque enim unquam amicus voluit mecum congredi, atque ita noluit congredi, ut neque etiam potuerit unquam a consilio nostro adduci, ut ad mea saltem argumenta et autoritates responderet, sed deserto statu causae suis ambagibus capitulum, multos menses occupatum tenuit: imo et in nova dissidia pertraxit, ac tandem totam causam a capitulo ad xiii viros astute transtulit. Capitulum tamen non permisit eam transferri, quin prius diceret suam de ea Dominis xiii viris sententiam. Etsi vero sperabat, mox a Dominis me damnatum iri, non facile tamen id potuit fieri, quod ii, ut prudentes et sapientes, viderint rem non ita habere sicut accusatus fueram: et, ut iusti, innocentem damnare noluerint. Sed neque absolvere ausi sunt, licet et sententiam capituli audierint, et testimonia atque iudicia academiarum et ecclesiarum multarum de meis thesibus legerint, et meam denique tum supplicationem tum confessionem viderint. Ac per totum hoc tempus non cessarunt pro concionibus adversarii in nos invehi (suppressis tamen nominibus propriis) et doctrinam ipsam ut haereticam damnare.

Quum viderem rem ita se habere, adversariis scilicet licere perpetuo tum Christi doctrinam damnare, tum me apud omnes et scriptis multis huc atque illuc per Germaniam sparsis, et voce per urbem ad populum traducere, mihi vero omnia defensionis arma erepta esse: consului amicos aliquot nuper quum essem Francofurti, quid mihi tandem faciendum esse consulerent. Probarunt meam de protestatione facienda sententiam, quam tibi quoque per D. Ioan. *Gravelium* [7]) significaveram: sed ita ut prius tum iudicia ab Academiis accepta, tum meas de rebus controversis lectiones, tum etiam depulsionem calumniarum quam Dominis nostris exhibuere, imprimenda curarem: non enim me debere sperare, futurum ut unquam magistratus in hac causa aliquid pronunciet: necessarium tamen esse, ut apud ecclesias aliquo modo iustificet. Audivi et ut consuluerant feci, sed ecce quum liber totus fere esset ab *Oporino* [8]) impressus, detecta res fuit et indicata Dominis meis. Ipsi vero mox apud senatum Basiliensem effecerunt, ut et exemplum unum et ipsum αὐτόγραφον ad se mitteretur, reliquis omnibus in dolium quoddam coniectis. Viderunt Domini, librum esse modestum, sine ullo convicio: neminem ibi nominari, neminem perstringi, veritatem tantum defendi. Interea tamen, an permissuri sint illum absolvi et in lucem produci, ignoro. Venio nunc ad exitum causae.

Mense praeterito venerunt ad nos, Iacobus *Andreae* theologus, et D. *Chilianus* iuris peritus, missi a *Wirtebergico*, et Chunmannus *Flinsbachius* superintendens, et alius quidam iurisperitus, [9]) missi a *Bipontino: Sulcerus* quoque et *Coccius*, [10]) missi a senatu Basiliensi: accersiti vero omnes a nostris Dominis. Adiuncti iis fuerunt quatuor ex Dominis nostris, [11]) ut ii omnes controversiae nostrae finem tandem aliquando imponerent aliquem. De principio facta mihi fuerat certissima spes, aut disputationis aut saltem colloquii cum adversa parte. Hic ego, qui a *Palatino* Electore neminem missum esse videbam, quod nemo etiam accersitus inde fuisset, aliquid metuere coepi. Interim tamen quia fidebam bonitati causae, et exspectabam omnino disputationem aut colloquium, *Sturmio* dixi: Tu tantum pro tua prudentia caveto et curato, ut neque circumveniamur neque opprimamur. Quod vero attinet ad disputationem, illius onus mihi permittito: modo veniatur ad disputationem, aut colloquium, vicit veritas. Dum vero me diligentius ad disputationem praeparo, compositores illi, acta et omnes nostras scriptiones, quas magistratui exhibueramus, legunt: Iis perlectis, utraque pars fuit vocata, sed seorsim. Quid cum parte adversa egerint, me latet. Mecum vero quatuor illi theologi contulerunt tum de praedestinatione, tum de perseverantia. Quum in utroque articulo fuisset illis non solum meis scriptis, sed etiam a me viva voce satisfactum, dixerunt, inter pastores et me hos duos articulos facile conciliari posse: quod ipsi quoque non improbent Augustinum, Lutherum, Bucerum: superesse tantum, ut de coena meam audiant sententiam. Hic me meam explicasse sententiam in mea confessione, quam legerunt: et in depulsione postremae calumniae, iuxta verba Christi ab evangelistis recitata:

---

7) *Obvium habuimus aliquem Jo. Gravelle ministrum ap. Trecenses, N.* 3795, *verum an hunc dicat nescimus.*

8) *Schmidt p.* 659 *cf. Ep. ad Holbracum d. d.* 13. *Maii.*

9) *Consensui subscripserunt Wolfg. a Kötteritz et Henr. Schwäbelin Lic. ducis Bipontini consiliarii.*

10) *Ulricus concionator Basiliensis.*

11) *quorum nomina ignoramus.*

et interpretationem Pauli. At quid de praesentia, inquit Iacobus *Andreae*, sentis? De praesentia, inquam, non libenter disputo, quia nullum ea de re verbum in scripturis habeo: neque enim ullibi lego, aut Christum dixisse: Hic est corpus meum: aut Paulum verba Christi ita interpretatum fuisse ut docuerit, ubi celebratur coena, ibi esse corpus illud Christi quod pro nobis traditum est. Audio quidem, quum coena fit, haec Christi verba: Accipite, edite, hoc est corpus meum quod etc., audio etiam Paulum haec verba ita explicantem, ut dicat: Panem quem frangimus esse *κοινωνίαν* corporis Christi: sed nullibi lego, aut illum dixisse, Hic est corpus meum, aut istum docere, corpus Christi in eo esse loco ubi celebratur coena. Interea tamen si loquendum sit de praesentia corporis Christi in coena: dico, illud esse praesens, non corpori, sed spiritui nostro. Non corpori, quod nullis sensibus corporis mei illud percipiam. Menti autem, quod menti et animae meae se vere communicet. Nam et oculis mentis fidei lumine illustratis video, et manu spiritus contrecto atque amplector, et ore animae atque fidei edo, et mihi incorporo corpus Christi mortuum pro me, illiusque effecta in me sentio: praesens igitur esse animae et spiritui, infitiari non possum: corpori vero, admittere non valeo. Tum hic Iacobus *Andreae:* profecto, inquit, vos idem sentitis quod et nos, quid igitur contendimus? Quid sentiam, dixi ego, audivisti: si autem eadem est etiam vestra sententia de praesentia corporis Christi, gratulor ecclesiae. Caeterum hic non explicavi discrimen esse inter praesentiam alicuius rei, et inter localem eiusdem propinquitatem, et inter absentiam, eiusdemque localem longinquitatem. Quum ille interrupisset sermonem eumque probasset, nolui praeterea aliquid adiicere, quod non videretur consultum. Nam mox incidimus in sermonem de manducatione orali. Hanc quoniam ego in mea confessione damno ipse eam declaravit rotundis et apertis verbis confitens: se et alios suos non ita loqui, quasi corpus Christi os et corpus nostrum attingat, hoc esse falsissimum: sed se et illos ideo aliquando sic loqui tantum propter sacramentalem unionem. De manducatione impiorum coeperamus disputare: sed hanc etiam mox abrupit. Ita discessum fuit.

Ego vero, tum ex iis quae inter nos contuleramus, et illi probarant, tum ex iis, quae non semel ex *Cunmanno* et *Coccio* audieramus omnes, putabam rem optimo esse loco et veritatem triumphaturam: id quod mox ad nostrum pastorem non certe sine lacrymis prae gaudio retuli, ut ipse quoque laetitia mecum afficeretur, et gratias mecum ageret Domino, et preces ad eundem ingeminaremus. Sed dum in hac bona vivimus spe, ecce quid praeter omnem exspectationem contingat. Exhibentur D. *Sturmio* primum, deinde mihi et *Conrado*, [12]) articuli quidam de praedestinatione, a *Cunmanno* [13]) nomine omnium compositorum, ut iis subscribamus: sed ita exhibentur, ut nobis non liceat eos domum ferre ibique examinare. Respondi itaque *Cunmanno*, non posse me illis subscribere, nisi domum feram et diligenter quietoque animo singulos singulaque illorum verba perpendam. Se id non habere in mandatis, dicebat. Interrogor deinde sententiam meam a *Sturmio*. Respondi: quantum per tam parum temporis, quo illos cursim legi, iudicare potui, mihi illos non videri, si habeant aequum interpretem, ullam in se apertam continere impietatem, metuere tamen me ne aliquid ibi lateat insidiarum: tum quod non permittantur nobis domi examinandi, tum quod voces quasdam habeant ambiguas, tum quod ea tantum ibi posita esse mihi videantur, quae D. *Marbachius* et alii sui docuerunt, et quorum contrariam sententiam a nobis probari et doceri calumniati sunt, quum tamen haec nunquam fuerint in controversia. Esse itaque ita astute et artificiose compositos articulos istos, ut si negemus subscribere, confirmandi sint populi in sententia: quae scilicet concionatores de nobis calumniati fuerant, ea esse verissima. Si vero subscribamus, nos visum iri plebi revera aliter quam hi articuli contineant credidisse et docuisse: nunc autem resipuisse, ac proinde etiam subscripsisse. Postridie rediit idem et eodem modo petiit: relego iterum, sed simul etiam idem, quod antea, respondeo. Tum ille: se ideo et reliquos compositores nolle in manibus meis relinquere articulos, tum quod metuant ne prolixos in eos scribam commentarios, tum quod, si nobis id concedant, idem quoque adversarii petituri sint, tum denique quod oporteat cito expedire: sibi intra biduum ad summum domum esse redeundum. Tum ego: aequum est, inquam, ut si utraque pars subscribere debeat, utrique etiam parti, postquam fuerint diligenter examinati, probentur: commentarios autem me non esse in eos compositurum: quum vero dissidium hoc biennium duraverit, quid est, dixi, quod nunc, quando est prudenter concludendum, velitis ita accelerare? Ego certe in re tanti momenti nihil praecipitanter agere volo. Discedit ille. Sed amicus me urget ut subscribam: nihil esse insidiarum metuendum, esse bonos viros, et serio illos cogitare de concordia: plus nobis concedi quam adversariis. Ego contra, hanc agendi rationem et hanc festinationem mihi esse suspectam: non posse igitur acquiescere, ut subscribam, nisi

12) *Huberto, quem ut Buceri amicum Marbachius munere diaconi Thomani abdicari curavit* (*Röhrich* III. 110.)

13) *Flinsbachio. Röhrichius quidem Iac. Andreae autorem fuisse dicit p.* 112, *testem sequutus Beutherum in relatione Bipontina p.* 243.

eos articulos diligenter domi meae per otium examinem ad Lydium sacrarum literarum lapidem. Postridie igitur venit alius ex compositoribus et hortatur ut ne diutius relucter. Ego, inquam, non possum salva conscientia et existimatione mea ullis articulis subscribere nisi prius bene et diligenter a me domi meae examinatis, et conscientiae meae approbatis: non enim possum subscribere, cui prius non subscribat conscientia, ac miror vos, quum sitis theologi, hanc inire rationem quae contra omnes est leges divinas atque humanas contraque omnem aequitatem. Vesperi itaque illius tertii diei eosdem articulos ad me retulerunt in praesentia nostri *Sturmii*, ut domi meae eos examinem ea nocte: sed hac lege ut ne describam sed mane mox reddam. Adiecerant hic generalia etiam quaedam de coena: ut scilicet doceatur ex verbo Dei, secundum confessionem Augustanam et eius Apologiam, et articulos concordiae inter Lutherum et Bucerum. Summo mane venio ad *Sturmium*, ubi multi alii ex nostris fratribus et collegis. Refero, quid mihi de iis articulis videatur: idem nempe quod de principio dixeram: non esse igitur subscribendum nisi adiecta etiam bona et prudenti protestatione.

Dum haec inter nos deliberantur: compositores iverunt in senatum, ibique suum de actis et utriusque partis scriptis atque sermonibus iudicium retulerunt: atque quum de me dixissent, audio *Petrum Sturmium* praetorem et scholarcham dixisse: Ubi igitur nunc sunt tot et tantae haereses quae *Zanchio* obiiciebantur? Concessum autem nobis fuerat, ut protestaremur voce: sed ut ne ullam eius mentionem in subscriptione faceremus. Hoc etiam fuit mihi suspectum, et veritus sum, ne nostris vellent abuti scriptionibus aliqui ipsorum ad alios, ut simpliciter tali doctrinae subscribant, nostro testimonio permovendos: nolle igitur me subscribere, nisi subscribam etiam meam protestationem, idque eo minus, quod etiam compositores a me admoniti, ut ambiguas voces explicarent, facere id detrectarint. Hic omnes, a minimo usque ad maximum contra me: me unum in causa futurum ut tanta concordia impediatur, ut ecclesia Gallicana evertatur, ut civitate cum infamia eiiciar, magnumque praeiudicium causae nostrae fiat: futurum etiam, ut adversarii contra me tanquam condemnatum e suggestis proclament, ut confirmentur multi, quae per calumniam de me fuerant sparsa, ea fuisse verissima. Ego contra: debere nos urgere, ut causa controversa iudicetur, deinde de nova docendi formula nos responsuros. At alii, non eos venisse ut iudicent, sed ut componant.

Non possum omnia dicere. Relictis igitur collegis qui in eadem causa erant, consului alios amicos et pios viros: quidam dissuadebant, quidam tamen etiam spectatis iis quae possent nisi subscriberem consequi, dixerunt posse me subscribere, etiamsi nullam protestationis mentionem in subscriptione faciam, aut etiam scriptam eam exhibeam, modo coram omnibus voce protester satis fore. Etsi vero haec audiebam, conscientia tamen mea acquiescere non poterat: quod videbam, fieri posse, si non in praesentia, saltem in posterum, ut meo testimonio multi simpliciores seducantur. Quum igitur omnes reliqui collegae irent ad aedes ubi congregati erant Domini, subscribendi articulis gratia: ego renui eo venire: malle me eiici urbe, aut etiam mori, quam ita simpliciter talem doctrinae formulam mea manu comprobare. Quum domum redirem, revocatus fui ab amico, ut saltem interessem: etiamsi subscribere nollem. Redii, sed hic iterum rogare per Iesum Christum, ut velim una cum aliis subscribere, nihil esse periculi, nihil insidiarum, et multa id genus alia. Tandem putavi, me posse salva conscientia, morem amico et fratribus aliis gerere, si ita subscriberem articulis, ut ea tantum probarem atque reciperem, quae pia esse ego ipse agnoscerem, praemissis primum exceptionibus. Quum itaqua ad rem ventum est, dixi me quidem subscripturum: sed haec prius protestari. Primum me nolle, ut hac mea subscriptione ullum fiat praeiudicium aliis ecclesiis, academiis ac veritati. Deinde, neque ut aliquid derogetur doctrinae illi, quam hic per decennium docui, et quae continetur in meis lectionibus, disputationibus, confessionibus. Postremo, ut mihi liceat tam hos articulos, quam Augustanam confessionem, Apologiam, et articulos concordiae, interpretari iuxta regulam verbi Dei, doctrinam Augustini et Lutheri, explicationesque Buceri et confessionem huius Argentoratensis civitatis. Deinde in haec verba subscripsi: Hanc doctrinae formulam ut piam agnosco, ita etiam recipio: Ego Hier. Zanchius. Si quid igitur non agnovero pium, illud me non recepisse manifestum est.

Die insequenti, rediimus, atque hic alia fuit actio. Hortati sunt, ut omnes iuiurias, convicia et maledicta utrinque ex animo condonaremus. Hoc facile impetratum fuit. Deinde, ut daremus dexteras amicitiae et fraternitatis. Difficilem etiam hic me praebui: quod conscientia arguerit, non esse dandas dexteras, nisi certior prius fierem, consensionem inter nos esse in doctrina ad salutem necessaria inque vera religione: iuxta dictum Ioannis in altera epistola. Manifestum autem est, *Marbachium* damnasse doctrinam Christi haereseos. Quomodo igitur possum dare ei manum, nisi prius vel ab ipso vel a compositoribus certior fiam, eum non amplius damnare talem doctrinam? Hic *Sulcerus* seorsum mecum agit, et ait, peti ut dexteras demus in testimonium duarum rerum, primum, quod ex animo in eam formam doctrinae subscripserimus, deinde quod etiam ex animo condonaverimus in-

iurias. De controversa doctrina nihil, inquit, mihi dicas: ea non est iudicata, neque ad nos pertinebat eam iudicare: sed ad synodum aliquam. Fuit mihi utcunque satisfactum. Non potui tamen continere me, quum daturus essem dexteras *Marbachio*, quin illum interrogarem: an amplius agnosceret me pro haeretico, et doctrinam quam docui pro haeretica? Hic homo se torquere, et nescio quae coniectis in compositores oculis, verba dicere. Tum compositores iusserunt me de iis rebus tacere. Ita facta est quaedam concordia. In concionibus deinde theologi illi quatuor significarunt populo, omnes tam professores quam pastores esse bonos et pios viros, inventaque esse in eorum scriptis, quibus facile omnia conciliata sint.

Hic est finis nostrae tragoediae, optime pater *Calvine*, quem verbosius explicare volui, ut singula melius intelligeres, et qua in re aut peccatum aut non peccatum sit iudicare possis. Rogo autem, ut boni consulas meam verbositatem. Non ita felix sum, ut tu et *Sturmius*, qui multa paucis et perspicue explicare possim.

Nunc accipe breviter appendicem quandam. Postquam omnia, quae ad narratam actionem pertinent, fuissent confecta, omnesque compositores discessissent, vocati fuimus a Dominis nostris *Sturmius*, *Marbachius* et ego, iussique fuimus: primum omnia, quae ad Acta huius causae pertinerent, in cancellariam ferre: id quod mox ego feci. Deinde, ut ne de iis articulis controversis in schola disseramus aut disputemus. Postremo, ut neque aliquid de iis rebus imprimendum curemus. Quod me attinet, ita respondi: Quamdiu fuero vester civis et professor in vestra schola mandatis vestris obtemperabo: sicut etiam hactenus feci. Die insequenti, [14]) petita tamen venia ab uno Scholarcha et a *Sturmio* decanoque, [15]) discessi Argentina venique ad thermas Badenses, tum animi tum etiam valetudinis gratia, iturus in Rhaetiam ad parentes uxoris meae. [16]) Contuli vero me post thermas Tigurum, et communicavi omnia cum nostro *Bullingero*, optimo amico et patre. Aveo tuum quoque audire consilium, an mihi manendum sit Argentinae, iis legibus quas audivisti. Ego plane dubito: quia tamen sum in propria causa, libenter piorum et doctorum virorum audio consilia. Altera etiam ex parte, si discedam, metuendum est, ne, ut *Sturmius* dicebat, ostium plane lupis aperiatur. Exspecto itaque consilium tuum. D. *Bullingeri* sententia est, ut petam a Dominis, eam mihi docendi libertatem concedi, quam ante hoc dissidium habui: quod si nolint petam missionem: vel primo quoque tempore libere meam in schola explicem sententiam, praesertim de coena. Si Domini taceant, bene: si prohibeant, discedam. Cupiebam ad vos usque excurrere, tum invisendi fratres, tum tecum aliis etiam de rebus colloquendi gratia. Sed difficultas itineris, hac incommoda satis tempestate, me retinuit. Fortasse quum rediero ex Rhaetia Deo volente id efficiam. Rogo vero, cures ut ille dominus, qui hunc tabellarium virum bonum huc misit, excusatum illum habeat, quod non tam cito redierit, unum enim diem amplius nos illum detinuimus hic, ut per illum possemus literas quoque ad vos mittere. Vale, optime pater, et Dominus Iesus te diu ad ecclesiae salutem et regni sui propagationem conservet. Tiguro 18. April. 1563.

14) 20. *Martii.*
15) *Capituli Thomani.*
16) *Primum duxerat Coelii Curionis filiam; alteram habuit Lydiam, sororem Laur. a Lumaga viri insignis in Plurs* (*Piuro*) *Vallis Tellinae oppidulo, quam a.* 1557 *sibi matrimonio iunxit.*

3937.

BULLINGERUS CALVINO.

Promiscue multa brevissime ex Anglia Germania Italia Polonia, bellica, theologica et nescio quid non.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 456. — Simler. Vol. 107.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori domino colendo et fratri carissimo meo.

Genff.

S. D. Quae ex Italia accepi ab amicis in praesenti mitto. Ex Anglia scribit episcopus *Sarisberiensis*, res omnes satis habere feliciter, et Scotiam progressus in evangelio facere maximos. Reginam pro ingenio Guysiaco missare solam. Concionator aulicus Ducis Prussiae [1]) missus a suo Principe contulit cum *Brentio* de coena. Sed non potuit eis convenire. Monstra opinionum cudit *Brentius* cum suo *Schmidelino*. Hic, qui alias Iacobus *Andreae*, tui fecit mentionem et quidem non sine contemptu. Ego vero *Weygelio*, [2]) ita enim concionator ille appellatur, de omnibus institui: ut iam rectius de te sentiat. Mirifici sunt Brentiani. Absurdissima tuentur dogmata. Et *Palatinus* hodie pessime apud istos audit, ac Calvinianus appellatur, ab eis.

3937. 1) *N.* 3925, *de alio atque h. l. agi videtur.*
2) *sic.*

Spero autem invitis istis omnibus perseveraturum in veritate. Novum bellum[3]) exortum est inter Suedum et Daniae Regem. Fortassis oborietur grave bellum in Italia propter Mediolanum, quod Hispanis cogitare dicitur adimere *Maximilianus* Rex.[4]) Mira est in Polonia conturbatio et altercatio in causa trinitatis et in causa *Blandratae* et *Stancari*. Mox ad te rursus mittam scripta aliquot. Vexamur mirifice ab istis. Optime vale cum fratribus et symmystis omnibus. Omnes mei et omnes fratres te salutant. Festinantissime scripsi 20. Aprilis 1563. Miramur valde quid fiat in Gallia, paxne sit recepta an repudiata? Iterum iterumque vale. Salvus sit D. *Ionvilleus*.

Bullingerus tuus.

Quaeso te ut scriptum hoc, quod tibi mitto, mature remittas ad me. Nullum habeo exemplum.

3938.

SARNICIUS TRETIO.

Multa et varia de rebus Polonicis tradit, simul eum in patriam ut quam primum redeat hortatur, et a theologis Helvetiis literas afferat ad varios proceres Athanasium et Sarnicium ex aequo commendantes.

(Per amanuensem Sarnicii descripta legitur in Cod. Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Epp. Tom. 25, fol. 215. — Simler Vol. 107.)

Exemplum literarum ad Thretium: et rogo D. Bullingerum ut primo quoque tempore per aliquem certum tabellarium hunc fasciculum literarum curet D. Calvino transmitti.

Eximie et colende frater. Redditae sunt mihi literae tuae 18. Aprilis, ex quibus omnia iucunda et laeta accepi, hoc uno excepto quod adventus tuus in dies procrastinatur. Non fuisset autem opus et te ea sollicitudine distineri, et mihi laborem in transmittendis responsis Genevensium[1]) imponere, si inquam eae quas antea ad te direxeram literae integre ad manus tuas pervenissent. Descripseram ego omnia plene et integre, ita quod deinceps promittebam non opus mihi fore amplius scribere ad te quamdiu istic subsistis. Neque adhuc plane despondeo animum quin post discessum huius tabellarii perlata sunt ea quae miseram. Utut tamen est, non gravabor in re tam fastidiosa iterum eundem resumere laborem, ac inprimis de statu istarum hic ecclesiarum delibabo quaedam, postea ad interrogata tua ordine respondebo.

Quae comitia[2]) antecesserunt, quaeve in ipsis comitiis acta sunt, haec per D. *Nemsta*, equitem Polonum qui Tigurum iverat, descripseram. Iam vero nunc de iis quae subsequuta sunt. Sub tempus comitiorum coacta fuit Synodus ibidem, hoc est, Petricoviae, in qua conclusum erat ut quemadmodum ministerio *Gregorii* coetus Cracoviensis defoedatus erat ut iterum reformaretur, ministeriumque praedicationis priori nitori restitueretur erigereturque. Et hoc quidem factum est, Deo sit gloria, sed non sine meo magno labore et maiore periculo. Veniebant tamen interdum me adiutum quidam boni fratres. Scire enim debes iam omnes ministros, exceptis sex illis quos novisti[3]) ad suam stationem rediisse. Nam quod illi schedae, cuius tu mentionem facis, subscripserant, id non fecerant multi ex illis perverso animo: sed a *Lysmanino* circumventi erant, qui quia pro domestico et quieto cive ecclesiae habebatur, eo magis quidam simpliciores se ipsi credebant. Unde factum est ut tale damnum per illum ecclesia accepit* quale vix aliquis opinaretur. Nunc quid meditatur* quove sit animo, Oedipum agere nolo. Sed Protheus est. Certo tamen accepi, inter eum et *Gregorium* gliscere inimicitias, ita quod* inter eos volant acerbiores literae. *Lismaninum Gregorius* accusat levita-

---

3) *Minime novum et diutius duraturum.*

4) *vani rumores.*

3938. 1) *De quibusnam loquatur ambigi potest, quum nesciamus quo temporis momento scripta sit Admonitio quam Opp. T. IX.* 629 *exhibuimus.*

2) *Petricoviae celebrata m. Februario* (*cf. sequentem*) *et iam vergente anno* 1562, *ut apparet ex diversis locis Lubieniecii. Ministri quidam antitrinitarii Cracoviae congregati d.* 17. *Maii scribunt* (*p.* 161)*:* De Synodis Petricoviensi et Cracoviensi quae, ut accepimus, decurrente anno celebratae sunt, *caett. et p.* 152*:* Sarnicius commodam occasionem sacrae tyrannidis invadendae in Com. Petr. a. 62 coactis arripere, ministros qui illuc cum patronis suis frequentes convenerant in partes trahere: tum demum omnia pro libidine agere, synodos convocare, superintendentem eccl. Maioris Poloniae creare: Discordiam virum illum vita non satis probum contra sanctionem synodalem ministerio admovere. Quaesitus tamen dissidio color et indictum ibidem colloquium. Cuius is eventus fuit ut praeter Io. Niemoievium, Hier. Philippovium, Io. Cazanovium aliosque viros nobiles Stan. Lutomirscius, Mart. Crovisius, Stan. Pallesius, Geo. Schomannus et alii causam meliorem cum Gregorio tutandam susceperint. — *Schomanni Test. ap. Sand. p.* 194*:* A. 1563 missus sum ab ecclesia cum optimis heroibus Hier. Philippowski et Stan. Lassocki ad comitia Petricoviensia, ubi mox a Sarnicio et aliis senioribus fui infamatus de Arianismo, qua de re ego ne cogitaram quidem. Ubi a nobis palam secessionem fecerunt sine ulla iusta causa. (*Cf. Lubien. p.* 158 *ss.*)

3) *quorum nomina inter modo laudatos quaerenda erunt.*

tis,[4]) *Gregorius* vicissim ab eodem accusatur temeritatis. Hic ideo, quod ante tempus progressus est tam longe in eo dogmate: ille vero quod, quum per manus ab eo hoc dogma acceperit, ab eodem se veluti deseri, dum nihil diserte requirentibus respondet, conqueritur. Merito igitur potest eis illud impingi: En quo miseros perduxit discordia cives.[5]) Parat nunc iter ad Despotam,[6]) nec vult nostram exspectare synodum quae est indicta ad diem 14 Maii.[7]) Sed de *Lismanino* satis: nosti hominis ingenium. Graecus est, vel potius Graeco-Italus. Utraque gens non caret talibus vitiis. Semper autem excipio viros pios et honestos.

Felix ille *Cruciger* occubuit,[8]) et quidem insueto genere mortis. D. *Szafranecius*, vir illustris, ubi eum intellexit labascere iamiamque in eandem sententiam animo propendere, dixit ut sibi aliam conditionem quaereret: se enim nolle esse patronum tam foedae doctrinae. Hoc responso accepto Pincoviam commigrare decreverat, iamque ipso die Paschatis coetui suo valedicebat. Absoluta concione derepente concidit, ita ut ne proloqui quidem potuerit, ac ita tandem sequenti die mortuus est. Quae res etiam plurimos movit. Dico enim, si quis istorum potuit cursum verae doctrinae impedire, ille certe talis erat. *Gregorius* est, ut nosti hominem, qui magis audacia pro sapientia utitur. *Lutomirius*[9]) vero indoctus est et tumultuosi ingenii. Hic vero ab utroque vitio procul erat et, quod magnum est, autoritate valebat et gratia. Doleo hominis vicem, eo magis autem quod a vero tramite exorbitavit. Sit autem ei Dominus propitius.

In dies laetiora et magis fausta exspectamus, maxime vero ex ea synodo de qua iam dixi.[10]) Convocatur haec auspiciis magnorum virorum, et quidem orthodoxorum, nempe Castellani Cracoviensis,[11]) Palatini Lublinensis, Castellani Sendomiriensis[12]) (hoc est Capitanei Margenborgensis). Huic enim cessit haec praefectura. Vir singularis prudentiae et pietatis. Sunt et alii plurimi qui literis synodalibus, quae iam sunt publicatae, nomina sua subscripserunt et sigilla apposuerunt, et omnes isti orthodoxi sunt. Optabam ego equidem et alii complures, ut te adesse huic synodo contigisset, et proinde tam sollicite prioribus literis monebam, ut properares et cohortabar. Fuisset hoc absque dubio et tibi et toti ecclesiae perutile. Iam nunc literis tuis respondebo. Literas prolixas, de quibus scribis, nec vidi nec de eis audivi. Nec falleris augurio. Ita est. Nebulones supprimunt omnia. Cupiebam proinde ego ut tu studiose autographa eorum quaecunque toto hoc curriculo scripsere ad vos conquireres et ad me vel transmitteres vel una tecum apportares. Inprimis autem rogavi mitti literas illas *P. Martyris*, literas *Lismanini*, ubi me circumscribere apud illos illustres viros conatus est, similiter Italicae ecclesiae testimonia seu historiam Actorum. Dederas mihi exemplum Pataviae, sed opus est una cum sigillo et subscriptione. Haec et alia per te conquiri optabam, ut cum sigillis tecum apportares. Praecipue vero Capitaneus noster a Margeburga cupit transmitti literas illas seditiosas *Gregorii* quarum aliquot paragraphos inserueras.

Stancaro ut respondeatur a Tigurinis[13]) roga obsecra et urge, ita tamen ut non obliviscantur etiam istius causae. Cupimus enim enavigare ex utrorumque angustiis. Quanquam *Stancarus* iam vela dedisset nec impressionem nostram sustinuisset, nisi hoc novo certamine in pedes erectus fuisset. Attamen res eius in declivi sunt. Mendacissimus homo in praefatione illius libri calumniatur me symbolum Athanasii appellasse symbolum Sathanasii. Ac si ego sinistre de illo symbolo senserim. Testatus sum autem coram te semper, et nunc cum iureiurando testor, de hac re me ne somniasse quidem. Semper reverenter sensi de illo symbolo. Rogo igitur D. *Simlerum* ut huius rei in suo libro mentionem faciat et me ab ea calumnia defendat. Semper enim in suo nativo sensu illud accipiebam et nunc accipio: in cuius rei fidem mitto tibi libellum quem sub alieno nomine edidi. Ita enim amicis videbatur.

Propositum D. *Calvini* de edendo libro ea methodo sicuti scribis mihi mirifice placet, et mitto tibi exemplum tractatus per Christophorum *Leopolitanum*[14]) missi. Det ergo *Calvino*, viro Dei, Deus robur et spiritum suum ut istorum gigantum superbiam comprimat et gloriam Dei illustret. Omnibus amicis, quos hic plurimos habet, rem gratissimam faciet.

Propera ad nos, mi *Christophore*: rem verissimam narro, ita nunc omnium oculi in te sunt defixi ut vix recordari possim ullius hic Poloni adventum cum tanta exspectatione et desiderio ope-

4) *De hoc Lubieniecius p.* 168 *ss. nihil habet.*

5) *Lege:* En quo perduxit miseros discordia cives.

6) *Simlerus conicit hic Despotam Moldaviae* (*Walachiae*) *innui. Radsivilium quidem infra aliter designat not.* 18.

7) *De qua vide Lubien. p.* 161 *seq.*

8) *Idem p.* 159; *Salig p.* 656 *sec. Regenvolscium.* — *Stan. Szafranecius erat Crucigeri patronus.*

9) Stan. Lutomirius, eques Polonus secretarius regis Sigismundi Augusti, superintendens post Crucigerum ecclesiarum minoris Poloniae (*Sand.* 42).

10) *ad prid. Id. Mai Cracoviam convocata.*

11) *Joannis Comitis a Tarnow.*

12) *Joach. Lubomirski.*

13) *Quod factum est a Iosia Simlero in libello:* Responsio ad maledicum F. Stancari librum adv. ecclesiae Tig. ministros, de Trinitate et mediatore I. C. Tig. 1563. 8.

14) *N.* 3288.

riri sicuti tuum. Quare cuperem ut scires frui hoc Dei et hominum favore. Non est aequum ut tam frequenter de adventu tuo sententiam tuam mutes. Venies autem recta Cracoviam. Hic enim nunc maneo et exspecto tuum adventum. Invenies hic coetum fratrum nostrorum qui permanent in orthodoxa sententia celeberrimum. Ex quibus est Doctor iuris *Aichler*, Doctor *Gutteler*, Doctor *Rosarius* medicus, D. *Valerianus* Consul, D. *Vadzan*, uterque *Iostus* et alii plurimi.[15])

Quod scribis D. *Calvinum* ad literas illas superbas dixisse, se nequaquam inducere in animum quod haec aliquis Polonorum scripserit etc., est ita, nec in toto hallucinatus est vir doctus. Non scripsit quidem haec Polonus, ac ne Gallus quidem, sed Mazovita: *Gregorius*, ut nosti, est ex illo tractu Mazurorum.[16]) Scis autem quomodo audiatur apud nos nomen Mazovitarum: non secus atque olim Galilaeorum. Suaviter risi quum primum, dum legerentur tuae literae, haec observaret et visum omnibus moveret noster D. *Valerianus*. Ille fuit autor huius facetiae.

Scripsi antea ad te quod de *Ochino*[17]) mirifice isti hic glorientur ac si eorum partes non obscure foveret. Optarem igitur aliquid tale ab eo edi, ut sic eorum vanitas deprehenderetur.

Tandem me animas et consolaris ut constanter persistam in tam sancto proposito. Equidem, *Treci* observande, Deum continuo rogo ut possem superare omnes Satanae insultus, sed me oportet hic magna certamina sustinere. Novisti quam contentiosa ingenia sint istorum hic: audivisti ex me Patavine qualibus artibus quibusve practicis hic progrediuntur Itali. *Lismaninus* omnes practicas, quas cum illa Regina Sworcia *Bona* exercebat in republica, transtulit in ecclesiam Dei, ita ut vix credam post Papae fraudes similes in mundo reperiri. Iudicare igitur facile potes in quali discrimine hic me manere oportuit. Nunc iam, Deo sit gloria, omnia sunt patefacta, discussa, publicata et in lucem producta, ita ut facile intelligere et paradigma vivum habere queant isti quid sapientia et vafritia humana possit adversus Deum. Nimirum fallitur mundus dum putat se humanis consiliis regi. Suaviter igitur recreatus sum tua consolatione. Sed miror plurimum cur D. *Bullingerus* per hunc publicum tabellarium meis literis nihil responderit, ac ne D. *Calvinus* quidem. Roga Deum ut forti et excelso animo fraudes et sycophantiam diaboli contemnere queam.

Quid tibi transeundo per Germaniam agendum sit interrogas. Facile ipsemet ex iis quas ad te mitto literis intelligere potes, quod Genevae et Tiguri facis, hoc tibi et aliis academiis faciendum erit. Nollem tamen te diutius istic commorari. Propera, propera. Scribant viri pii et docti literas ad istos miseros et infelices fratres, eosque revocent ad stationem suam, ne sibi tantum tribuant sumantque. Et praecipue ad Palatinum *Vilnensem*,[18]) quanquam et is, iam video, cornua deponit. Ante omnia autem cuperem mei, Iacobi *Sylvii*, Pauli *Gilovii*, *Visnovii*,[19]) ab illis mentionem fieri, ut ita per eos approbetur ministerium et confessio fidei nostrae. Sicut enim hic ab istis videmur in dies defoedari, ita congruum videtur ut eas maculas suo testimonio illi viri pii a nobis depellant et eluant. Ita fiet ut quo magis conspicua erit innocentia nostra, eo magis apti promovendo hic regno Dei reddemur. * Praecipue autem rogo ut in eam sententiam impetres literas ad Palatinum *Vilnensem* et *Despotam*. Erit enim e re ut, postquam tu ipse veneris, una mecum ad utrumque istorum eas, ut ibi causam hanc transigamus. Quare memori memoria tene haec quae nunc dixi. (Quod si vero iam discessit *Trecius*, D. *Calvinum* et D. *Bullingerum* rogatum velim, ut id sponte sua dignentur facere, et tales literas ad manus D. Iosti *Decii* Cracoviam per certos tabellarios absque mora transmittere.) Optarem etiam praefatione aliqua celebrari nomen Castellani Sendomiriensis Stanislai *Miscovii*[20]) et Capitanei Margeburgensis, adeoque totam familiam Miscoviorum quae sola fere inprimis una mecum coniunctis viribus strenue sese opposuit istis nebulonibus, et hactenus invincibili et paene Samsonico animo hanc causam sanctam et piam tutatur. Impetrabis etiam literas ad Castellanum Cracoviensem *Zborovium*, ad Palatinum Lublinensem. Potes habere talium literarum aliquot exempla absque epigraphis, ut postea hic tradantur arbitrio nostro quibus videbitur.

Quod attinet ad res privatas tuas cum D. *Chelmensi*[21]) ac aliis, ne sis anxio animo. Operam omnem impendam ut omnia cum fructu et dignitate tua fiant. Scis enim quod neminem te cariorem amicum mihi sentio. Deus novit.

---

15) *Ex his Aichlerus Cracoviae notarius publicus erat, qui cum Valeriano (Perno) literis communibus Lismaninum accusavit quod Gregorium Paulum seduxerit* (*Lub. p.* 132). *Iostum alterum infra Decium appellat.*

16) *Sandius eum Bresinensem Polonum vocat p.* 43.

17) *qui ergo iam tum cum antitrinitariis Polonis clam rem habuisse videtur.*

18) *Radzivilium.*

19) *Gilovius* ecclesiarum Zathoriensis et Osviecimiensis ducatus superintendens, *Miscowskiorum concionator et Sarnicii contra Greg. Paulum fidus Achates. — Stan. Wisniovius* minister Wieliciensis. (*Lub.* 163.)

20) Palatini et praefecti Cracoviensis. (*Lub.* 193. 222.)

21) Remigius (Remianus *ap. Lub.*) Chelmius, eques Polonus, vexillifer Palatinatus Cracoviensis (*Sand.* 48. *Lubien* 148).

Libellum Valentini *Gentilis*[22]) in sedecimo, ubi oppugnat symbolum Athanasii, da operam ut una tecum adferas. Concionum *Ochini*[23]) tres vel quatuor tomos obsecro ut nanciscaris. Credo Basileae apud *Pernam* inveniuntur. Data Cracoviae 24. Aprilis 1563.[24])

Tuus
Stanislaus Sarnicius servus Iesu Christi.

3939.

SARNICIUS CALVINO.

Dolet priores literas ad eum non pervenisse: iam ad eas eum ablegat quas ad Trecium scripsit. Porro summatim papam eiectum nunciat et sua iurisdictione privatum, Arianos et Moscovitas illos domi hos foris turbas ciere queritur.[1])

(Ex autographa Bibl. nation. Dupuy 102, fol. 163.)

Excellentissimo pietate et eruditione praestanti viro D. Ioanni Calvino, ecclesiae Christi pastori Gene[*vae, a*]mico reverenter colendo.

S. P. Eximie et excellentissime vir, dolenter fero quod meae literae ad manus tuas non perveniunt. Puto enim me luculenter de omnibus rebus quae hic geruntur vobis istic perscripsisse. Nunc quia certus sese tabellarius obtulit, nolui iterum eandem cantilenam recantare. Ac de rebus quidem et statu ecclesiarum nostrarum deploratissimo ex literis *Trecii* utcunque intelligetis, postea nescio de quibusnam rebus, ad vos praesertim qui estis curis et laboribus obruti nedum occupati, scribere debeam. Neque enim viris magnis fastidiosa scribacitate molestus esse volo, neque est aequum. Addam tamen quaedam quae in literis *Trecii* omisi. Iam, Deo sit gloria, comitia regni sunt soluta satis feliciter.[2]) Ac inter alia praeclara ac digna notatu quae istic transacta sunt, illud credo dignum esse auribus vestris: nimirum quod iurisditio papae est prorsus in regno hoc abolita. Vocant autem hic in vulgari usu iurisdictionem papae processum quendam iuris ex quo hic tota dignitas et autoritas eius pendebat. Negabat quispiam sacrificulo decimas vel quidpiam tale admisit, statim excommunicabatur: hanc excommunicationem si quis per annum et sex hebdomadas contemnebat, statim ad praesidem provinciae accusabatur: praeses tamdiu tales excommunicatos divexabat, donec reus solvendo esset. Atque in tantum hic istorum praesidum potestas valebat, ut etiam confiscare talium bona, honore privare, ac demum in exsilium mittere etiam potentissimos liberum eis erat. Hoc igitur iugum, Deo sit gloria, est a Polonis iam excussum. Legatus pontificis S. magno apparatu verborum voluit ab instituto senatum universum et Regem retardare: sed nequidquam. Ad extremum ab armigeris, quum rediret a senatu, ludibrio est exceptus, explosus et coeno conspersus. Adlecti sunt etiam in senatu sex nostrorum ex magnis familiis viri, quae res pollicetur etiam nobis meliora. Moschus arcem quandam nobilem in Plescovia[3]) per fraudem praesidis deditione cepit, proinde nunc exercitus potentissimus a nostris instruitur. Et dedit quidem non parvas turbas Lithuanis hic Moschi insultus, sed longe terribiliores et perniciosiores motus peperit nobis haec fabula Arrianica de qua ex literis *Trecii*[4]) audisti, vir clarissime. Plane nux seditiosorum hominum (ut ille inquit) ad nos convolavit. Pro acceptis igitur a vobis auxiliis ingentes agit gratias tota Polonia: sed adhuc petit ut ea quae adornatis citius perficiatis. Parva sunt ea praemia quae vobis hic reddere pro eo labore et pietate nos possemus: sed ille agonotheta et domitor orbis coeli et terrae liberalius multo pro sua clementia in die iustorum retribuet et compensabit. Quare pergite, o pia pectora, et facite ut viscera caritatis sicuti coepistis, magis ac magis in dies erga nos aperiatis. Me autem peculiariter et precibus et amori tuo, vir amplissime, commendo. Cupio scire quoties intra hoc semestre literae meae ad te pervenerunt. Et *Tretium* nostrum nobis, obsecro, reddite, et si opus est, extrudite.

Data Cracoviae 28. April 1563.

Stanislaus Sarnicius
servus Iesu Christi.

---

22) *Fortasse loquitur de eius* Confessione ad D. Sim. Wurstembergerum Gaii praef. (*Trechsel* II. 471.) *Subiiciuntur ibi adnott. ad symb. Athan.* (*ib.* 480).

23) *Prediche* 1542—44 *s. l. Tom.* V. *Basil.* 1562. (*Benrath, Ochin. L.* 1875. *p.* 298.)

24) *Trecius Turico valedixit prid. Non. Maias* (*Bulling. Besae prid. Cal. Iun. infra*). *Haec igitur epistola demum post eius discessum Turicum allata fuit* (*Bull. Calvino* 24. *Mai*).

3939. 1) *Cf. N.* 3866. 3873.

2) *scil. inter rixas et tumultus pro istorum more. Rex eo perductus fuit ut decreto subscriberet episcoporum iurisdictionem sin minus abolenti attamen minuenti.* (*Eichhorn, Hosius* II. 152.)

3) *Plosk* (*N.* 3931).

4) *i. e. ad Tretium.*

3941.

CALVINUS SYLVIO.

Novum scriptum ad Polonos se scripturum negat priori intercepto aut incuria deperdito, simul miratur eos tam crasso et pernicioso errore abripi potuisse ut spem salutis in Deo secundario locarent.

(Bis descripta exstat a recentiori manu in Cod. Paris. Dupuy. 102, fol. 27 et 51.)

Eximio Christi servo D. Iacobo Sylvio [1]) fratri et symmystae mihi colendo.

De vestris dissidiis adeoque tristi ecclesiarum vestrarum dissipatione ante quatuor menses certior factus, brevem sed dilucidam admonitionem conscripsi, [2]) ut sibi a *Blandrata* et similibus Satanae flabellis caverent fratres. Flagitabat quidem D. Christophorus *Trecius* ut tam *Stancari* delirium, quam *Blandratae* errorem copiosius refellerem: sed quia responsum quod *Stancaro* dederam, gentis vestrae vel incuria vel fraude intercidit, taedio fractus ab hoc labore abstinui. Nec certe iustam lucubrationem mihi unquam extorqueri patiar, donec scriptum illud recepero, quod mihi ad refellendas impuri et protervi conviciatoris *Stancari* calumnias plus quam necessarium est. Nunc tamen tuo et fratris nostri D. *Sarnicii* hortatu communes literas scribo ad Proceres vestros et Cracoviae cives: quod non apud singulos peculiariter idem praestiti, dabitis veniam. Neque enim tantum mihi superest otii, ut abiecta officii mei cura, praeteritis meis popularibus, tot denique occupationibus neglectis, octo continuos dies vobis impendam. Adde quod ab adversa valetudine non tantum relaxationis mihi datur. Tibi vero, integerrime frater, non parum gratulor, quod diffluente magna turba firmus tamen cum paucis perstes in purae fidei defensione. Exhorrui sane quum viderem ministros Poloniae minoris tam subito ad crassam et pudendam defectionem fuisse pertractos. Quid dicam nisi Felicem *Crucigerum* et alios similes arcano Dei iudicio esse fascinatos ut in Deo secundario et deificato spem salutis locarent? Ridicula autem eorum superbia, quod nobis ex suis latebris minitantur, ac si fastuosis suis iactantiis nos omnes possent evertere. Bene autem est quod de propria gloria non certamus, sed tantum ut vera et aeterna Christi deitas nobis incolumis maneat, et ab eorum sacrilegiis asseratur. In quam rem sic incumbe ne eorum pertinacia fatigeris. Vale, eximie vir et ex animo colende frater. Dominus te suo praesidio tueatur, virtute fulciat, donisque spiritus sui magis ac magis locupletet. Magnificum Dominum Palatinum Poscianiensem, [3]) cuius minister es, reverenter meo nomine saluta. Genevae. [4])

3941. 1) *N.* 3866. *In subscriptione Consensus Sendomiriensis se dicit seniorem dioeceseos Checinskiensis.*
2) *cf. Prolegg. Opp.* IX. 49.

3) *lege:* Posnaniensem, *cui nomen erat Andreae Gorcano.* (*N.* 3932.)
4) *Haec omnino eodem tempore scripta fuit ac praecedens.*

BRUNSVIGAE, TYPIS M. BRUHNII.


3 2044 023 398 951